Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

LVCIANI
SAMOSATENSIS
OPERA

(c) 2020-9 S 2.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΑΠΑΝΤΑ.

LVCIANI SAMOSATENSIS

OPERA.

TOMVS I.

EX VERSIONE

IOANNIS BENEDICTI.

Cum NOTIS *integris*

Ioannis Bourdelotii, Iacobi Palmerii a Grentemesnil, Tanaquilli Fabri, Aegidii Menagii, Francisci Guieti, Ioannis Georgii Graevii, Iacobi Gronovii, Lamberti Barlaei, Iacobi Tollii, & selectis aliorum.

Accedunt inedita Scholia in Lucianum, ex Bibliotheca

ISAACI VOSSII.

AMSTELODAMI,
Ex Typographia P. & I. BLAEV,
Prostant apud WOLFGANG, IANSSONIO-WAESBERGIOS, BOOM, à SOMEREN, & GOETHALS.
M DC LXXXVII.

SERENISSIMO & POTENTISSIMO

PRINCIPI

FRIDERICO WILHELMO,

MARCHIONI BRANDEBVRGICO, S. ROMANI IMPERII ARCHICAMERARIO, ET ELECTORI, SVPREMO IN BORVSSIA, MAGDEBVRGI, JVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, STETENI, POMERANIAE, CASSVBIORVM VANDALORVMQVE, NEC NON IN SILESIA CROSNAE ET SCHWEIBVSSII DVCI, BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADENSI, MINDENSI, ET CAMINI, COMITI DE HOHENZOLLEREN, MARCAE ET RAVENSBERGI, DOMINO RAVESTEINII, LAVENBVRGENSIS ET *BVTOV*,

S. D.

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

Nisi mirifica singularisque Tua benignitas in fovendis pacis artibus aeque testata cunctis gentibus esset, ac Tua virtus & laus bellica, maximis rebus

geſtis parta, nunquam in animum potuiſſem inducere, ut hunc politiſſimum ſcriptorem, & per quam lepidum errorum & ineptiarum, quibus omne genus hominum obnoxium eſt, animadverſorem, Tibi, ſereniſſime Princeps, offerrem. Orbis terrarum non minus ſuſpicit Tuam in ſublevandis & tuendis omnis liberalis doctrinae ſtudiis, ſapientiam, quam admiratur quae praeclariſſime geſſiſti magnitudinem. Haec ſane tanta ſunt, ut patrari a Te poſſe, cum ſuſciperes, non ſperari, vix optari poterat; patrata vero eſſe, non credi, niſi rerum teſtimonia fidem facerent. Ecquod illuſtrius teſtimonium eſt victoria Sarmatica, qua, ſociatis cum foederato Rege copiis, quae non excedebant numerum tricies mille virum, maximas nobiliſſimae gentis copias, nonagies mille Sarmatas, & quadragies mille Scythas, in oculis ſedis Regiae fudiſti, & optimam Boruſſiae partem, Regia dominatione levatam, in libertatem ſic vindicaſti, ut tota poſt haec Tui juris & ditionis fuerit? His enim legibus ut pax redimeretur facile Tibi paſſus es perſuaderi, qui nunquam arma ſumſiſti, ut imperii fines latius proferres, ſed ut injuriae licentiam eriperes hoſtibus, & otium non obnoxium, ac ſecuritatem Tibi parentibus populis praeſtares, & aut ſociis, aut importune afflictis opitulareris. Quid glorioſius tropaeo Fehrberolinenſi? cum arma Tua, quae in remotiſſimis imperii Romani finibus, ad ejus majeſtatem & ſalutem tuendam, illiuſque inimicos ſubmovendos quaſi peregrinabantur, revocarent ſubiti ac nec opini hoſtes,

hoſtes, qui abſentiam Tuam occaſionem, ſuam ducentes, dolis ac vi Tuas terras, praeſidiis nudatas, non infeſtarant modo, ſed occuparant. Quantas mox hujus injuriae poenas Deo, Tibi, & ſibi ipſi dederunt! Cum parva cum manu equitum advolares ad Tua vindicanda, & exercitum numero & locorum oportunitate longe ſuperiorem, & ab inſtrumento bellico rebuſque aliis omnibus paratiorem, tanta celeritate, ſed longe majore virtute aggredereris, caederes, & fulminis inſtar proſterneres, ut non tam de illis, quae *invaſerant*, *retinendis*, quam de ſua ſuorumque ſalute ſolliciti, pavidi terroriſque pleni refugerent. Equidem magna mercede didicerunt, quam temere & quam inauſpicato laceſſierint Principem, quem invictum ad arma divina virtus & animus excelſus praeſtat, & quem perpetua in bellis gerendis, quia nulla niſi pia & juſta ſuſcipit, fortuna comitatur. Quot enim urbes, arces, caſtella, cum ingenio ſitus, tum operibus firmiſſimas *non longi temporis* ſpatio amiſerunt? *Stralſunda*, quae acerrimos ſuperioribus hujus ſeculi annis, ingentium Caeſarearum copiarum inſultus ſuſtinuerat & retuderat, ut haberetur inexpugnabilis, quam facile novo miſſilis ignis commento Tibi ceſſit? Stetinum, munitiſſimam, & magno lectiſſimorum equitum & peditum praeſidio, omnique apparatu bellico inſtructiſſimam in patientiam obſidionis longiſſimae, quam & animo fortiſſimo, ingentique fiducia, an pervicacia dicam, ferebant, quanta virtute, quantoque conſilio cepiſti? Rugam tan-

tis copiis infeſſam, tantis operibus & caſtellis, ipſoque mari ſeptam & vallatam, quam brevi, expoſito milite, fuſis hoſtibus, ſubjugaſti, inſigni documento virtutem & felicitatem Tuam omnia ſequi, etiam quae humana vi non expugnari poſſe videbantur. Sed nihil ſplendidius, & ad omnium ſeculorum commendationem magnificentius eſt lauru Boruſſiaca. Hoſtes recollegerant vires, dilectuque domi habito, numeroſo exercitu, per Sarmatiam irruptione facta, infeſtarant Boruſſiam Tuae ditionis, regionem tam ad belli ſubſidia, quam ad decus pacis ornatiſſimam, & uberrimis fructibus Tuum aerarium locupletantem. Caedibus, direptionibus, incendiis graſſabantur, non mediocres terrores jaciebant, diraque denuntiabant imperata detrectantibus. Videbatur fortuna, cum abeſſes longe, ac diſtinereris, omnia commutaſſe. Sed tu, invictiſſime Princeps, contractis pro tempore copiis, quam ſubito, quam inexpectato hoſtibus ſuperveniſti, ut ante Te veniſſe viderent, quam audierant venire. Adventus enim Tui nuncios incredibili celeritate praeveneras, & quidem alieniſſimo anni tempore, cum omnia frigoris immanitate rigerent, & per duratum glacie ſinum maris Balthici exercitus & omnis apparatus bellicus eſſet ducendus. Simul veneras, ſimul viceras. Inſperatus Tui conſpectus animos hoſtium tantopere perculerat, ut non tam de pugna, quam de latebris, quas circumſpiciebant, & fuga, quam maturabant, cogitarent. Victoriae praemium fuit non modo Boruſſia recuperata, ſed Pomerania

rania citerior ulteriorque pacata. Haec omnia Te Duce. ſed quid non Tuis auſpiciis & auctoritate per Tuos duces geſtum eſt? Vt alia taceam, hoc ipſo anno, quas contra immaniſſimum Chriſtiani nominis hoſtem copias miſiſti auxiliares, quae non mirifica virtutis inuſitatae documenta dederunt, in illa ingenti & nunquam non commemoranda obſidione Budae. Septies haec urbs a Chriſtianis fuit obſeſſa irrito ſucceſſu, & magno Imperii Chriſtiani detrimento & dedecore. Nec melioris eventus fuiſſet octavum obſidium, niſi miles Tuus ex illis, quae ei erant aſſignata, caſtris, tanto impetu urbem impetiiſſet, tantaque conſtantia, licet quotidie plurimi occumberent, a Turcis, cum erumpentibus, tum a foſſis & munimentis maxima vi obſeſſores arcentibus, caeſi, preſſiſſet, & tanta animi praeſentia primus muros, cum invaderentur noviſſime, ſubiiſſet, ut illi in primis expugnationem tam invictae urbis acceptam ferendam eſſe, ipſi Duces, quibus ſummam belli mandaverat, Auguſtus Imperator, litteris publice ſcriptis ſint teſtati, Tibique pro tam fortibus viris, quos reipublicae Chriſtianae ſubſidio miſiſſes, ſummas egerint gratias.

Magna haec ſunt, Sereniſſime Princeps, quae nunc admirantur omnes, quaeque ſeri nepotes admirabuntur, nulla longinquitate temporum obliteranda. Alet ea hominum fama, & ad extremas gentes, & per omnem poſteritatis memoriam diſſeminabit. Sed longe majora ſunt, quae Tibi ipſe per Te ſolus tropaea poſuiſti. In glo-

riae, quam tot rebus ad Viſtulam, Rhenum, Viadrum, Iſtrum, fortiſſime geſtis es adeptus, ſocietatem admittis Duces & milites, quorum uſus es conſilio, manibus, & miniſterio. A conſortio hujus victoriae, qua Te ipſe viciſti, quod genus victoriae eſt difficillimum, excluduntur ceteri omnes mortales. Haec vere Tua victoria eſt, cum hoſtibus, quos aequitate cauſſae viceras, antequam cum iis congredereris, armis quoque victis, & exutis illo Germaniae tractu, quem ad mare Balticum tenebant, animi ſumma moderatione, & inſita ingenii lenitate incredibili, pacem dediſti, provinciaſque quas arma & jus belli Tibi acerbe provocato adjudicarant, Tuaeque poteſtati ſubjecerant, eis reſtituiſti. Nullas pacis conditiones, quamvis parum aequae, nec ex victoris dignitate viderentur eſſe, averſabaris, ut conſtaret omnibus, Te pacis & concordiae Germaniae redintegrandae & firmandae ſtudio, non ambitione, nec cupiditate novarum rerum, aut finium late propagandorum, arma cepiſſe. Haec aequitas mirifica, & altiſſimi animi exaggeratio, Te ad divinitatis quoddam faſtigium evexit, ut Te tanquam caelo demiſſum Principem homines colant, ac venerentur.

Verum ut pax & tranquillitas Tuorum civium, ſic & eorum felicitas Tibi ſemper curae fuit, ut affluant omnibus, quae vel ad uſum, vel ad cultum & elegantiam vitae ſunt neceſſaria. Hinc magnis commodis & immunitatibus non ſolum excitantur incolae, ſed & exteri invitantur ad artificia varia in tuis civitatibus excolenda, & ad

mer-

mercaturam locupletandae reipublicae fovendam. Hinc in ultimas insulas, & terras alio sole calentes naves missae negotiandi caussa, coloniaeque sunt ductae. Hinc Suevum & Viadrum, fossa ducta magni operis, duodecim catarectis instructa, quinque decempedas lata, & tria miliaria Germanica longa, maximis impensis junxisti, ingenti negotiantium commodo, & itinerum compendio. Nullius patris familias tanta potest esse diligentia, & sollicitudo *in* procuranda re familiari, pro suorum tutela, quanta Tua est cura & *vigilantia in* providendis Tibi subjectorum populorum utilitatibus, & oportunitatibus. *Parentis indulgentiam & amorem omnibus* praestas. Inde tanta facilitas in omnium desideriis excipiendis, tanta benignitas in necessitatibus sublevandis, tanta severitas in sanctitate tribunalium, & religione judiciorum constituenda, ut omnes aequalitate juris fruantur, boni & bene de rep. meriti ornentur, improbos vero *nec* potentia, nec largitio, *nec gratia legibus* eripiat. *Omnium vero curarum* Tibi antiquissima est cura pietatis & religionis. In hoc omnem cogitationem mentemque fixisti, ut ejus decus illibatum, & omnibus pestilentibus erroribus purgatum floreat. Felicium aras raro fumare tam vere, quam eleganter dixit vetus poeta. Nam rebus laetis & secundis, *nimiisque* opibus solent homines efferri animis, & humanitatis oblivisci. Tu in tanto rerum humanarum fastigio non modo ipse caste colis religionem, Deumque unicum auctorem omnis Tuae felicitatis & victoria-

rum

rum eſſe in omni ſermone prae Te fers, ſed & Tuos cives ad eandem pietatem colendam Tuo inflammas exemplo, & graviſſimis verbis incitas. In admirabili illa adlocutione, qua Tuum exercitum in Pannoniam contra ſempiternum Chriſtianorum hoſtem iturum, hortabaris & confirmabas, quae hic apud nos quoque cum maximo applauſu fuit audita, quid praecipiebas acrius & ſtudioſius, quam ne in hac expeditione pietatis ſtudium Deique cultum negligerent, cui omnes Tuas victorias Te debere teſtabaris, utque, ſi tempus ſic ferat, mortem fortiter oppetant pro Chriſto Soſpitatore, qui ſalutem noſtram ſanguine ſuo, & vitam immortalem morte nobis, eaque indigniſſima, pepererit. Tantum ardorem in animis tam Ducum, quam militum, haec Tua oratio, tantam in Deum Chriſtianamque rempublicam pietatem ſpirans excitavit, ut alacrius ad bellum, quam ad feſtum diem proficiſcerentur, tantaque virtute dimicarint, ut maxima pars vitam profuderit, ſuperſtites autem, non tam ſuae fortitudini, quam illis facibus, quas eis ſubjeceras, victoriam adſcribant. Quam vero hoc luculentum & illuſtre pietatis Tuae documentum eſt, quod omnes exteros cujuſcunque gentis, qui propter religionem ſolum vertunt, & ad Te tanquam aram & arcem confugiunt, recipis fovendos, & alendos, quorum quater mille familiae in Tuis terris ſedes invenerunt quietas.

In alias artes ingenuas & doctrinarum ſtudia, quibus homines ad virtutem in reipublicae uſum

&

& decus informantur, non minus curae & liberalitatis confers. Quot eruditionis & ſapientiae palaeſtras aut excitaſti, aut magnifico tueris impendio? In Boruſſia Regium montem, ad Viadrum Francofurtum, in Clivis Duisburgum, in qua Tu, Princeps ſapientiſſime, me poene adoleſcentem primus produxiſti in hoc famae theatrum. In tanto numero novam doctrinae liberalioris officinam Te moliri in Magdeburgenſi dioeceſi, nuperius cum in Clivis ad Tuum conſpectum admitterer benigniſſime, ex Tuis ſermonibus, quos in tanta rerum mole, de amplificanda eruditionis dignitate mecum habere dignabaris, mihi datum fuit intelligere. Illi nunquam effluent ex animo meo, nec ille dies mihi longe honeſtiſſimus, quo tantum Principem videre audireque mihi licuit.

Praeter iſtam, quam Athenaeis tuendis impendis, quid non pecuniae conſumis in Hebraeorum, Graecorum, Romanorum *numiſmatibus*, gemmis elegantia & *eruditione*, quam prae ſe fert erudita manus, conſpicuis, & ſupellectile priſci temporis aggeranda, quae ſemper deliciae fuerunt heroicarum mentium. Auguſtus ſane ſua praetoria rebus vetuſtate & raritate notabilibus ornabat, ſollemnibus vero diebus donabat amicis nummos omnis notae, veteres etiam, & regios ac peregrinos. Quid dicam de ſumtibus, quos facis in Bibliotheca locupletanda, quam in Principali Palatio dedicaſti, quamvis jam tanta librorum exquiſitorum copia circumfluat, ut nulli fere ſit ſecunda, ſed Attalicorum & Alexandri-

no-

norum Regum memoratis bibliothecis palmam reddat ambiguam. Ei cuſtodiendae & excolendae novam cum maxime porticum ſpatioſiſſimam juſſiſti condi, ut ſplendidius quaſi hoſpitentur illa omnium ſeculorum illuſtria ingenia, qui quibuſcunque litterarum monumentis ulli ſapientiae parti utilem navarunt operam. In iſtud eruditorum hominum prytaneum ſi collocare quoque dignaberis recentem hanc Luciani editionem, non poterit non id magno ei eſſe honori. Nam praerogativa Tui tanti Principis judicii non modo commendabit eam omnibus bellarum rerum ſtudioſis, ſed & aeternitatem promittit. Eſt vero ſcriptor hic digniſſimus, qui curioſorum in manibus verſetur propter ingenii feſtivitatem incredibilem, mirificam elegantiam, & variae doctrinae, multarumque utilium & ſcitu dignarum rerum, quae fruſtra quaeruntur alibi, copiam. Gentilium ſtultitiam & anilem ſuperſtitionem, in illorum ſacris & cultu Deorum exagitat lepidiſſime. Non nunquam quidem nec Chriſtianis, aeque ut Tacitus ac Suetonius, parcit paganus, ſed vel ſic quoque nobis plus profuit, quam nocuit. Primum ex illo licet videre, quam futilia ſint, quae in Chriſtianis irridet. Dein argumento & teſtimonio luculentiſſimo vel invitus confirmat noſtrae doctrinae vim & ſanctitatem in praeclaro illo dialogo, cui pſeudomanti nomen. Non extat inſignior in omni antiquitate diſputatio, qua praeſtigiae & artes aeruſcatorum, qui fictorum oraculorum auctores fuerunt, & reſponſa divina mentiebantur, clarius oſtenduntur. Ait fa-

famoſiſſimum illum Alexandrum Abonotichitam, qui opinione renati Aeſculapii, futurorum praeſenſione juxtaque ſalutarium remediorum, quam jactabat, ſcientia inclyti, quem forma draconis humana facie, ſimulata fraude mirifica, oſtentabat, Aſiae & Europae diu illuſiſſe. Etiam hoc tempore foediſſimae illius, & omnem fidem excedentis credulitatis monumenta ſuperſunt in Abonitichitarum nummis, in quibus ille draco, hominis os ferens, conſpicitur. Adjicit Lucianus, hunc *impoſtorem* a ſuis ſacris & initiis, quae *inſtituerat*, *omnes* arcuiſſe Chriſtianos, & per praeconem edixiſſe: *Procul hinc Chriſtiani.* Norat impuriſſimus nebulo, Chriſtianos decipi non facile poſſe. Illos, mente ab oculis ſevocata, brevi latebras fallaciarum, quibus homines faſcinabant, perſcrutaturos, omnique mimo ſceleratiſſimi latrocinii perſonam detracturos fuiſſe. Vnde vero haec perſpicacitas hominibus rudibus, nec verſatis in perveſtigandis abditarum rerum cauſſis, quam *ſibi* vindicabant, qui Philoſophis *dederant operam*? unde robur illud animi, contra tantam ſuperſtitionis vim, quae omnium mentes tanquam magicis carminibus defixerat, quam a religionis Chriſtianae virtute & efficacitate, quae & oculos aperit ad fraudes nequiſſimorum hominum proſpiciendas, & animum firmat adverſus ſuperſtitionem, quae imbecilliores occupat facillime? Denique ſic cenſeo, ſi diligenter legatur Lucianus ab *hominibus ſanis*, qui noxia, quae non nunquam adſperguntur, poſſunt dignoſcere & ſeponere, vix ſcriptorem utilio-

liorem reperiri ad vitam corrigendam, eamque inanibus terroribus liberandam, nec non ad alte insitas & inveteratas opiniones pravas, quas cum lacte materno nostro aliorumque malo, imbibimus, a pulmone revellendas. Hunc tibi offero, sereniſſime Princeps. Si eum exceperis fronte Tua, hoc est serena, magnum operae, quam ei impendi, pretium me consecutum esse putabo. Deus Te, optime Princeps, contra ingravescentis aetatis incommoda diutiſſime servet salvum & sospitem, bono sacri Imperii Romani, cujus columen es, omniumque bonorum, in quibus ego numerari volo, qui praesidium in Te sibi certum constitutum esse decrerunt, & pro Tua Tuaeque florentiſſimae Domus incolumitate quotidie vota nuncupant. Trajecti ad Rhenum Nonis Novembribus M. IOC. LXXXVI.

IOAN-

[1] ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

LVCIANI SAMOSATENSIS

DIALOGI.

[2] Περὶ τοῦ ἐνυπνίου, ἤτοι βίος Λουκιανοῦ. | De Somnio, seu vita Luciani.

ARGVMENTVM.

Occasio hujus narrationis videtur sumpta esse ex 2. Xenophontis de dictis Socratis, ubi Prodicus Sophista eodem modo Herculi pueritiam egresso narrat virtutem ac voluptatem apparuisse: & utramque illum ad se pertrahere contendisse. Consilium autem & scopus in fine ab ipso Luciano explicatur. Nam ut adolescentes præ inopia deficientes & ad deteriora animum applicantes, revocaret, & ad literarum studia converteret, sermonem hunc ait à se institutum esse.

ΑΡΤΙ μὲν ἐπεπαύμην ἐις τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τῶν ἡλικίων ὢν· ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων ὅ, τι χρὴ διδάξαι τὸ μειράκιον, καὶ πολλοῖς ἐδόκει παιδεία μὲν, καὶ

NVPER cùm ineunte adolescentia [4] in ludum literarium ire desiissem, pater meus qua me arte instrueret, unà cum amicis disputiebat. Pleriſque certè videbatur [5] Humanitas, & labo-

1 Sic titulum authori meritissimò fecimus, meliores editiones sequuti. Mss. duo è Regis Christianissimi Bibliotheca, quos beneficio viri Clarissimi Nicolai Rigaltii videre contigit, nec titulum, nec ordinem agnoscunt. A postrema etiam editione Basilienſi duæ postremæ voces aberant. *Bourdelotius.*

2 Περὶ τ Ἐνυπνίε] Non dubium est quin φερωνυμίαν istam voluerit Lucianus operibus suis præfigi. Nec tamen persuasum habeo scribendi exordium eam illi fuisse. De ordine, quem in his dialogis servandum putavimus, dictum est in præfatione nostra ad Lectorem. *Idem.* Est λαλία sive φερωνυμία, ut patet in fine ubi ait οἷος ἦ φωνὴς ὑμῖν ἐπαυλήσατο. Marcilius.

πόνῳ πολλῷ, & χρόνῳ μακρῷ, & δαπάνης οὐσμικρᾶς, [1] καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς. πολλὴμὲν οὖν, μικρόν τι εἶναι, καὶ παχεῖαν τινα τὴν ἐπικουρίαν ἀπαιτεῖν. εἰ δὲ τινα [2] τῇ τύχῃ τῇ βαναύσων τούτων ἐπιμεμφοίμην, τὸ μὲ ὠφέλιμον ἐνὸν ἐν αὐτοῖς ἔχειν τὰ ἀρχηγοῦντα ἄφθονα τῆς τέχνης, καὶ [3] μηκέτι οἰκέσιτος εἶναι, πλείστου ὢν. ἂν εἰς μακρὰν ἡ καὶ τὸ πατέρα ἐνφρανεῖν, ἀποφέρων ἀεὶ [4] τὸ γενόμενον. Διὸ πρὸς ὧν σκέψεως ἀρχὴ ἐποιοῦτ' ἦν, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, καὶ ῥᾴστη ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, [5] καὶ ὠφελείαν ἔχουσα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τὸν πόρον. ἄλλα τινὰ ἄλλων ἐπαινούντων, ὡς ἱκανὸς γνώμης ἦν ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὴν ἰδίαν ἀπιδὼν, παρὼν δὲ ὁ τοῦ μητρὸς ἰδίος, ἄρτιος ἐρμογραφεῖν ἀεί, & τὸ λεγόμενον. Δευτέρας δὲ σκέψεως ἀρχὴ ἐποιοῦτ' ἦν, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, καὶ ῥᾴστη ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, [5] καὶ ὠφελείαν ἔχουσα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τὸν πόρον. ἄλλα τινὰ ἄλλων ἐπαινούντων, ὡς ἱκανὸς γνώμης ἦν ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὴν ἰδίαν ἀπιδὼν, παρὼν δὲ ὁ τοῦ μητρὸς ἰδίος, ἄρτιος ἐρμογραφεῖν ἀεί, & τὸ λεγόμενον. Δευτέρας δὲ σκέψεως ἀρχὴ ἐποιοῦτ' ἦν, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, καὶ ῥᾴστη ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, [5] καὶ ὠφελείαν ἔχουσα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τὸν πόρον. ἄλλα τινὰ ἄλλων ἐπαινούντων, ὡς ἱκανὸς γνώμης ἦν ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὴν ἰδίαν ἀπιδὼν, παρὼν δὲ ὁ τοῦ μητρὸς ἰδίος, ἄρτιος ἐρμογραφεῖν ἀεί, & τὸ λεγόμενον.

labore multo, & tempore longo, & sumptu non exiguo, [2] fortuna denique splendida opus habere: [3] nostras autem facultates cum tenues esse, tum celere quoddam auxilium postulare. Quod si mechanicam aliquam artem didicissem, fore primùm ut statim ab ipsâ arte necessaria vitæ comparare, nec amplius domi, etiam adhuc adolescens, paternis sumptibus viverem: deinde ut non multò post patrem exhilararem, quum semper justam mercedem referrem. Hinc secundæ consultationis caput est propositum, quænam ars optima, & ad discendum facillima, & libero homine digna esset: quæque minori sumptu egeret, quæstumque continuum sufficeret. Proinde alio vel ex sententia, vel ab experientia, aliam laudante; pater avunculum intuens (aderat enim is quo-

3 Εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν] Habet à Platone, in quo totus est, & à Xenophonte, cujus est assiduus imitator, apud quos, εἰς τῶν διδασκάλων φοιτῶν. Sic in Hermotimo, sive de Sectis. παρὰ τὸν διδάσκαλον φοιτῶντα, sic de Merc. cond. & passim alibi. Inde φοιτηταὶ, ἀντὶ τῶν μαθητῶν. Hesych. Suid. Poll. Diligens lector monendus est, Lucianum sæpissime loquendi modos eosdem, easdem paroemias, & citationes usurpare: qui enim aliter fieri potuit in tam floridâ & variegatâ scripturâ? Quod igitur semel monuerimus, illud sequentibus sufficiat. Ea satis constans ratio videbitur cur paululum in his principiis immorandum. *Bourd.*

4 *In ludum*] Omnem scholam (ut Ascanius ait) Romani ludum dixerunt. Cicero 2. de orat. *ludum* pro Rhetorum schola dixit. *Cognatus.*

5 *Humanitas*] Quoniam eruditio & bonarum artium disciplinæ homini soli sunt propriæ, factum est ut παιδεία pro eruditione acciperetur. Gell. lib. 13. c. 15. *Idem.*

1 Καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς] Iacobus Micyllus, vir doctissimus, interpres hujus λαλιᾶς, autoris mentem sæpissimè frustratur, & *egere quodam fortuna splendore.* sic de Merc. cond. *Bourd.*

2 *Fortuna*] Fortuna pro divitiis, Horat. Epist. 5. lib. 1. *Cogn.*

3 *Nostras autem res*] *Res* pro substantia. Terent. in Phorm. *Idem.*

4 Τύχῃ τῇ βαναύσων] Generaliter pro qualibet mechanica. ἁπλῶς tamen βαναυσία, πᾶσα τέχνη, ut vult Hesych. Suid. vox est Peloponnesiaca. In Peloponneso βαῦνος κάμινον ἢ ἐσίαν δηλοῖ. interp. Aristopha. Pollux. *Bourd.*

5 Μήκετι οἰκέσιτος ὦ] In MSS. & aliis editionibus, quoties occurrunt duæ vocales in duabus dictionibus, prior semper eliditur, quod semel monitum volui. *Idem.*

6 Τὸ γενόμενον] *Artis proventum.* Bud. vertit *justam mercedem.* Idem.

7 Καὶ ὠφέλειαν ἔχουσα τὴν χορηγίαν] *Quæ paratam opem ferret, quæ promptas praberet suppetias.* Ea repetit passim. *Idem.*

1 *Sta-*

γλύφος εἶναι δοκῶν, καὶ λιθοξόος ὁ τοῖς μάλιστα δεξιώμασι, ἐπεὶ ἡμῖς εἴπερ ἄλλῳ τέχνῃ ἐπιτραπῆν, σοῦ παρόντος. ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, δείξας ἐμοί, καὶ διδάσκε παρακαθὼν λίθους ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι, καὶ συναρμοσαι, καὶ ἐρμηνεύφια. διὰ γὰρ καὶ τοῦτο. φύσεως γὰρ εἶδα [2] ἔχων δεξιῶς. ἐπεμαίνετο δὴ ταῖς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐφ' οἷς, ὅτε μὴ τῶν διδασκάλων, πληγὰς ἐλάμβανον. τότε δὴ ἵππους εἰς τὸ ζῴφυλλον καὶ τοιοῦτο ἦν. καὶ χρῆσιν εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ὁ βραχεῖ μαθήσομαι τῷ τέχνῃ, ἀπ' ἐκείνης τῆς παιδιᾶς. ἅμα πρὸς ἐπιτήδειος ἐδόκει ἡμῖν τέχνης ἐπάρξαι. καὶ ὁ παρεδίδομεν τῷ θείῳ, μὴ τὸν Δί' ἐσφόδρα τῷ πράγματι ἀχθόμενος. ἀλλά μοι καὶ παιδιὰν ἔνα ἀπράγμονα ἐδόκει ἔχειν, καὶ ὅσους τὰς ἡλικιώτας ἐπίδειξιν, εἰ φανοίμεθα θεὰς πρὸς γλύφων; καὶ ἀγαλμάτιά τινα μικρὰ καταπαίζων ἐμαυτῷ τε, καὶ ἐκείνοις, οἷς ἐπῆρε μοι. καὶ τὸ μὲν τοῦτον ἐκεῖνο καὶ σώνθες τοῖς ἐγχωρίοις ἐγίγνετο. ἐγκωμία γάρ τινα μοι ἐκ τοῦ θέατος, ἐπίλυσιν μοι πρίαμα καὶ ἐλπίδος πλατείας, ὁ μέτρον κεφαλῆς, ἐπιπᾶν τὸ κοινόν. [5] Ἀρχὴ δὲ

quoque [1] ſtatuarius optimus ſculpendo & doliendo marmore inter probatiſſimos artifices habitus) non fas eſt, inquit aliam artem, te præſente potiorem haberi. Quare hunc abduc, (me demonſtrans) & acceptum doce lapides probè expolire, & coagmentare, ut in ſtatuarium præſtantem evadat. Poteſt enim & hoc, natura ut ſcis, præditus fœlici, ac dextera. Conjiciebat hoc ex ludicris illis quæ ex cera conficiebam, quum dimiſſus à præceptoribus, vel boves, vel equos, vel etiam homines, rectè per Iovem ut patri videbar, abraſa cera effingebam: quorum cauſa plagas à præceptoribus accipiebam. Tunc autem his laudibus ad excitandam ingenii dexteritatem me proſequebantur: & ex illa ad fingendum propenſione, omnes ſpem bonam concipiebant, fore ut brevi artem hanc addiſcerem. Simul igitur idonea videbatur dies auſpicandæ arti, & tradebar avunculo, rem per Iovem non iniquo admodum animo ferens. Quin mihi luſum quendam non inſuavem res ipſa videbatur habere, & ad nominis apud æquales illuſtrationem facturum eſſe, ſi & Deos ſculpere, & parva quædam ſimulachra, cum mihi, tum quibus vellem, adornare noſſe comperirer. Primum quod auſpicantibus fieri ſolebat. Celte data, tabulam in medio jacentem, leniter attingere juſſit avunculus, tritum illud admonens, [6] *Dimidium facti, qui cœpit, ha-*

1 *Statuarius*] Sunt qui ſtatuariam in quinque dividant ſpecies, in *Comicen*, *Colapticen*, *Glyphicen*, *Encolapticen*, *Encauſticen*. Cogn.

2 Ἔχων δεξιῶς] Anglic. & Mſ. δεξιάς, minùs Atticè. *Bourd.*

3 Τοῦ τοῦ διδασκάλου] Angel. τοῦ. Idem.

4 Εἰκότως] *Ad veram imaginem*, πρὸς τὴν εἰκόνα. Non enim εἰκότως, ibi vulgarem recipit interpretationem, cùm nullus ſenſus elici poſſit. *Idem.*

5 Ἀρχὴ δὲ τοῦ] Heſiodeum illud repetit in Hermotimo & alibi. *Idem.*

6 *Dimidium facti*] Ex Heſiod. idem in Hermot. *Cogn.*

τοιῆμισυ παντός. σκληρότερον ἢ κατὰ τὴν ἀπειρίαν, κατάγνυται μὲν ἡ πλάξ. ὁ δὲ, ἀγανακτήσας, [1] σκυτάλιόν τι καὶ μεμβράνου πλῆθος λαβών, ἐπράττε, καὶ δὴ καὶ ἐπεπείκει με. ὥστε δάκρυά μοι τὰ παρόντα τῆς τέχνης. ἀποδρᾶσα δὲ ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀφικνοῦμαι, σωτηρίας [2] ἀπολολύζων, καὶ δακρύων τὼ ὀφθαλμὼ ὑπόπλεως. καὶ δηγοῦμαι τῷ σκυταλίῳ. καὶ τὰς μώλωπας ἐδείκνυον. καὶ κατηγόρουν πολλὰ καὶ ὠμὰ τῆς μητρός, πτοοῦσα ὑπὸ φόνου παῖδα ἑδρᾶσαι, μὴ αὐτὸν ὑποβαλλομένη καὶ τῷ τέχνῃ. ἀγανακτησάσης ἢ τῆς μητρὸς, καὶ πολλὰ τὸν ἀδελφὸν λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε, καθεύδουσιν ἐπ' ἐμοῦ δάκρυς, καὶ τὴν νύχθ' ὅλην ὑπνοῦν. Μίχεα μὲν δὴ τούτων γελάσιμα, καὶ μεταξὺ ἐπιδηλα εἰρημένα. τὰ μὲν ταῦτα ἦ, ὑκεῖ δικαιοφρόνησα ὦ ἄνδρες ἀκούσατε, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλήκοοι ἀκροατῶν δεόμενα. ἴτε γὰρ καθ' Ὁμηρον εἴπω, [3] Θεῖός μοι ὑπνίον ἦλθεν ὄνειρος ἀμβροσίῃ νυκτί, σαφὲς γάρ ἔτως, ὥστε μηδὲν ἀπολείπειν τῆς ἀληθείας. ὅτι γὰρ ἐγὼ μὴ τοσοῦτον χρόνον, τά τε πράγματα μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρεμβάλλει, καὶ ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων [4] ἔναυλος, οὕτω σαφῆ πάντα ἦν. [5] Δύο γυναῖκες λαβόμεναι τοῖν χερ-

habet. Cæterùm me duriùs præ imperitia percutiente, tabula rumpitur. Indignatus avunculus, acceptaque scutica quæ prope jacebat, nequaquam mansuetè, atque ut animum addenti convenit, me initiavit: adeò ut lachrymæ artis procœmium mihi fuerint. Idcirco arrepta inde fuga domum repeto, continuoque ejulando, & lachrymis oculos opplendo, commemorabam scuticam, vibices ostendebam, nimiamque illius crudelitatem accusabam, addens hæc illum invidia feciſſe, ne se in arte superarem. Cùm stomachata, & multum fratri conviciata fuisset mater, ubi nox supervenit, lachrymosus adhuc obdormivi, totamque noctem cogitabundus decubui. Hactenus ridicula sunt, & puerilia quæ diximus: quæ verò deinceps audietis, nequaquam contemnenda sunt, ô viri: sed quæ auscultandi percupidos auditores requirant. Nam ut ex Homero dicam. *Venêre mihi divinâ insomnia nocte Almâ*, ita evidentia, ut à veritate nihil distarent. Nunc etiam post tantum temporis intervallum, & visorum species oculis inhæret, & auditorum vox auribus insonat, tam plana fuerunt omnia. [6] Duæ mulieres manibus prehensum,

1 Σκυτάλιον] De hac voce ejusque varia acceptione copiosè Grammatici. In Cod. Flor. & edit. Basil. male σκυτάλιν. Bourd.

2 Ἀπολολύζων] Mſſ. & Angl. ἀνολύζων: de qua voce dico ad lib. 10. Heliod. *Idem.*

Ib. Δακρύων τὼ ὀφθαλμοὺς ὑπόπλεως] Τὼς ὀφθαλμὼς aberant ab uno Mſſ. *Idem.*

3 Θεῖός μοι] Agamemnonis verba, lib. 2. Iliad. *Idem.*

4 Ἔναυλος] Hac dictione passim utitur. ἔναυλος ὁ ἐκτὸς τῆς αὐλῆς. ὅθεν ὁ λόγος ἔναυλος ὁ ἐπ' ἐκτὸς ὢν τῆς ἀκοῆς: atque hanc vocem sic capit, dum ait πράγματα μοι ἦν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρεμβάλλει, &c. *Idem.*

5 Δύο γυναῖκες] Totius narrationis sive τῆς ὑποθέσεως, exordium sumptum è Prodici Philosophi Hercule. Suid. in Prod. aliique multi. verum figmentum illud

ἐγὼ, ἕλκῃ μὲ θάτερος ἑαυτῷ ἐκπρεπῶς μάλα βιαίως, [1] καὶ κραρπαρῶς. μικροῦ γοῦν με διεσπάσατο πρὸς ἀλλήλας φιλοδικούμενος. καὶ γὰρ ἄρτι μὲν ἦν, ἡ ἑτέρα ἐπεκράτει, καὶ ἀπεμισεῖτ' [2] ὅλον εἶχέ με. ἄρτι δ' ἦν, αὖθις ἡ τῆς ἑτέρας εἶχε μᾶλλον. ἐδόκουν δὲ πρὸς ἀλήλας ἐκπρεπῶς. ἡ μὲν, ὡς αὐτῆς ὄντα με κεκτῆσθαι βέλοιτο. ἡ δὲ, ὡς μᾶλλον τῶν ἀλλοτρίων ἀπολαύοιτο. ἦν δ' ἡ μὲν ἐργαλικὴ, καὶ ἀνδρικὴ, καὶ εὐχερὴς τὴν χεῖρα. ἡ δὲ, λευκὴ τὰς χεῖρας τυλῶν ἀνάπλεως, διεζωσμένη τὴν ἐσθῆτα, πάνυ κεκαλλυσμένη, οἵας ἦν ὁ θεῖος ὁπόταν ξέοι τοὺς λίθους. ἡ ἑτέρα δὲ, μάλα εὐσχήμων, καὶ τὸ χρῶμα εὐπρεπὴς, καὶ [4] κόσμιος τὴν ἀναβολήν. τέλος δ' οὖν, ἰφιᾶσί μοι δικάζειν ὁπότερα βελτίω σωφρονεῖν αὐτῶν. σχοπέρα δ' ἡ συλλογὴ ἐκείνη, καὶ ἀσφαλὴς ἔλεξις. Ἐγὼ φίλε παῖ, ἐρμογλυφικὴ τέχνη εἰμὶ, ὦ χθὲς ἥκεις μανθάνειν, οἰκεία τέ σοι καὶ συγγενὴς οὖσα. ὅ, τι γὰρ πάππος σὸς, οἰκοῦσα τὸν μητροπάτορος, λιθοξόος ὦν, καὶ τὸν θεῖον ἀμφοτέρων. καὶ μάλα εὐδοκιμοῦντα δι' ἡμᾶς. οὐδὲ θέλοις λάθρα μὲν καὶ φλαῦρόν τι τῶν ἀφ' ἑαυτῆς ἀπάξασθαι, δείξασα τῷ ἑτέρᾳ, ἑπαλλὰξ δὲ καὶ συμπεῖσαι ἐμοὶ σοφὰ μὲν

sum, se utraque valde violenter ac potenter me trahebant: unde parum abfuit quin me discerperent, inter se contendentes. Nam altera quidem superabat, & propemodum totum tenebat me: modo contra ab altera tenebar. Tum in se invicem clamabant ambæ, hæc quidem quòd suum vellet me possidere: illa verò quòd aliena nequicquam sibi vendicaret. Erat autem altera operaria, virilis, & squalida coma, callosis manibus, succincta veste, marmoreo pulvere oppleta, qualis erat avunculus quum lapides poliebat. Altera facie venusta, habitu decoro, veste modesta, mundaque. Postremò autem permittunt meo judicio utri earum conversari malim. Et sic prior illa dura, & virilis locuta est. Ego, chare puer, Statuaria sum, quam heri discere cœpisti, tibi familiaris, & à parentibus congenita. Nam & avus tuus (avi materni nomen addens) fuit marmorarius, ambo præterea avunculi tui, & propter nos claruerunt. Quod si velis tricis, ac nugis circa quas ista versatur, alteram indicans, abstinere, me verò sequi, mecumque degere: primum generosè

Illud non Prodico sed Xenophonti quidam adscripserunt, ut Cic. epist. 12. lib. 5. ad Fam. Scholiast. Homeri ad 14. Odyss. Lucianus hac σοφιστικῶς de Somnio. Malè hoc illi. Prodicus enim hujus autor primus, ut patet apud ipsum Xenophontem. post primum autorem alii illud ipsum terigere, ut Max. Tyr. serm. 4. Themist. Euphrad. Orat. 3. D. Basil. orat. ad Nepot. *Bourd.* Simile figmento Prodici Sophistæ quo induxit voluptatem & virtutem Herculi adhuc puero apparuisse. *Cogn.*

1 Καὶ κραρπαρῶς] Sic jungi solita in Xenophonte & Platone. *Bourd.*

2 Ὅλον εἶχέ μὲ] Sic in epist. amato. Philost. *Idem.*

3 Τὸ χρῶμα] Sic in omnibus & Mss. & edit. sic passim, ut de Somnio. τῷ χρῶτι, τὸ τύχαι, & similia in Platone. *Idem.*

4 Κόσμιος τὴν ἀναβολὴν] Vt pòst passim, κεκοσμημένος τὴν διαβολήν. *Idem.*

θρέψῃ γενικῶς, καὶ [1] τοὺς ὤμους ἕξεις καρτεροὺς, φθόνου δ' πάντος ἀλεξήσιος ἔσῃ, καὶ οὔποτε ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν, τὴν πατρίδα, καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπών. [2] οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσονταί σε πάντες. [3] μὴ μυσαχθῇς δὲ ὦ σύμμαχος [4] τὸ ὄψιλες, μηδ' ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν. ἀπὸ γὰρ τῶν τοιούτων ὁρμώμενον καὶ [5] Φειδίας οἷος ἦν, ἔδειξε τὸν Δία. καὶ [6] Πολύκλειτος τὴν Ἥραν εἰργάσατο καὶ Μύων ἐπῃνέθη, καὶ Πραξιτέλης [7] ἐθαυμάσθη. πρὸς ταῦτα οὖν τὴν γνώμην, ἵνα μὴ τῶν ἄλλων εἷς γένοιο, πῶς μὴ ὁ κλεινὸς αὐτὸς ἀπάντων ἔσῃ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιο ; ζηλωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποδείξεις. εὐδαιμονίσει δὲ καὶ φανεῖς καὶ τὴν πατρίδα. πολλῷ δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις [8] πλείονα, διαπταίουσα, καὶ βαρβαρίζουσα, [9] πάμπολλα εἰπεῖν ἡ τέχνη, μᾶλλα δὴ σπουδῇ σωφρονοῦσα, καὶ πείθειν με πειρωμένη. ἀλλ' ἐκεῖνα μέμνημαι τὰ πλεῖστα γὰρ ἤδη μου τῶν μνημῶν διέφυγεν. ἐπεὶ δ' ἐπαύσατο, ἄρχεται ἤδη καὶ ἐγὼ τὰ λοιπά. Ἐγὼ δὲ τοίνυν,

neroſe educaberis, & robuſtos humeros habebis, ab omni quoque invidia alienus eris : nec patria, tuiſque familiaribus unquam relictis, in terras alienas abibis, neque ob orationem laudabunt te omnes. Neque verò corporis vilitatem, aut veſtium ſorditiem averſeris. Nam ab his initiis profectus etiam Phidias ille Iovem ſpectandum exhibuit, & Polycletus Iunonem fabricavit, Myron laudatus eſt, & Praxiteles in admiratione fuit : & hi quidem cum Diis illis adorantur. Quòd ſi horum unus evaderes, quomodo ipſe apud omnes homines celebris non fieres ? Patrem certè beatum efficeres, & patriam omnibus ſpectabilem redderes. Hæc atque his etiam plura balbutiendo, & barbarè pronunciando, pleraque dixit Statuaria, ſummo ſtudio omnia connectens, & me in ſuam ſententiam adducere contendens. Sed plura non memini : maxima enim pars mihi excidit. Cæterùm ubi tandem finem fecit loquendi, altera in hunc ferme modum orditur. Ego verò,

1 Τοὺς ὤμους ἕξεις καρτεροὺς] Vt in Deor. & Mortuor. dialog. & in Contempl. *Bourd.*

2 Οὐδὲ ὅτι λόγοις] Longe alia lectio concipitur ex Mſſ. & Angl. Cod. εἰ δ' ἐπὶ λόγοις, id, qui partes τῆς παιδείας tuentur, ὡς ὅτι ἔργοις ἐπαινέσονταί σε, ἀλλ' ὅτι λόγοις. Recepta lectio facilior, hæc durior. πάντες abeſt à Mſſ. *Idem.*

3 Μὴ μυσαχθῇς] In Flor. Cod. μυσαχθεὶς, malè. hanc vocem alibi interpretatus ſum. *Idem.*

4 Τὸ ὄψιλες] *Vilitatem.* Hanc vocem ſæpè interpretati ſunt viri doctiſſimi. Cætera hujus concionatricis habes in Piſcat. *Idem.*

5 Φειδίας ἔδειξε τὸν Δία] Olympicum, ut patet poſtea, & apud Iul. Imper. in epiſt. *Idem.*

6 Πολύκλειτος ἔδειξε τὴν Ἥραν] Argivam. patet apud Plin. de horum duorum operibus, autor libri de mundo, Cic. Tuſcul. 1. Plin. c. 8. lib. 34. Val. Max. c. 15. lib. 8. *Idem.*

7 Ἐθαυμάσθη] Mſſ. ἐθαυμάζετο. Idem.

8 Πλείονα διαπταίουσα] Hunc locum imitatus eſt Iulia. Imp. ὑ πορφυρίδων, ἢ δυσκόλων, ὡς ἐφίσταμένῳ ἐσ' ἂ τὴν ἀνάμνησιν ἀφεῖσαι σοὶ χρόνῳ. Idem.

9 Πάμπολλα] Angl. & Mſſ. πάντα. Sed πάμπολλα Lucianicum eſt : atque ipſe hac dictione paſſim utitur. *Idem.*

1 Εἰς

παιδεία εἰμὶ ἤδη σοφώτης σοι, ἐ γνωσίμη, εἰ ἐμηδέπω [1] εἰς τέλος με πεπίρασαι. ἠλίκῳ μὴν ὄντι τὰ ἀγαθὰ πρᾶγμα λήξεσθαι ἡγοῦμαι, αὐτὸ φανερὸν ἔσται. οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, τῷ σώματι πονῶν, καὶ τούτῳ τὰς ἁπάσας ἐλπίδας τοῦ βίου τιθεμένῳ. ἀφανὴς μὲν αὐτὸς ὢν, ὀλίγα καὶ ἀζήμια λαμβάνων, πᾶσιν τοῖς γνωρίμοις, ἀσπαστὸς ἐν [2] τῷ πρόσθεν, ὅτι φίλοις ἐπιδικάσιμος, ὅτι ἐχθροῖς φοβερός, ὅτι τοῖς πολίταις ζηλωτός, ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τὸ σὸν ἕκαστον ἡμῖν εἰς, ἀεὶ τὸ στρέχοντα ὑποπτήσσων, καὶ τὸ λίγειν δυνάμενον θεραπεύων, [3] λαγὼ βίον ζῶν, καὶ τὸ κρείττονος ἔμμεσον ὤν. εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος ἦσθα, καὶ θαυμαστὸς πολλὰ ἐξεργάσαιο, τοῖς μὲν τέχνῃ ἅπασιν ἐπιστήσεται, [4] σὺ δὲ ἴσῃ ὃς πρὸς τὸ ἰδίωτον, εἰ τῶν ἔχει, ἀξιωτ' ἂν σοι ὁμοίως ἡδέως. οἷος γὰρ ἂν ᾖς, βάναυσος, καὶ [5] χειρώναξ. καὶ ὑποχειροήθως νομιδήτη. ὧν δή μοι πίθῃ, σπεῦσον μὲν σοι πολλὰ ἐπιτηδεῦσαι, ἤδη σωφρονῆσαι σοι, ἐ γνωσίμη, εἰ ἐμηδέπω εἰς τέλος με πεπίρασαι. ἠλίκῳ μὴν ὄντι τὰ ἀγαθὰ πρᾶγμα λήξεσθαι ἡγοῦμαι, αὐτὸ φανερὸν ἔσται. οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, τῷ σώματι πονῶν, καὶ τούτῳ τὰς ἁπάσας ἐλπίδας τοῦ βίου τιθεμένῳ. ἀφανὴς μὲν αὐτὸς ὢν, ὀλίγα καὶ ἀζήμια λαμβάνων, πᾶσιν τοῖς γνωρίμοις, ἀσπαστὸς τῷ πρόσθεν, ὅτι φίλοις ἐπιδικάσιμος, ὅτι ἐχθροῖς φοβερός, ὅτι τοῖς πολίταις ζηλωτός, ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τὸ σὸν ἕκαστον ἡμῖν εἰς, ἀεὶ τὸ στρέχοντα ὑποπτήσσων, καὶ τὸ λίγειν δυνάμενον θεραπεύων, [3] λαγὼ βίον ζῶν, καὶ τὸ κρείττονος ἔμμεσον ὤν. εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος ἦσθα, καὶ θαυμαστὸς πολλὰ ἐξεργάσαιο, τοῖς μὲν τέχνῃ ἅπασιν ἐπιστήσεται, [4] σὺ δὲ ἴσῃ ὃς πρὸς τὸ ἰδίωτον, εἰ τῶν ἔχει, ἀξιωτ' ἂν σοι ὁμοίως ἡδέως. οἷος γὰρ ἂν ᾖς, βάναυσος, καὶ [5] χειρώναξ. καὶ ὑποχειροήθως νομιδήτη. ὧν δή μοι πίθῃ, σπεῦσον μὲν σοι πολλὰ ἐπιτηδεῦσαι,

verò, ὁ fili Humanitas ſum, jam conſueta & nota tibi, tametſi nondum ad finem periculum mei feceris. Quanta utique bona fis adepturus ſi ſtatuarius evadas, illa modò expoſuit. Nihil enim aliud niſi operarius eris, corpore laborans, & in hoc totam vitæ ſpem poſitam habens, obſcurus ipſe degens, modicum & minimè genereoſum quæſtum faciens, dejectus animo, tenuis reditibus, nec amicis in foro auxiliaris, nec inimicis formidabilis, nec civibus beatus prædicandus: ſed illud ſolùm videlicet opifex, & è vulgo unus, præſtantiorem te ſemper formidans, & dicendi peritum colens, leporis vitam vivens, potentioris denique lucrum exiſtens. Quod ſi etiam Phidias, vel Polycletus fias, & præclara multa opera edas, artem quidem laudabunt omnes, nemo tamen ex aſpicientibus, qui ſanæ ſit mentis, tibi ſimilis eſſe optarit. Qualis qualis enim fueris, nihil niſi mechanicus artifex, manibus operans, & ex iiſdem victum quæritans cenſeberis. At contrà, ſi mihi obſequaris, primùm tibi

1 Εἰς τέλος] Rectè ibi Latinus interpres *eis τέλος*, *ad plenum*. Virg. lib. 2. Georg.

Huc ager ille malus, dulceſque à fontibus unda
Ad plenum calcentur. Bourd.

2 Τῷ πρόσθεν] Sic rectè in omnibus & Mſſ. & impreſſis. Iacob. Micyll. nihilominus vult legi *ὑπαμὶς τῷ πρόσθεν*. Idem.

3 Λαγὼ βίον ζῶν] Demoſth. *ἀδεῶς καὶ ἡσυχῇ. λαγὼ βίον ζῆν λέγουσιν οἱ ἐν σωτηρίᾳ φίζαι καὶ διατελοῦντες ἐ ἀκινδυνεύοντες.* Ex hoc proverbio illud natum, *λαγωῶν διαλείψεις.* de quo Lucianus. Piſc. & ſæpe alibi. D. Anaſt. in Epiſt. de hujus animalis metu. Ariſt. c. 1. lib. 1. hiſt. anim. & in Phyſiogn. Varr. Horat. Oppia. Ælia. Apul. Iul. Poll. Sido. Neque inelegantèr Q. Cornificius poëta apud Euſeb. in Chron. Milites fugaces vocavit *galeatos lepores*. Horum proverbiorum origo eſt quam profert Herod. in Thal. *ὅτι ὁ λαγὸς ὑπὸ πάντων θηρεύεται ἐ θηρίων ἐ ὀρνίθων, ἐ οὐ θρασύς.* Hinc metus leporis apud Auſon.

At lepus, In me omnis terra pelagique ruina eſt,
Forſitan & cœli, ſi cani aſtra tenent. Idem.

4 Οὐκ ἴσῃ ὃ] Eleganter hæc Plutar. in Pericle ſtatim ab initio. *Idem.*

5 Χειρῶν ἄναξ, μοναῖς τὰ χερὶ διανύζων] Aliter Heſych. *Idem.*

δείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα, καὶ πράξεις θαυμασίας, καὶ λόγους αὐτῶν [1] ἀπαγγελοῦσα, καὶ πάντων ὡς εἰπεῖν, ἐμπειρόν σε ἀποφανοῦσα. καὶ τὴν ψυχήν, ὁπόσον σε κυβερνᾶν ἐστι, καὶ ἀκηδιῶντα πολλοῖς, καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ, πραότητι, ἐπιεικείᾳ, σωφροσύνῃ, καὶ τοῖς καλοῖς ἔρωτι, τῇ πρὸς τὸ σεμνότατον ὁρμῇ. ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ τῆς ψυχῆς [2] ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κόσμος. λήθῃ δέ σε ὑπὸ παλαιῶν ἀδέτ, ὑπὸ νῦν ἡδυσμένον δέον, ἀλλὰ καὶ τὰ δέοντα προθύμως μετ' ἐμοῦ. καὶ ὅλως, ἅπαντα ὁπόσα ἐστὶ πάντα θεῖα, πάντ' ἀνθρώπινα, σὺν ἐμοὶ μαθήσεσθε διδαξόμενα. καὶ ὁ νῦν πένης, ἀφνεὸς δέον, ὁ βλαισὸς μὲν ὁ πρὸς ἀγχίνοιαν ὑπὸ τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλωτός, καὶ ἐπιφθονος ἔσῃ, πιμπλάμενος, καὶ ἐπαινούμενος, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις δόξασι μένων, καὶ λόγῳ τῷ ἀληθεῖ καὶ παλαίστρᾳ πρέπουσαν ἀποδεικνύμενος. ἐσθῆτα μὲν τοιαύτην ἀμπεχόμενος, δείξασθε τῆς ἐσωτῆς, πάνυ γλαμπρὰν ἐφορᾷ, δρόμῳ τε καὶ πρὸς θέαν ἀξιόμενος. κἂν πᾶσι δοκῇς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἀποδεικνῆς ἀγωνᾷ, ἀλλ' ἀφανὴς ἔσῃ. τοιαῦτά σοι δεήσεται [3] τὰ γνωρίσματα· ὥστε τὸ ὁρώντων ἔγκρισον, τὸ παλησίον κινήσας, [4] δείξει σε τῷ δακτύλῳ, [5] οὗτος

tibi multa priſcorum virorum præclara opera, actaque admiratione digna oſtendam. Deinde & orationes eorum exponendo, & omnium, ut ita dicam, expertum te reddendo, animum, quæ tui pars eſt præcipua, multis ac præclaris ornamentis exornabo. Modeſtia ſcilicet, Juſtitia, Pietate, Manſuetudine, Æquitate, Prudentia, Fortitudine, Amore honeſti, rerum graviſſimarum Deſiderio. Hæc enim ſunt verè incorrupta animi ornamenta. Præterea neque quicquam ante actum te latebit, neque quod in præſentia eſt agendum, ſed illud multò ante mecum proſpicies. Omnia in ſumma, quæcunque ſeu divina ſunt, ſeu humana, brevi te docebo. Et qui nunc pauper es, iſtius neſcio cujus filius, qui de adeò illiberali arte neſcio quid conſultas, haud multò poſt, omnibus inſignis, & admirandus videberis, dum honoribus afficieris, laudibus eveheris, & rerum præſtantiſſimarum gloria celebraberis, & ab iis qui genere, atque opibus antiſtant conſpicieris: veſtem quidem hujuſcemodi geres (oſtendens ſuam, gerebat autem admodum ſplendidam) magiſtratu verò primoque conſeſſu dignus exiſtimaberis. Et ſi aliquò peregrè proficiſcaris, etiam in aliena terra non ignotus, nec obſcurus eris. Talibus ego te ornamentis inſignem reddam: ut te aſpicientium unuſquiſque proximè aſtantem impellendo commonens, digito

1 Ἀπαγγέλλουσα] Mſſ. & Angl. ἀπαγγελῶ Id. Cod. pro ἀποφαίνουσα, ἀποφανῶ. Bourd.

2 Ἀκήρατον κόσμον] Sic paſſim alibi: ſic Iulia. in epiſt. dixit ἀκήρατον χρυσὸν deſecatum, ἀκήρατον, ἀκήρατον, ἄφυρτον, ἄφθαρτον, καθαρὸν, θεῖον, ἁγνόν. Idem.

3 Τὰ γνωρίσματα] Dixerunt viri Clariſſ. hac de te dico ad Heliod. *Idem.*

4 Δείξει σε τῷ δακτύλῳ] Arria. Epict. c. 1. lib. 3. Viri Clariſſ. Th. Marcil. Deſ. Heral. δακτυλοδεικνύσθαι. Idem.

5 Οὗτος ἐκεῖνος] Sic in Harmonid. & alibi. *Idem.*

1 Κιχι-

ἐκείνῳ λέγει. ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ, καὶ τοὺς φίλους, ἢ καὶ τὴν πόλιν ὅλην προσλαμβάνῃ, εἰς σὲ πάντες ἀποβλέψονται· κἂν σοῦ τι λέγοντος, [1] κεκηνότες οἱ παῖδες ἀκούσονται), [2] θαυμάζοντες, καὶ διδιμονίζοντές σε τὸ λεγόμενον ἐπὶ δυνάμεως, καὶ τὸ παντὸς ἐπὶ δυσπραξίας. ὃ δὲ λέγουσιν ὡς ἄρα ἀθανάτοις γίγνονταί τινες ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτό σοι περαίνουσι· καὶ γὰρ ἐκ σοῦ τὸν βίον ἀπόλοιτο, [3] ὅπως πείσῃ σεαυτὸν τοῖς πεπαιδευμένοις, καὶ σεαυτὸν ὁμιλεῖν τοῖς ἀρίστοις. ὁρᾷς τὸν Δημοσθένην οἷόν ποτ' ἦν υἱὸν, οἷον ἐγὼ πλήρη ἐποίησα; [4] ὁρᾷς τὸν Αἰσχίνην, ὃς τυμπανιστρίας ἦν υἱὸς, ἀλλ' ὅμως αὐτὸν διῆμι Φίλιππος ἰδεσθαι; ὁ δὲ Σωκράτης, καὶ αὐτὸς ὑὸς τῆς μαιευτικῆς τυγχάνει τέχνης, ἐπειδὴ πάσχει σεαυτῷ τὸ κρεῖττον, Καὶ θαμὰ διδοὺς πᾶ αὐτὸς, ἠδὲ μάλιστα ἐμοὶ, ἀκμὴν ὡς ἐκδοὺς πάντων ἄδυτος; ἀφεὶς δ' αὐτὸς παλαιστὴς, καὶ τοιούτους ἀνδρας, καὶ πράξεις λαμπρὰς, καὶ λόγους σεμνοὺς, καὶ χρῆμα δίκρεπες, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ ἔπαινον, καὶ σωτηρίας, καὶ δυνάμεις, καὶ ἀρχὰς, καὶ τὰ ἐπὶ λόγοις διδόμενα, καὶ τὰ ἐπὶ σωφροσύνῃ διδόμενά τε, ἀντιῶν τε πατρῷον σύνοιαν, καὶ χρῆμα δυλοπρεπὲς ἀναλῦσαι, καὶ μοχλία, καὶ γλυφέα, καὶ κοπίας, καὶ κλαπτῆρας ὧν τῶν χρεῖαν ἴσχεις, κἀκπεπομφὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς, καὶ χαμαίζηλος, καὶ

gito te demonſtret, atque hic illè eſt; dicat. Iam ſiquid magni momenti, vel ad amicos, vel ad civitatem univerſam pertinebit, omnes in te oculos convertent: tum ſiquid dixeris, plerique hiantes auſcultabunt, admirantes & prædicantes te beatum ob dicendi vim, tuumque patrem ob prolis fœlicitatem. Et quod ajunt, ex hominibus aliquos immortales reddi, hoc tibi conferam. Nam poſtquam ipſe ex hac vita deceſſeris, numquam deſines converſari doctis, & conſuetudinem habere cum optimis quibuſque. [4] Demoſthenem illum vides, cujus filius fuerit, & quantum ego eundem reddiderim. Vides & Æſchinem, qui tympaniſtriæ filius erat, attamen propter me etiam Philippus rex illum coluit. Ipſe quoque [5] Socrates ab iſta Statuaria educatus, ſimul atque meliora intellexit, illaque relicta ad me transfugit, audis ut nunc ab omnibus decantetur? At ſi reliqueris tantos taleſque viros, res adeò ſplendidas, orationes tam graves, habitum tam decorum, honorem, famam, laudem, primos conſeſſus, potentiam, imperia, denique & illam, quam ex dicendo conſequêris gloriam, & qua te omnes ob prudentiam prædicabunt, fœlicitatem, tuniculam ſordidam indues, habitumque ſervilem aſſumes, vectes, cæla, celtes, ſcalpra præ manibus habebis, deorſum inclinatus in opus, humilis, humi-

1 Κεκηνότες] Vt in Nigr. Timo. Charont. & paſſim. *Bourd.*

2 Θαυμάζοντες καὶ διδιμονίζοντές σε] Mſſ. Θαυμάζοντές σε ἐπὶ δυνάμεως. Impreſſa lectione alibi ſæpe utitur. *Idem.*

3 Ὅπως πείσῃ σεαυτὸν τοῖς πεπαιδευμένοις] Πεπαιδευμένοις, ἀμφιλόγως vitandæ cauſa. *Marc.*

4 *Demoſthenem*] Aphthonius in Chria. *Cogn.*

5 Τὸν Αἰσχίνην] Plin. Diog. Laërt. Autor vitæ Æſchinis. *Bourd.*

6 *Socrates*] Fuit Sophroniſci lapidarii filius qui etiam lapides ſculpſiſſe dicitur. Aſſerunt quidam gratias veſtitas quæ ſunt in arce, illius opus eſſe. *Idem.*

καὶ πάνυ τοῦ πονηροῦ. [1] Ἀνακύπτων δὲ μηδὲν πω, μηδὲ ἀνθρώπους, μηδὲ ἀλλήλους μηδὲν ἐπιτρέπων, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα ὅπως εὔρυθμα, καὶ εὐχύμονα ἔσται σοι σκοπῶν. ὅπως δ' αὐτὸς εὔρυθμός τε, καὶ κόσμιος ἔσῃ, ἥκιστα προφροντικῶς, ἀλλ' ἀμφιπρεπῆ ποιῶν σαυτὸν λήσων. Ταῦτα ἔτι λεγούσης αὐτῆς, ἀ παρεμένας ἐγὼ τὸ πλῆθος λόγων, ἀναπαύσας ἀπεφηνάμην. καὶ τὴν ἄμορφον σκευὴν, καὶ ἐργαλικὴν ἀπολιπὼν, μετέβαινον πρὸς τὴν παιδείαν μᾶλλον γεγηθώς, καὶ μάλιστα ἐπὶ μοι καὶ εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη. καὶ οὐ πολλὰς δίκας σὺν ὀλίγας δρόμῳ μοι χθὲς συνεπείψατο. ἡδὲ, ἁπλεφθεῖσα, τὸ μὲν πρῶτον ἠναισάκτει, καὶ τῷ χαίρε συνεκρότει, καὶ τὰς ἐδύνας συέπειε. πλῆν ἅτε τὴν Νιόβειον ἀκούομεν, ἐπεπήγει, καὶ εἰς λίθον μετεβέβλητο. εἰ δὲ παρέδεξα ἅπαξ, μὴ ἀπεπήσητε. [2] Θαυμάσιοι γὰρ οἱ ὄνειροι. ἡ ἑτέρα δ' αὖθίς με ἀπιδοῦσα, τοιαῦτα ἀμείψομαί σε ἔφη τῇ δίκῃ δικαιοσύνης, ἣν καλῶς τῷδε δίκῃ ἐδίκασας. καὶ ἅμα ἤδη, ἐπιβᾶσα τούτου τοῦ ὀχήματος, δείξασα τὸ ὄχημα ὑποπτέρων ἵππων τινῶν, τῶν Πηγάσου ἀοικότων, [3] ὅπως ἴδοις οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκριβῶς ἐμοὶ, ἀγνοήσειν ἔμελλες. ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν, ἤλαυνε, καὶ ὑφλιόχει. ἐγὼ δ' εἰς ὕψος ἐγὼ, ἐπισκόπουμι ἀπὸ τοῦ ἅρ-

miliaque tentans, omnibus denique modis abjectus. Nunquam autem caput eriges, virile nihil, liberumve cogitabis: sed tantum providebis, ut opera tua suis numeris & decore absoluta reddantur; at ut ipse concinnus & ornatus incedas, minimè curabis, imò saxis ipsis contemptiorem te reddes. Nondum hæc dixerat, quum non expectato fine orationis, surgens sententiam pronunciavi: & relicta illa deformi & operatrice, ad Humanitatem læto animo transivi, eoque magis quia mihi venit in mentem scutica, & plagæ non paucæ quas mihi pridie artem auspicanti statim ab initio inflixit. Tum illa relicta primum indignabatur, manusque complodebat, ac dentibus infrendebat: tandem quemadmodum [2] Nioben audimus, ita hæc quoque diriguit, & in saxum mutata est. Quòd si incredibilia passa esse videtur, ne miremini: [3] miranda enim sunt objecta somniorum. Altera autem oculis in me conversis, proinde, inquit, justitiam hanc tibi rependam quoniam causam hanc rectè judicasti. Iam veni, currumque hunc ascende (ostendebat currum qui ab alatis equis [4] Pegaso similibus trahebatur) ut videas qualia & quanta ignoraturus fuisses, si me non secutus esses. Cæterùm postquam ascendi, hæc quidem agitare & aurigari cœpit. Ego verò in sublime sublatus, ab oricn-

1 Ἀνακύπτων] Cod. Angl. ἀναπέμπων. Bourd.

2 *Nioben*] Ovid. 6. Met. *Cogn.*

3 Θαυμάσιοι γὰρ ὄνειροι] Dixi ad illud Petron.

——*Somnia quæ mentes ludunt.* Bourd.

4 *Somnia enim mirifica*] Eorum quæ in somno videmus Macrobius ait esse quinque genera: somnium, insomnium, visionem, oraculum, visum. *Cognatus.*

5 Ὅπως ἴδοις] Mss. & Angl. εἴδοις, toleranda lectio, aliter tamen cæteræ editiones, atque aliter legit Interp. *Bourd.*

6 *Pegaso similibus*] Homer. Iliad. 9. Ovid. 5. Metam. *Cogn.*

1 2 Πρὸς

ἀρξάμενος ἄχρι [1] πρὸς ἑσπέραν, πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ δήμους, καθάπερ ὁ Τριπτόλεμος ἐπισκοπούμενος τὰς πλείους ἤλθον. καίτοι μόλις μέμνημαι ὅ, τι τὸ πρωϊαίτερον ἐνόησα τῷ πλοίῳ, τὴν μόνον, ἣν κατεῖδον ἀφορῶντες οἱ ἄνθρωποι, ἐπήνουν, καὶ μετ' ὀφθαλμῶν καὶ ὧν ἠρόμην τῇ πρόσῃσι, παρέπεμπον. δείξασα δέ μοι τὸ τοιοῦτον, καλεῖ τοὺς ἐπαινοῦντας ἐκείνους, ἐπαινέσαι αὖθις, καὶ τῷ αὐτῷ ἐοικέναι ἐδόκει ἐκείνῳ σεσεδυκέναι, ὃν εἶχεν ἀφιππάμενον. ἀλλ' ἐμοὶ ἐδόκει δι' ὑπερόπτου τοὺς ἐπαίνους. [2] καθελαύνουσα οὖν καὶ τὸ πατέρα ἑστῶσα, καὶ φαινομένη, ἐδείκνυεν αὐτῷ ἐκείνῳ τὴν ἐσθῆτα, καλή, οἷα ἤκουμι. καί τι καὶ ὑπεμίμνησεν οἷα μικρὸν δεῖν σοὶ ἐμοὶ [3] ἐσκλίσασθε ταῦτα μεμνημένοι ἰδών, ἀνάπλεως ἦν ὧν, ἐμοὶ δοκεῖ ἐκπεφοβημένος ὑπὸ τὸ τῶν πληγῶν φόβου. μικρὸν ὕστερον, Ἡ ἐσκλης ἔφη τις, ὡς μακρὸς τὸ σύνταγμα, καὶ δικαιικός. εἰ δὲ ἄρα ὑπάρχει, χειμερινὸς ὕπνος, ἢ μάλιστά ἐστιν αἱ νύκτες· ἢ τὸ χαπὸ πλεῖστον ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτός ἐστι. τί δ' οὖν ἐπῆλθεν αὐτῷ λαβεῖν ταῦτα ἀφ' ἡμᾶς, καὶ μνησθῆναι παιδικῆς νυκτός, καὶ ὀνείρων πλανῶν, καὶ ἥδη μεγαλοκόπων; ἴσως δὲ ἡ ψυχολογία. μὴ ὀνείρων τινῶν ἡμᾶς ὑπομνησίας τινὰς ὑπείληφεν; ὅσα ὦ γαῖ· ὑδὶ γὰρ ὁ Ξενοφῶν ποτὲ διηγεῖτο

oriente incipiens, ad occidentem usque contemplabar urbes, gentes, & populos, qualis [2] Triptolemus, in terram aliquid spargens. Verùm non amplius memini quid esset illud quod spargebam: nisi hoc solum quod homines me sursum aspicientes laudabant, & ad quoscunque volando perveneram, illi me cum fausta precatione deducebant. Porrò cùm mihi res tantas, & me laudantibus illis commonstrasset, iterum reduxit, non ampliùs illa veste indutum, in qua avolaveram: sed in eleganti cultu mihi videbar redire. Itaque patri, quem stantem, & me expectantem deprehenderat, vestem illam, & me qualis venirem ostendit; eumque submonuit, quasn parum abfuerit, quin minimè digna de me cum amicis statuissem. Atque hæc quidem memini mihi visa, puberem ætatem ingresso, & recenti plagarum metu, ut puto, perturbato. Sed interea dum hæc dicuntur, ô Hercules, inquit quispiam, quàm longum hoc somnium & judiciale est. Alius deinde obloquens: Hyemale, inquit, est somnium, quoniam noctes sunt longissimæ: aut fortè [3] trinoctiale quemadmodum ipse Hercules. Quid igitur illi in mentem venit nugari talia nobiscum, mentionemque facere puerilis istius noctis, somniorumque veterum, & ætate jam obsoletorum: futilis est omnis frigida oratio. Numquid nos somniorum interpretes esse duxit? Nequaquam ô bone. Neque enim [4] Xenophon hoc putavit, quum

1 Πρὸς ἑσπέραν, πόλεις] Angl. πρὸς τὰς ἑσπέρας πόλεις. Mss. πρὸς ἑσπερίας. Bourd.

2 *Triptolemus*] Legend. Virg. In Culic. *Cogn.*

3 Κατελαύσασα δὲ τὸ πατέρα] Alia lectio in Mss. καταλαύσασα δὲ τῷ ἑαυτὸν ἔδοκα. Recepta lectio in margine regii Cod. adscripta est. *Bourd.*

4 Ἐσκλάσατο] In Mss. ἐσκλάσατο. ut hoc referatur ad patrem. *Idem.*

5 *Trinoctiale*] Nota est fabula trinoctii concubitus Iovis & Alcmenæ. *Cogn.*

6 *Xenophon*] Videtur hoc somnium intelligere quod est lib. 3. Anabas. quo vidit

dideritis, mihi tamen injuria laceſſito negligenda erit. Atque utinam aliarum quoque literarum audacia, ſimul atque cœperunt leges violare, repreſſa fuiſſet. Neque enim pugnaret ad hunc uſque diem λάμβδα cum ῥῶ, diſceptans de his vocibus κίονηρις *pumex*, κεφαλαλγία *capitis dolor*. Neque etiam γάμμα cum κόππα certamen iniiſſet: neque tam ſæpe ad manus fermè veniſſent in fullonis officina pro voce γναφεῖα. Deſiiſſet etiam iſtud γάμμα cum λάμβδα dimicare particulam μόγις *agrè* illi extorquens, imò ſuffurans. Aliæ etiam literæ confuſionem legibus contrariam non aggrederentur. Præclarum enim eſt unumquemque in eo manere ordine quem ſortitus eſt: at ea, quæ non licet, tranſcendere, ejus eſt qui jus & æquum violat. Et qui primus vobis has leges expreſſit, ſive ille fuerit Cadmus inſularis, ſive Palamedes Nauplii filius (quamquam nonnulli hanc prudentiam Simonidi tribuunt) non tantùm ordine dato, per quem ſedes primariæ ſtabiliuntur, quænam prima, quænam ſecunda eſſe debeat, definiverunt: verùm etiam qualitates uniuſcujuſque noſtrûm, virtuteſque per-

1 Κιονήρεως] Apud Atticos κίονλις & κεφαλαργία, & litteræ invicem mutabiles λ. ρ. priorem tamen vocem neminem legiſſe puto. *Bourd.*

2 Μαχόμενον τὸ μόγις ἀφαιρούμενον αὐτῷ, καὶ μάλιστα παρακλῖπτον] Voluit ſi fortè Lucianus ἐπέπαυτο δ' ἂν ἐς τοῦτο τὸ λάμβδα μαχόμενον τῷ γάμματι, τὸ μόγις ἀφαιρούμενον αὐτῷ, ἐς μαγίδα παρακλῖπτον. Latine dixeris, *ceſſant verò etiam Lambda pugnans cum Gamma, propter ſurreptum ſibi μόγις atque id ipſum etiam ſurripiens μαγίδα ſive magidem*, &c. Intelligi vult utrumque & lambda & gamma eſſe fures ac furari mutua. Gamma ſurripit μογις, quia id μόλις, rectius dicitur, ſed maluêre οἱ Ἀττικιστὶ, μόγις: Lambda ſurripuit μαγίδα quia corruptione Attica, tunc μαλίδα dixere. *Marc.*

3 Καὶ μάλιστα] Locus corruptus, ſed cui non medior. *Bourd.*

4 Κάδμος] Hæc de re copioſe vir clariſſ. Iuſt. Lipſ. ad Tacit. Claud. qui hæc omnia diligenter exequitur. *Idem.* Phœnix qui in Græciam litteras attulit α. β. γ. δ. ε. ι. κ. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. υ. his Palamedes addidit. ξ. θ. φ. χ. & Simonides Syracuſanus medicus. ζ. η. ψ. ω. Cogn.

5 Οὐ τῇ τάξει μόνον] Mſſ. οὐ τὴν τάξιν μόνην, quod idem. *Bourd.*

1 Ἕκα-

δυνάμεις συνέδον. καὶ ὑμῖν μὲν ὦ δικασταί, τὸν μείζω δεδώκασι τιμὸν ὅτι καθ' αὑτὰ δυνασθαι φθέγγεσθε. ἡμιφώνοις δ', τὸν ἰφξῆς, ὅτι προσθήκης εἰς τὸ ἀκουσθῆναι δεῖ). πασῶν δ' ἐχόντοιν ἰσόμοιρον ἔχειν μοῖραν ἔτιμα τ' ἀπάντων, εἰς ὑδὲ φωνὴ πέφυκεν. καθ' αὑτὰ μὲν ὧν τὰ φωνήεντα φυλάσσειν ἔοικε τοὺς νόμους τούτους. τὸ δ' ταῦ τοῦτο, ὑγρὸν ὄντα αὐτὸ χείρονι ὀνομάσθαι ῥήματι, ἢ ὧ καλοῦσι, ὃ μὲν τὰς θύρας, εἰ μὴ ἐξ ὑμῶν δύο σωφρόνησαν ἀγαθοὶ, καὶ καθήκοντες ἐφθέγξαντο, τό τε ἄλφα, καὶ τὸ υ, οὓς ἂν ἡκέσθη μόνον. τοῦτο οὕτω ἱτόλμησεν ἀδικεῖν με πολὺν τ' ἀπόντα διασείσθαι, ὀνομάσθαι με, καὶ ῥηθῆναι ἀπιλάσαι πατρῴων, ἐκδιδοῦσ' δ' ὁμοῦ συνδέσμων ἄμα καὶ προθέσεων, ὡς μηκέτι φέρειν τὸν [1] ἔκπαγλον πλησιοχῶρον. ὀφεῖ δ' καὶ δεῦτον ἀρξάμενον, ὥρα λέγειν. Ἐπεδήμουν ποτὲ [2] Κυζίκῳ. τὸ δὲ ἐστ [3] πολίχνιον οὐκ ἀηδὲς, ἄποικον ὡς ἐπὶ πλεῖστον λόγος, Ἀθηναίων. ἐπηγόμην δ' καὶ τὸν κομψότατον ῥᾴδιον, χαιτόνιον τὸ βέλτιστον. κατηγόμην δ' ἐν δὴ καμψιδίαν τινὶ ποιητὴν, Λυσίμαχος ἐκαλεῖτο, βοιώτιος μὲν ὡς ἐφαίνετο τὸ γένος· ἀνέκαθεν, δεῦρο μέσης δ' ἀξιώτατα λέγεσθ' ὁ Ἀθηναῖος. ἐνταῦθα τοίνυν δὴ τὸν ξένον τὸν ἐμὸν τοῦτον πλησιοχῶρον ἐφώρασα. μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπιχειρεῖ τετραγωνίζειν λόγοις ἐπιστρέφειν με τ' συγχωρήσομαι μοι, [4] συνήθειαν ἅμιλλαν ἐκπεπλεγμένην

perſpexerunt. Et vobis quidem, judices, majorem tribuerunt honorem, quia per voſmetipſos ſonum edere poteſtis. Semivocalibus verò ſecundum à vobis locum conceſſerunt, quia, ut audiantur, acceſſione veſtra egent. Ex omnibus etiam literis, quibuſdam ſortem infimam ſanciverunt, mutis ſcilicet & voce carentibus. Has itaque leges per vos Vocales conſervari decet. Hoc vero ταῦ (non enim ipſum pejori vocabulo appellare queam, quàm eo quo nominatur, quod quidem per Deos immortales, niſi ſi duæ ex vobis conveniſſent aſpectu decoræ & bonæ, ἄλφα & ὖψιλὸν, ne audiretur quidem) hoc, inquam auſumeſt majori me injuria afficere quàm unquam aliàs, adnitens à nominibus & verbis patriis me extrudere, ſimul etiam ex conjunctionibus ipſis, & præpoſitionibus expellere, ut perferre non ampliùs poſſim immanem iſtam avaritiam. Verùm jam dicendi tempus eſt, unde & à quibus *injuriæ* initium duxerit. Peregrinabar olim in Cybelo (*id* oppidulum eſt non injucundum, colonia, ut fama obtinet, Athenienſium) ac ducebam mecum præſtantiſſimum Rho, vicinorum meorum optimum: divertebam verò apud poëtam quendam Comicum, Lyſimachum nomine, Bœotium illum à majoribus, ut apparebat, qui ſe tamen è media Attica oriundum dici affectabat. Apud hunc hoſpitem hujus ταῦ avaritiam deprehendi. Etenim quamdiu paucis manus injecit, dicendo τετραγωνίζειν *quadragintare* exuens me cognatis literis, eam eſſe literarum coalumnarum conſuetudinem

1 Ἔκπαγλον] Mſſ. ἐκπάγλον, ἴσως βίαιον ἢ ἀφόρητον. Bourd.

2 Κυζίκῳ] Dico ad Pauſan. *Idem.*

3 Πολίχνιον] Sic Iulia. Imperat. Miſop. de Lutecia. Mendoſe in Mſſ. πολίχνιον. Idem.

4 Συνήθειαν ἅμιλλαν] Deſunt in Mſ. *Idem.*

γραμμάτων. ἔτι δὲ τὴν μητέρα καὶ τὸ ὄμμα ὑπαναγνῶναι, ἴδιά τινα τοιαῦτα λέγειν, καὶ οἷον δὴ μοι τὸ ἄκλαυτον, καὶ ὃ πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς. ὅπως δὲ καὶ σὺ τὸν ἀρξάμενον ἐτόλμησε κατὰτέτραγωνίσαι, καὶ κρότυμον, καὶ πίτταν, εἶτα ἀπερυθριάσας, καὶ βασιλίτταν ὀνομάζων, ὃ μειζόνως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ. καὶ πίμπλαμαι, δίδιός μοι τὰ χείρω καὶ τὸ σῦκον τὸν σῦκόν τις ὀνομάσῃ. ναὶ μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Διὸς ἀθυμοῦντι, καὶ μεμφομένῳ τὸ βοηθοῦντων, σύγγνωτε δὲ δικαίας ὀργῆς. ὦ χαῖρε τοίνυν τὸ μανρὸ καὶ τὸ τυχὸν ἐπὶ ὁ κίνδυνος, ἀφαιρεμένῳ τὰ συνήθη καὶ συνεχολακότων μοι γεγραμμάτων. κἂν μὲ λάλον ὄρνεον, ἐκ μέσων ὡς ἔπος εἰπεῖν τὸ κάλπιν ἁρπάσας, κίττα ἀνόμασεν. ἀφείλετο δέ μου φάσσαν ἅμα πόσαις τε, καὶ κορυφίοις, ἀπαγορεύοντος Ἀριστάρχου. τοιαῦτα δὲ καὶ μελίσσων σὺκ ὀλίγας. ἐπ' Ἀτθίδι δὲ ἦλθε, καὶ ἐκ μέσης αὐτῆς ἁνέρπυσεν ἀνόμως Ὕμηττον, ὁρώντων ὑμῶν, καὶ τῶν ἄλλων συμπάντων. ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίαν μὲ ἐξέβαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιῶ λέγειν, καὶ πᾶσαν ὑπεκκλεισμένον τῶν θαλάσσαν, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φυσαμένων σύτλων. ὡς τὸ δὴ λεγόμενον μηδὲ πάσσαλόν μοι καταλιπεῖν. ὅτι δὲ ἀνέξικακός εἰμι γραμμάτων, μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῇ ζήτει, συμφορᾶσθαι ἀποστάσαντι, καὶ πᾶσαν ἀφειλομένῳ τὴν συμφοράν. μήτε τῇ ξυῒ, πᾶσαν δ' ἁμνημόνευτον. ἔτι δὲ τὴν μητέρα καὶ τὸ ὄμμα ὑπαναγνῶναι, ἴδιά τινα τοιαῦτα λέγειν, καὶ οἷον δὴ μοι τὸ ἄκλαυτον, καὶ ὃ πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς. ὅπως δὲ καὶ σὺ τὸν ἀρξάμενον ἐτόλμησε κατὰτέτραγωνίσαι, καὶ κρότυμον, καὶ πίτταν, εἶτα ἀπερυθριάσας, καὶ βασιλίτταν ὀνομάζων, ὃ μειζόνως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ. καὶ πίμπλαμαι, δίδιός μοι τὰ χείρω καὶ τὸ σῦκον τὸν σῦκόν τις ὀνομάσῃ. ναὶ μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Διὸς ἀθυμοῦντι, καὶ μεμφομένῳ τὸ βοηθοῦντων, σύγγνωτε δὲ δικαίας ὀργῆς. ὦ χαῖρε τοίνυν τὸ μανρὸ καὶ τὸ τυχὸν ἐπὶ ὁ κίνδυνος, ἀφαιρεμένῳ τὰ συνήθη καὶ συνεχολακότων μοι γεγραμμάτων. κἂν μὲ λάλον ὄρνεον, ἐκ μέσων ὡς ἔπος εἰπεῖν τὸ κάλπιν ἁρπάσας, κίττα ἀνόμασεν. ἀφείλετο δέ μου φάσσαν ἅμα πόσαις τε, καὶ κορυφίοις, ἀπαγορεύοντος Ἀριστάρχου. τοιαῦτα δὲ καὶ μελίσσων σὺκ ὀλίγας. ἐπ' Ἀτθίδι δὲ ἦλθε, καὶ ἐκ μέσης αὐτῆς ἁνέρπυσεν ἀνόμως Ὕμηττον, ὁρώντων ὑμῶν, καὶ τῶν ἄλλων συμπάντων. ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίαν μὲ ἐξέβαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιῶ λέγειν, καὶ πᾶσαν ὑπεκκλεισμένον τῶν θαλάσσαν, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φυσαμένων σύτλων. ὡς τὸ δὴ λεγόμενον μηδὲ πάσσαλόν μοι καταλιπεῖν. ὅτι δὲ ἀνέξικακός εἰμι γραμμάτων, μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῇ ζήτει, συμφορᾶσθαι ἀποστάσαντι, καὶ πᾶσαν ἀφειλομένῳ τὴν συμφοράν. μήτε τῇ ξυῒ, πᾶσαν δ' ἁμνημόνευτον.

dinem existimabam. Præterea cùm hanc vocem *μήτερα* & similes attraheret, suasque esse diceret, erat ea res auditu mihi tolerabilis, nec me vehementer mordebat. Verùm postquam sumpto ab iis initio eò venit audaciæ, ut *κρότυμα*, *κρότυμα* & *πίτταν* pronunciaret, deinde depositio omni pudore *βασιλίτταν* appellaret, non parum ob hæc indignor, & stomachor, veritus ne quis etiam temporis successu *σῦκα τὸν σῦκα* vocet. Ac per Iovem animum mihi despondenti, atque auxiliatoribus destituto, justam iram quæso condonate. Cùm enim assuetis ac familiaribus meis literis sim spoliatus, non parvo vilique versor in periculo. Garrulam meam avem *κίτταν*, medio quod, ajunt, sinu abreptam, *κίττα* denominavit. Quinetiam *φάσσαν palumbum*, cum *πόσαις* anatibus, & *κορυφίοις merulis*, interdicente Aristarcho, eripuit mihi. Porrò non paucas *μέλισσας apes* detraxit. In Atticam etiam venit, & ex media illa montem Hymettum injustè sustulit, id vobis ipsis, aliisque syllabis cernentibus. Sed quid ista commemoro? tota Thessalia me expulit, eamque dici vult *Θετταλίαν*. denique me omni *θαλάσσῃ mari* excluſit: neque *σύτλοις* ipsis, *betis hortensibus*, pepercit: ut jam quod vulgò dici solet, ne *πάσσαλον palum* quidem mihi reliquerit. Iam verò quòd litera sim injuriarum patiens, vos ipsos testes appello: quæ nunquam Zeta accusarim etsi smaragdum mihi detraxerit, totaque Smyrna me privarit: Neque ipsum Xy quam-

1 Ταυτὶ] Post λέγειν in Mſ. συνήθειαν ὦμεν τὸ πρᾶγμα. Bourd.

2 Ἐκ μέσων τῦ κάλπιν] Hoc proverb. etiam in Achill. Tat. lib. 2. dico ad Hesiod. lib. 4. *Idem.*

3 Ἀπεκκλεισμένον τῶν θαλ.] Mſ. ἀποκέκλεισταί μοι τῶν θαλάσσαν. Idem

1 Ile-

Δέλτα σαυθήκλω, καὶ τ συγγραφέα τ τοιούτων ἴχνη Θουκυδίδλω σύμμαχον. τῷ μ γὰ γείτονί μου ῥᾴ νοσήσαντι, συγγνώμην κ παρ' αὐτῷ φυτεύσαντι μου τὰς μυρρίνας, καὶ παλαισαντι μετὰ χολῆς ἐπὶ κόρρης. καίτοι μ τοιοῦτον. τὸ ζ τοῦτο τοῦτο, σκοπῶμεν ὡς φύσει βέλτιον καὶ ὡσεὶ τὰ λοιπά. ὅτι ζ ἁδὲ τ ἄλλων ἀπέχθεται γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ δέλτα, καὶ τὸ ζῆτα, κ τὸ ξῆτα, μικρᾷ δεῖν πάντα ἠδίκηκε τὰ στοιχεῖα, αὐτά μοι καλῶ τὰ ἀδικηθέντα γράμματα. Ἀκούετε φασήτω δίκαιον, ὃ μ ὁ λίγδην, ἀφείλετό μου τὸν ἐδιλέχειαν, σύμπλεκτον ἄξιον λίγδα ἔχειν πάσης τῆς νόμους; ζ ζῆτα κράουν, ἐ τ κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλοντα ἐπὶ τῷ τ κολοκυνθης ἐστρῆσθαι; ζ ζῆτα, τὸ συρίζειν, καὶ σαλπίζειν, ὡς μηκέτ' αὐτῷ ἐξεῖναι μηδὲ γρύζειν; πῖς ἂν τοῦτον ἀνάσχοιτο; ἢ τίς ἐξαρκέσειε δίκη ὡσεὶ τὸ πονηρότατον τοῦτο τοῦ; τὸ ζ, ἄρα μ τὸ ὁμόφυλον τ στοιχεῖον μᾶλλον ἀδικεῖ ἢ ἐμέ, ἀλλ' ἤδη καὶ ὡσεὶ τὸ ἀνθρώπειον μεταβεβήκασι, τοῦτο τ τρόπον. ἐ γὰρ ἐπιτρέπει γε αὐτοὺς κατ' ἐμὲ φέρεσθαι ταῖς γλώσσαις. μᾶλλον ζ, ὦ δικασταί, μεταξὺ γάρ μοι πάλιν τὸ τ ἀνθρώπων πρᾶγμα ἀνέμιγεν ὡσεὶ τ γλώσσης, ὅτι καὶ ταύτης μὲ ὁ μέρος ἀπηλαυνε, καὶ γλωττᾶν ποιεῖ τὸν γλῶσσαν. ὁ γλώσσης ἀληθῶς νόσημα. ταῦ. ἀλλὰ μεταθήσομαι πάλιν ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναγορεύσω ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς ἐλημμελεῖ. δισσῶς γὰρ πᾶσι πρέπει ἐ

quamvis omnem σαυθήκλω violarit, ipsumque Thycydidem talium quorumdam scriptorem, habeat patronum. Nam Rho meo vicino venia danda quòd ægrotarit, & meas apud se μυρρίνας *myrtos* plantarit, & aliquando atra bile percitum mihi colaphum ἐπὶ κόρρης *in maxillam* illiserit. Ac talis quidem ego sum. Vt verò τοῦ illud etiam adversus reliquas literas est violentum sua natura, spectemus: nec ab aliis abstinuit: verum & δέλτα, & ζῆτα & ξῆτα ipsum omniaque propemodum elementa offendit. Accersc mihi elementa ab isto injuriam passa. Auscultate Vocales judices [1] Delta quid dicat. Sustulit mihi meam ἐδιλέχειαν, & σύμπλεκτον, quod legibus omnibus adversatur, vult pronunciari. Audite θ. theta ut plangat, & [2] capillos vellat eo quod κολοκυνθη, *cucurbita*, sibi sit adempta. Audite ζ. zeta ut conqueratur se fraudari verbo συρίζειν *fistula canere*, item hoc σαλπίζειν, *tuba canere*, ita ut jam non sibi liceat γρύζειν, *hiscere*. Ecquis ista ferat? aut quæ pœna sat gravis erit huic τοῦ sceleristissimo! Verùm hoc non tantùm sibi cognatum genus elementorum lædit, sed jam etiam ad humanum genus transivit, hoc quidem modo. Neque enim ipsos linguis rectà ferri sinit, Imò verò, judices, interim enim res humanæ me monuerunt γλώσσης *linguæ*, quòd hujus me parte abegerit, & γλῶσσαν γλῶττᾶν, fecerit. ὁ linguæ vere vitium τοῦ! At iterum ad illud me conferam, & hominibus patrocinabor in iis in quibus adversus ipsos peccat. Nam quasi quibusdam vinculis illorum vocem tor-

1 *Delta quid dicat*] Legend. Corinthus de Attica dialecto. *Cogn.*
2 *Capillos vellat*] Gestus indolentium Homer. Odyss. κ. *Idem.*

καταράπειν αὐτῶν τῷ φωνῇ ἐπιχειρεῖ. καὶ ὁ μὲν τι καλὸν ἰδών, καλὸν εἰπεῖν βούλεται. τὸ δὲ, [1] παρεπαισεν, καλὸν εἰπεῖν αὐτὸς ἀναγκάζει, ὡς ἅπασι προθεσμίαν ἔχειν ἀξιῶν. πάλιν ἕτερος περὶ κλήματος διαλέγεται. τὸ δὲ, τλῆμον γάρ ἐστιν ἀληθῶς, τλῆμα πεποίηκε τὸ κλῆμα. καὶ ἡ μόνοι μὲ τοὺς τυχόντας ἀδικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ, ὃν καὶ γῆν καὶ θάλασσαν εἴρξαι φασὶ, καὶ τὸν αὐτῶν φύσεως ἐκπῆναι, τὸ δὲ, καὶ τοῦτο ἐπιβουλεύει. καὶ Κῦρον αὐτὸν ὄντα, τύραννόν τινα ἀπίφησιν. οὕτω μὲν ἔστιν ὅσον ἐς φωνὴν ἀνθρώπους ἀδικεῖ, ἔργῳ δὲ πῶς; κλάουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὴν αὐτὴν τύχην οὐδύρονται, καὶ Κάδμῳ καὶ Ἀγαύῃ πολλάκις, ὅτι τὸ ταῦ, ἐς τὸ στοιχεῖον χρῶνται παράγαν. τοῦ γὰρ τότε σώματος φασὶ τοὺς τυράννους ἀπολωλῆσαι, καὶ μιμησαμένους αὐτὸ τὸ πλάσμα, ἐπειδὴ σχήματα ποιεῖν ξύλα πελέκεσιν, ἀνθρώπους ἀσκολοπίζειν ἐπ' αὐτά. ἀπὸ δὴ τότε, καὶ τοῦ σχήματος τοῦ ποιηροῦ τὴν ποινὴν ἐπωνυμίαν συνελθεῖν. τούτων οὖν ἁπάντων ἕνεκα, πόσου δεκάστου τὸ ταῦ ἄξιον εἶναι νομίζετε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δικαίως τοῦτο μόνον ἐς τὸν τοῦ πυρρίου ὑπολείπεσθαι, τὸ τοῦ σχήματος τοῦ αὐτοῦ τὸν δίκην ὑπέχειν. ὁ δὴ ζητοῦσι εἶναι, τοῦτο τοῦτο μὲν ἐδηλώθη, τοῦτο δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται.

torquere & discerpere conatur. Proinde si quis aliquid pulchrum intuitus καλὸν dicere velit, hoc ταῦ irruens παλὸν enunciare cogit, adeò cupit in omnibus primas sedes obtinere. Rursum alius περὶ κλήματος de palmite disserit: hoc autem ταῦ (quippe ærumnosum verè est) τλῆμα fecit quod erat κλῆμα. Nec plebeios tantùm homines injuria afficit: sed jam etiam magno illi Regi, cui & mare & terram cessisse dicunt, fuisque naturis excessisse, istud inquam tali regi insidiatur, quem, cum sit Cyrus, Tyrum pronunciandum exhibet. Hunc itaque in modum quantum ad vocem attinet, homines offendit: sed re ipsâ, quomodo? Plorant mortales, ac suæ sortis vices deflent, & Cadmum sæpe diris prosequuntur, propterea quòd ταῦ in genus elementorum adduxerit. Aiunt enim [2] tyrannos ejus literæ corpus secutos, atque figuram imitatos, postea simili figura cruces fabricasse quibus homines affigerent. indeque huic sceleratæ fabricæ improbam appellationem obvenisse. Ob hæc igitur omnia quot mortis generibus dignum esse ταῦ istud censetis? Equidem existimo meritò hoc solùm ad supplicium ipsius ταῦ relinqui ut pœnam in sua illa figura sustineat, quæ sanè, ut crux esset, istius opera effectum est: & hic ab hominibus appellatur.

1 Παρεπαισεν] Mf. παρεὶς ποδὸν. Cæteta hujus dialogi interpretantur autores libri de cruce. *Bourd.*

2 *Tyrannos*] Antiquis reges tyranni sunt nuncupati. Virg. 4. & 6. Æn. *Cogn.*

TI-

ΤΙΜΩΝ, Η ΜΙΣΑΝΘΡΩΠΟΣ.

TIMON, SIVE MISANTHROPOS.

ARGVMENTVM.

Hoc Dialogo de Divitiis tractatur. Quis ſcilicet verus Divitiarum uſus ſit, & quomodo retineantur. Quibus potiſſimum obveniant, & quales reddant poſſeſſores. Occaſio Dialogi à perſona Timonis ſumpta eſt, quem Athenienſes, quòd inhumanus planè eſſet, hominumque congreſſus ac ſocietatem vitaret, imò etiam publicis malis gauderet, μισάνθρωπον appellarunt: cujus mortui quoque ſepulchrum (ut ſcribit Suidas) inacceſſum & invium factum fuit, cùm mare, tanquam ipſum quoque perоſum illius inhumanitatem, inundatione eam terræ partem, ubi ſepultus erat, à reliqua abſtractam ſecluſiſſet. In quo & tale Epitaphium inſcriptum fuiſſe fertur:

Hic jaceo, vita miſeraque inopique ſolutus,
Nomen ne quæras, ſed malè tute peri.

Hunc igitur Timoni ſimiles reddi & divites, videtur intelligere velle Lucianus, utpote quos divitiæ & factuoſos & inſolentes, & planè barbaros efficere conſueverunt. Fingit autem ab initio divitem fuiſſe, ſed ob liberalitatem, & quòd abſque judicio in quoſvis benignus eſſet, ad paupertatem redactum eſſe. Quam rem cùm Iupiter ex ipſius querela, qua cum illo expoſtulando, in hominum maliciam & ingratitudinem à principio invehitur, cognoviſſet, miſertus illius, eò quòd & in deos pius fuerat, & multa illis ſacra peregerat, divitem denuo facere ſtatuit, ac Plutum cum theſauro ad ipſum mittit. Qui principio ire detrectat, oſtendens illum ſua culpa pauperem factum eſſe, & cum talibus hominibus minimè perdurare ſe poſſe, atque aque odiſſe eos, ut ſordidos atque avaros illos, qui nunquam omnino ſe utantur.

Mediocritate enim utendi ſe gaudere. Atque hic locus uſum divitiarum, & quomodo conſervari eadem debeant, docet. Deinde cùm Iupiter in ſententia perſiſteret, atque ita Plutus ducente Mercurio ad Timonem proficiſceretur, inter eundum fingitur claudicare. Ibi, interrogante Mercurio, cauſſam ejus rei reddit, quòd quoties à Iove mittatur, tarde incedat, neque videat quorſum eat, neque norit ad quos eat: quoties autem à Dite mittatur, etiam alatum eſſe. Quo figmento ſignificare videtur, improbos ac malos ſemper melioribus ſucceſſibus frui: probos autem, & à Iove dilectos, aut nunquam, aut tardè in hac vita felices ac divites fieri. Poſtremò interrogatus à Mercurio, cur deformis ac pallidus, tantopere ametur ab hominibus, reſpondet, Inſcitia, ac cæcitate illorum hoc fieri. Atque ibi cum hos, tum alios effectus ſuos exponit, qua omnia poſtremò actione, & quaſi ipſa re comprobantur, dum Timonem ab

initio, Plutum rejicere atque aversari fingit, utpote ex paupertate modestum ac temperantem jam factum, & agnoscentem superiora mala, in quæ ex Divitiarum copia inciderat. Mox eundem acceptum cum summa cura asservare, tumidumque & insolentem, omnes alios homines vitare atque contemnere. Additis ad finem etiam Adulatoribus, scurris, assentatoribus, sycophantis, fumi venditoribus, & id genus aliis, qui ut corpus umbra, sic ipsi divitias atque fortunam comitantur.

TIMΩN.

[1] Ὦ Ζεῦ φίλιε, καὶ [2] ξένιε, καὶ [3] ἑταιρεῖε, καὶ [4] ἐφέστιε, καὶ [5] ἀστεροπητά, καὶ [6] ὅρκιε, καὶ

TIMON.

O IVPITER Philie, hospitalis, sodalitie, domestice, fulgurator, juramenti præses, nubicoge,

1 Ὦ Ζεῦ φίλιε] Exordium ab attonitis poëtis. οἱ ποιηταὶ καλοῦσι τὸν Δία ξένιον, φίλιον Φίλιον, ἐπὶ τῇ κοινῇ τάξει Ἑταιρεῖον, ξένιον Ξένιον, ἐπὶ ὁρκίοις συμφωνίας ποιήσεις Ὅρκιον, εἰ δὲ λέγουσιν Ἑκέσιον, εἰ ἀδελφεὸν Ὁμόγνιον. Interp. Sophocl. ad Ajac. Mattig. nomina collecta ex variis Iovis officiis, de quibus alius locus dicendi. *Bourd.* Expostulat cum Iove Timon, quod hominum scelera non statim puniat, neque dignum se gerat tot honorificis & ad terrorem compositis nominibus, quibus illum insigniunt poetæ. Πολυώνυμος hic introducitur per illusionem Ζεὺς, ut apud Aristophanem in Pluto Mercurius, qui se σεφαλαῖον, ἄθλιον, ἀμπολαῖον, πλημμόνιον, & aliis item appellationibus venditat Carioni. Deus licet unus sit, tamen varia nomina sortitus est ab affectionibus variis, inquit Aristoteles, vel quisquis auctor, in lib. de mundo. Et Seneca lib. 4. de beneficiis cap. 7. *Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare. Tot appellationes ejus possunt esse, quot munera.* Cum enim de uno Deo convicti essent οἱ σύμπαντες, neque id negare possent, ipsum Iovis nomine coluerunt, quem propter diversa ejus officia & beneficia, diversis item nominibus designarunt, ut quem totum comprehendere nequirent, per partes, vel ut Maximus apud Augustinum loquitur, *membratim* colere viderentur. Hinc φίλιος dicitur, quod amicitiæ præesset. Interpres Græcam vocem retinere maluit, quæ tamen in Latina versione reddenda erat. Quidam *amicitia præsidem*, alii Plautina voce *amicabilem* interpretati sunt. *Barlæus.*

2 Ξένιε] Ξένιος est sive hospitum vindex, si quando hospitii jura violantur. De quo Virgilius 4. Æneid. *Iupiter hospitibus nam te dare jura loquuntur.* Iupiter Xenius apud omnes fere gentes colebatur, præsertim apud Scythas, ubi piaculum maximum ducebatur, hospitium violare. *Idem.*

3 Ἑταιρεῖε] Ἑταιρεῖος idem vocatur. q. d. sodalitii juris disceptator, vel sodalitii præses, ὁ ἐφορῶν τὰ ἐν τῇ ἑταιρείᾳ κοινωνίας, ut tradit Eustathius, cui Iasón cum Argonautis sacra fecisse dicitur, ut testis est Athenæus lib. 6. itemque Hesychius, qui ipsum ait in Creta comprimis cultum fuisse. *Idem.*

4 Ἐφέστιε] Ἐφέστιος appellarunt, quod procurator, dominus & assertor sit eorum, qui ejusdem tecti, septi vel laris sunt participes. nam ἑστίαι Græcis interpretantur τὸν ἐσθίειν, penates. ἑστία focus est, cui originem dant ab ἕζω, sedeo, quod ad focum sederint plurimum. *Idem.*

5 Ἀστεροπητὰ] Ἀστεροπητὴς poeticum est vocabulum, idem quod ἀστεροπαῖος, fulgurator, quasi ὁ συναγείρων τὰς ἀστραπὰς, fulgura & coruscationes congregans, ut exponit Hesychius. Tradit Appianus in Syriaco: cum à Seleuco Seleucia urbs conderetur, quæ ad mare vergeret, fulgure ictam fuisse, fulgurque ipsum

γε Φελληνίοις, καὶ ἐρύγδουπε. καὶ εἴ τι σε ἄλλο οἱ [1] ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι, [2] καὶ μείλιξαι ὅταν ἀστράπτῃ Ζεὺς τὰ μέτρα, τότε γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος καὶ μάρτυς, [3] ὑπερείδῃς [4] τὸ πίεζον ἐν μέτρῳ, καὶ ἀναπληροῖς τὸ κεχηνὸς ἐν ῥυθμῷ, [5] πῶς σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγ-

coge, grandiſtrepe, & ſiquod aliud tibi cognomen attoniti poëtæ tribuunt, maximè quum hærent in verſu (Nam tum illis multi nominis factus, carminis ruinam fulcis metrique hiatum imples) ubi tibi nunc magni-

cre-

ipſum Deum creditum, ſolitoſque mortales choreas ducere, ipſumque fulgur hymnis & canticis proſequi, quoties cælum fulgeret. *Hinc Jupiter fulgur* apud Feſtum. *Barl.*

6 Ὅρκιε] Ὅρκιος nomen accepit quod jurisjurandi ſit arbiter, vel is per quem homines jurant. Scribit Pauſanias, quod & Gilbertus refert, *in Olympiæ βουλευτηρίῳ*, h. e. loco ubi Elienſium Senatus cogebatur, Jovis ſimulacrum fuiſſe, quod utraque manu fulmen continebat, quaſi ulturus omnino fulmine, qui falleret juramentum. *De cæteris nominibus vide quæ* ad hunc locum breviter notavit *Bourdelotius*, & ante eum Cognatus. *Idem.*

1 Ἐμβρόντητοι] Pro eodem Lucianus dixit, ἐμβροντησάμενοι, in Icaromenippo. Conſule Ariſtotel. analyt. poſter. lib. 2. ubi ſententiam refert Pythagoræorum de mentibus tonitru motis & inſanientibus. *Idem.*

2 Καὶ μείλιξαι ὅταν ἀστράπτῃ Ζεὺς τὰ μέτρα] Epitheta non ſemper ἐν τῷ δέοντι, ſed pedamenti ſæpe & tormenti tantum loco adhiberi à poëtis, præter Plutarchum obſervavit etiam Euſtathius. Sic Homerus non raro Iovem vocat ὑψιβρεμέτην, cum ſereuus eſt, & αἰγιόχοιο, cum ad Æthiopas comeſſatum abit, vel amoribus indulget. In Odyſſ. Penelopæ tribuit χεῖρας παχείας i. e. *manus robuſtas*, præter decorum & ἀκωμῳδήτως, quam 3. Iliad. Menelao aſcribit, ἐν τῷ ἀγορεύειν, ut rectè animadvertit Græciæ noſtræ φιλόλογος D. Heinſius in ſuis ad Heſiodum obſervationibus. *Idem.*

3 Ὑπερείδῃς] Feſtive Iovi tribuit, quod nominibus ejus competit. ὑπερείδω, fulcio, ſuſtineo, ſuperſtruo. aptum vocabulum ruinæ. Sic Propertius dixit: *poſitæ fulcire ruinas*. At ſi principes poëtas tam liberè taxat Lucianus quod epitheta nonnunquam adhibeant propoſitæ rei parum convenientia, quid dicturus eſſet de noſtratibus non dicam poëtis, ſed *poëtaſtris*, qui ut verſuum ſuorum ruinam fulciant, & hiatum expleant, neſcio queis vocibus utuntur obſoletis barbaris, & aſſutitiis, quæ non magis argumento congruunt, quàm vetus panniculus novæ veſti, vel crocoton ſeli, ut proverbio dicitur. *Idem.*

4 Τὸ πίεζον τῷ μέτρῳ.] Propriè ῥυθμὸς dicitur illa ἄρσις & θέσις eorum qui pede & manu plaudunt. Vnde tranſlatum ad pedes metricos. μέτρον à metiendo nomen habet, eſtque certa & definita pedum compoſitio. Differunt igitur ῥυθμὸς & μέτρον, quod ῥυθμοὶ, numeri, ſpatio temporum conſtant, μέτρα etiam ordine: alterum quantitatis eſt, alterum qualitatis. hinc Ariſtophanis Scholiaſt. παρὰ μέτρα ῥυθμὸς, in Nebul. Vide Iul. Scaliger. de arte poëtica lib. 2. cap. 6. Cadere dicitur verſus, cum non rectè pedibus ſuis incedit, vel in fine claudicat, ut tibicine opus habeat, quod ſulciatur: hiare, cum pars aliqua deficit, aut debita dimenſione non conſtat, aut crebra vocalium inter ſe fit concurſio. χασμῳδίαν vocant Grammatici, hoc eſt, metri compoſitionem hiulcam. *Idem.*

5 Πῶς σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀσχημοσύνη] A circumſtantiis indignationem movet Timon. Interrogatio negationis vim habet. ἐρισμάραγος. Vox poëtica, quaſi λίαν σμαραγοῦσα, id eſt, ἠχοῦσα. Iovis epitheton alibi, hic fulguris, quatenus tonitrum efficit. Differt fulgur à fulmine ſecundum Philoſophos, quod fulmen fiat, quando multus ac tenuis ventus ſeu ſpiritus, nempe calidus & ſiccus, ex

γὰρ ἀστραπὴ, καὶ τὸ [1] βαρύβρεμμος βροντὴ, [2] καὶ ὁ αἰθαλόεις, καὶ ἀργῆτις, καὶ συμπαλιδῶν κεραυνός; [3] ἅπαντα γὰρ ταῦτα [4] λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε, καὶ [5] καπνὸς ποιητικὸς

crepum fulgur, gravifremum tonitru? ubi ardens, candens, ac terrificum fulmen? Nam hæc omnia jam nugas esse apparet, fumumque poeticum, nec omnino

nube, cui inclusus, à frigore exprimitur, magnoque fragore nubem perrumpit, & in terram decidit, cum fulgur tantum in aerem dispergatur & consumatur: adeoque nonnunquam fiat sine tonitru. Pulcre Seneca: *Eadem modo fit fulgur, quod tantum splendet: & fulmen quod mittitur: sed illi levior vis, alimentique est minus, & ut breviter dicam: fulmen est fulgur intentum.* Barl.

1 Βαρύβρεμμος βροντὴ] Est enim tonitrus, ut Philosophus docet lib. 2. Meteor. cap. 9. nihil aliud, quam fragor vehemens ab exhalatione igneſcente, dum nubem rumpit, excitatus, ut videre est in bombardarum nostrarum explosione. Nam horrendus ille sonus cietur à flamma ex angustia tubi erumpente in liberiorem aëra, magnaque cum violentia discerpente eum ac propulsante. *Idem.*

2 Καὶ ὁ αἰθαλόεις] Iovi fulmen tribuitur triplex propter triplicem fulminis naturam & affectum, quod est penetrare ac discutere res contactas: offuscare seu denigrare: & easdem incendere vel inflammare. Alii propter triplicem materiam ex qua constat, nempe calido ficco, ex vapore calido humido, & ex iisdem præterea incensis. hinc Poëtæ Iovis telum trifidum sive trisulcum esse dixerunt. Aristoteles tamen duo tantum ponit fulminum genera, Homerum imitatus, quem & hic sequitur Lucianus. καπνὸν αἰθαλόεντα vocat fuliginosum ab atrore, quo res imbuit contactas. αἰθάλη enim fuligo. Ψολόεις alio nomine appellatur. Sic auctor de mundo. Τῶν δὲ καπνώδων οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται. Alterum fulminis genus ἀργῆτις, à candore vel velocitate nomen accepit. ἀργὸς enim albus, velox, quamquam à candore potius sic dici putem. Plinius *clarum* appellat, quod flamma lucente & digestæ subtilitatis omnia penetrat, seque per omnes venas insinuat & acerrimè urit. Teneris tamen & rarioribus parcit, quia non inhæret, ac ita citius quam possit amburere, se per poros transfundit, ut cum loculis integris & illæsis liquatur aurum. mora enim aliqua opus est ad urendum. Sic philosophus: οἱ δὲ ταχίστης, inquit, διαπίπτοντες, ἀργῆτις λέγονται. 1. quæ raptim transmittuntur fulmina, celeriterque provolant, Argetes vocantur. Συμπαλιδῶν. Adjunctum fulminis, quod sit καταπληκτικὸν seu terrificum. Docet id Petronius Arbiter: *Primus in orbe Deos fecit timor: arduus alto Fulmina cum caderent discussaque nubila flammis Atque ictus fulgurat Athos.* De Cæsare Caligula numinum alioquin suorum contemptore refert Suetonius, quod ad minima tonitrua & fulgura caput obvolvere; ad majora vero properare se è strato, sub lectumque condere soleat. Homericis hic epithetis jocosè utitur Lucianus ad illudendum Iovi. *Idem.*

3 Ἅπαντα γὰρ ταῦτα ἤδη ἀναπέφανται] Continuatio superiorum ad ἐξευδόκησεν Iovis ejusque potestatis institutæ. Pari indignatione Iovem affatur Dido apud Maronem Æneid. 4. *Adspicu hæc? an te Genitor cum fulmina torques Nequicquam horremus? cæcique in nubibus ignes Terrificant animos & inania murmura miscent?* q. d. absit, ut inanias esse credamus. At Aristophanes ex persona Socratis Iovem ludificans Comica scurrilitate βροντὰς ejus appellat σοφιστὰς, in Nub. *Idem.*

4 Λῆρος] Vox ea non conviciatoria est, sed τερατολογίαν & inania verba designat. hic pro re frivola & nullius momenti accipitur. *Idem.*

5 Καπνὸς ποιητικὸς] Καπνὸν ποιητικὸν sive fumum poëticum appellat, vana & magnifica Poëtarum figmenta. Persius Sat. 5. *Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat dare pondus idonea fumo.* Quid sit *fumos vendere*, & *fumos effundere* norunt vel prætextati in scholis. Athenis vulgo καπνοὶ appellaban-

nus

ἔστυχῶς, [1] ἔξω δ' παπάγυ τ' ἐνορμάτων. [2] τὸ ζ ἀοίδιμόν σε, καὶ [3] ἐκηβόλον ὅπλον, καὶ [4] ἀσχίμεργον, οὐκ οἶδ' ὅπως πελίους [5] ἀπέσβη, καὶ [6] ψυχρόν ἐσι, μηδὲ ὀλίγον [7] ἀπειθῆσαι ὀργῆς κατὰ τ' ἀδικούντων ἀλεξυλάτιον. [8] ἦττον γὰρ τ' ἐπορκεῖν τις ἐπιχειρήσειεν [9] ἴωλον ἡφαιστοῦν φοβηθείς ἂν, ἢ

no quicquam præter nominum ſtrepitum. Sed decantatum illud tuum telum eminus feriens, & promptum, neſcio quomodo penitus extinctum ſit, & frigidum, & ne minimam quidem ſcintillam iræ contra nocentes aſſervarit. Itaque quivis ex his, qui pejeraturi ſunt, citius extinctum ellychnium metuerit, quàm flam-

mam dofontes & pollicitatores magni. fumus enim initio magnum quid eſſe videtur, ſed ſtatim evaneſcit, nihilque intus ſolidi habet. *Barl.*

1 Ἔξω παπάγυ] Imperfecta oratio, in qua deſideratur aliquid, ἐδίνη, vel ἐδή τι ἄλλο. recte ſupplevit interpres. *Nec omnino quicquam præter.* Per παπάγυν τ' ὀνομάτων, nomina intelligit ſonora & grandia, non exilia aut vulgara φῶρον ῥημάτων dixit item Ariſtophanes in Ranis, verba μεγαλόφωνα & terroris plena. *Idem.*

2 Τὸ ζ ἀοίδιμόν σε] Pergit extenuare Iovis arma Timon. ὅπλον ἀοίδυμον. Sic vocat fulmen à poetis decantatum & celebratum. Vox etiam profæ ſcriptoribus uſitata. *Idem.*

3 Ἐκηβόλον] De fulmine hic uſurpatur, παρὰ τὸ ἑκηβόλως βάλλειν, quod eminus jaciatur, vel ut Virgilianis utar verbis: *celſo Genitor quæ plurima cælo Dejicit in terras.* Alias epitheton eſt Apollinis 1. e. Solis, qui ἑκηβόλος appellatur, quod radios è longinquo in terras demittat, reſque omnes ex immenſo intervallo moveat & operetur: vel quod vaticiniorum ſit præſes, à βάλλω, pro συμβάλλω, conjecto. *Idem.*

4 Πρόχειρον] Quod hominum impietate motus Iupiter præ manibus ſemper & quaſi in promptu habet: ſecundum illud Horat. l. 1. od. 3. *Neque per noſtrum patimur ſcelus Iracunda Iovem ponere fulmina.* Idem.

5 Ἀπέσβη] Indefinitum β. quod ſicut præteritum in paſſiva nonnunquam ſignificatione accipitur, pro, *extinctum eſt.* Idem.

6 Ψυχρόν] Id eſt, ἄμεργον, ex conſequenti. Extincta frigent. *Idem.*

7 Ἀπειθῆσαι ὀργῆς] Debebat dicere πυρός. Feſtivè & καθ' ὑπόνοιαν iræ Iovis transſcribit, quod fulminis eſt proprium. ἀπειθὴς, ſcintilla, quod ex Græco, quaſi ſpintella verſo π in κ, Ionum more, ut docet Caninius. *Idem.*

8 Θεὸν γὰρ τὸν ἐπορκεῖν] Dictus Iupiter ὅρκιος, quod jurisjurandi arbiter ſit ac vindex. hinc perjuros fulmine furo ferire ac necare creditur. Quod cum non illicò fiat, Iovem vel cæcutire, vel fulmen ejus extinctum putant, imò ad atheiſmum prolabuntur, mundumque ex fortunæ arbitrio ſurſum ac deorſum volvi credunt. Sic Iuvenalis ſat. 3. *Sunt qui in Fortunæ jam caſibus omnia ponant, Et nullo credunt mundum rectore moveri, Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.* Verum legendus hic eſt Plutarchus, ὅτι τὸν Διὸς βραδὺς τιμωρεῖται. Vteunque Deus pœnam differt, non tamen eam aufert, ſed tarditatem ſupplicii gravitate compenſat. Piè Tibullus: *Ah miſer & ſiquis primo perjuria celat, Sera tamen tacitus pœna venit pedibus.* Idem.

9 Ἴωλον ἡφαιστοῦν] Copioſe de hac voce doctiſſimus Chriſtia. ad veſp. Ariſtoph. Pollux. *Bourd.* Iovis fulmen ellychnio comparat extincto frigidoque, quod vim nullam habet amplius nocendi, q. d. brutum fulmen. ἴωλον Suidas tradit eſſe, τὸ εἰς τροφὴν ἂν λειποψυχῆσον, ſumptâ tralatione à cibis, qui in ſequentem auroram ſive diem relicti ſaporem ac vim ſuam amittunt, fiuntque inutiles. Sic jus heſternum Græci vocant ἴωλον ζωμὸν, & ἴωλοι ἄρτοι ſunt panes pridie facti. nam ut rectè notat Caſaubonus ad Athenæum lib. 3. ἴωλα dicuntur omnia,

τῶν δ' [2] παιδαμώτορ κεραυνῶν φλόγα. [3] ὅπου δαλόν τινα [4] ἐπαναλείπαις δεικεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν, ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι. μόνον δ' τοῦτο εἶναι [5] λαλαίνειν δ' τραύμασιν, ὅτι ἀναπλησθήσονται τ' ἀσβόλης. ὥστε ἤδη σοὶ καὶ ὁ Σαλμωνεὺς

flammam fulminis cuncta domantis: ita titionem quempiam in ipsos vibrare videris ut nec ignem, nec fumum ex ipso manantem pertimescant: sed hoc solum ex vulnere putent tibi inferri nocumentum, ut fuligine compleantur. Quibus rebus factum est, ut jam [5] Salmoneus tibi

quæ desierunt esse in ἀκμῇ novitatis. Unde M. Tullius ἴωλον vocat librum, qui primam novitatis gratiam amisit. *Earl.*

1 Παιδαμώτορ κεραυνῶν] Παιδαμώτωρ κεραυνὸς fulmen *omnia domans.* Sic Professor Salmuriensis. Erasmus, *omnia necans*, quod angustius est, cum non ad animata solum, sed & inanimata sese corpora extendat fulminis efficax vis. Neque enim homines vel pecudes tantum in cineres redigit, quorum exempla legere est apud historicos, sed insuper durissima quæque, ut quercus, lapides, & metalla dissipat, liquefacitque Seneca lib. 1. Nat. quæst. cap. 52. *Valentiora quia resistunt, vehementius ardent: cedentia nonnunquam sine injuria transit.* Cum restrictione tamen accipiendum hoc nomen παιδαμώτωρ. Sunt enim nonnulla, in quæ potestatem non habeat fulmen, ut in laurum ac ficum: in vitulum marinum: in aquilam, in hiænam, in homines dormientes & alia, de quibus videndi Plinius, Plutarchus, Suetonius: è recentioribus item Brodæus lib. 3. Miscell. *Idem.*

2 Οὗτον δαλόν τινα] Aliâ similitudine utitur, qua Iovis potentiam elevat, cum titioni assimulat fulmen ejus, unde hoc tantum formidant perjuri, ne fuligine compleantur, δαλὸς, titio, ξύλον καιόμενον Hesychio, παρὰ τὸ δαίειν, ἅπερ καίειν. plures vocabuli notiones ibidem vide. *Idem.*

3 Ἐπαναλείπαις δεικεῖς] In media significatione pro sublata manu intentare fulmen, vel sublatum fulmen dextra vibrare. Sic & Ἔχεις κεραυνὸν ἐγκυλαμένον apud Athenæum introducitur, hoc est, sublimi manu fulmen tenens, & quasi jam jam vibraturus. Gestum habitumque Iovis fulminantis exprimit Timon. *Idem.*

4 Ἀπαλαίειν τῷ τραύματι] Huic loco τὸ τραῦμα minus videtur convenire, cum ἀσβόλη seu fuliginis fiat mentio, quare lego καύματι id est *adustione*, quomodo fulmen & fulgur adurere, ustulare dicuntur, ita ante dixit φλόγα κεραυνοῦ. G. Cuperus Observ. l. III. c. 2. *Almeloveen.*

5 *Salmoneus tibi sit*] Æoli filius, de quo Virg. 6. Æn. *Cogn.* Quàm merito ab hominibus nefariis contemnantur Iovis fulmina & tonitrua probat exemplo Salmonei. Fuit Salmoneus Æoli filius, non regis ventorum, inquit Servius, sed alterius, qui apud Elidem regnavit, qui cum regia Majestate contentus non esset, conatus est se Deum suis ostendere, & fabricato æneo ponte sublimi, adeo ut Elidis partem desuper tegeret, sub eo agitabat currus ad imitanda tonitrua: & in quem jaculatus esset facem, eum jubebat occidi, ob quam superbiam Iupiter iratus illum vero fulmine ad inferos deturbavit. De quo Virgil. 6. Æneid. *Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, Dum flammas Iovis & sonitus imitatur Olympi.* Verum omissis poëtarum figmentis, fuit Salmoneus, ut Eustathius tradit Odess. λ. ingenis mechanicarum operarum artifex, qui βέγγεσιν ad imitanda cæli tonitrua dicitur excogitasse, vas scil. ingens mugitum illum tonitrui per calculos immissos exprimens, cujus etiam meminit Aristophanis interpres, in Nebul. Produnt item historiæ, Archimedem Syracusanum fulgurationes quasdam ignivomas per specula edidisse. Idem Eustathius commemorat peritum

[1] ἀνθοβροντᾶν ἐπάλμης, [2] ὦ πάνυ τοι ἀπόνως ὤν, καὶ ὃς ἔστω [3] ψυχρὸν πρὸς ὀργὴν Δίας, θερμουργὸς ἀνήρ, καὶ [4] μεγαλαυχόμενος. [5] πῶς γάρ, ὅτῳ μὴ κεφαλὴ πᾶσα [6] τοῦ μανδραγόρου

tibi sit ausus etiam obtonare: neque id admodum ab re: quippe adversus Iovem usque adeò frigidum, vir ad facinora fervidus, audaciaque tumidus. Quidni enim faciat, ubi tu perinde ac sub

ritum quendam mathematicum adjumento machinæ inimici sui ædes, non aliter quam terræ motu vibratas, concussisse fulguritosque quosdam radios in illum distrinxisse, ut confessione inimici & ἐποστόχων, & πεπλέγματος dictus fuerit Neptuni Iovisque, illius terræ quassatoris: hujus fulguratoris epithetis. Quod de Arithmesio intelligendum putant, quem scribit Agathus histor. lib. 5. domum Zenonis vicini sui æmula motus terræ concussione per dispositos certis locis tubulos perculisse. Cum Salmoneo confert Gilbertus auctorem illum (monachus fuisse perhibetur in Germania) qui bombardæ & pulveris nitrati usum primus invenit, quod inventum, utut alii summe necessarium atque utile in bello ducunt, ad arces scilicet latronum expugnandas: alii tamen & forte rectius Satanicum plane & perniciosissimum esse judicant. Quæ enim quæso animi virtus? quod corporis robur? qui astus & stratagemata ingeniosa nunc locum habeant, ubi machina illa globis ferreis saxisve oppleta disjicit omnia, & uno sæpe ictu centum aut ducentos homines in acie constitutos, quamlibet armatos è medio tollit. *Barl.*

1 Ἀνθοβροντᾶν] Dixisset Atticus scurra ἀντιτονοπαρδεῖν, ut qui Iovis tonitrua per jocum παρῳδεῖ vocabat. *Idem.*

2 Οὐ πάνυ τοι] Nec immerito hoc à Salmoneo factum asserit argumento à contrariis desumto. Lentitudini Iovis opponit Salmonei fervorem; & projectam ejus audaciam, illius timiditati. *Idem.*

3 Ψυχρὸς πρὸς ὀργὴν] Ejusmodi hominem ἄοργον vel ἀόργητον vocant Græci, lentum sive iræ vacuum, de quo Plutarchus in lib. περὶ ἀοργησίας, & Aristotelis 2. Ethicorum. Opponitur ei θερμουργὸς ἀνὴρ, qui ad facinora perpetranda fervidus est & præceps. Xenophon ἀνόητον & μιξοχείρωνα appellat. Sic & θερμὸν ἔργον apud Aristoph. facinus audax & temerarium, q. d. calidum magis quam callidum. Θρασυμήδης eadem de caussa vocatur Salmoneus à Pindaro, in Pyth. Oda 4. *Idem.*

4 Μεγαλαυχόμενος] Id est, non tantum audacia tumidus & elatus, sed de magnis etiam rebus seipsum jactans. Utriusque significationis exempla vide apud Budæum in Comment. pag. 356. edit. Stephan. *Idem.*

5 Πῶς γάρ] Socordiæ crimen Iovi improperat ac somnolentiæ. πῶς γάρ; concisa loquendi formula sed elegans. In responsionibus assensionem significat, quidni enim faciat? q. d. jure optimo id facit. *Idem.*

6 Τοῦ μανδραγόρου] De hoc Proverb. parœmiogr. de Mandragora, Dioscorid. Hesych. *Bourd.* Mandragoræ somnifica vis inest. Plin. lib. 15. Dioscorid. indicat radicem decoctam sumi adversus insomnia. Demosthen. Philipp. 4. & Iulia. in epist. *Cogn.* Ita vertit Erasmus, bene secundum vulgatam lectionem, male secundum rationem. Henricus Stephanus in voce Μανδραγόρας videtur legisse ὑπὸ μανδραγόρου, non multo melius. Faceta satis est sententia versionis Erasmi, qui mandragoram herbam lactucæ non absimilem, ut ex Theophrasto & Plinio patet, in arborem umbram dormientibus facientem transformat. Certe non ita scripsit, non ita intellexit Lucianus. Lege meo periculo: ὑπὸ Μανδραγόρου, id est, *post mandragoram sumptam*, vel *post mandragoræ potionem*. Sic & ad eundem sensum infra in Domosthenis encomio pag. 908. οἷον ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδοντας, id est, *à mandragoræ potu vel esu*. Sic etiam loquuntur medicorum filii, ὑπὸ πλησμόνης, ὑπὸ φαρμάκων, id est, *statim post repletionem, statim post*

φαρμάκου κωθήσεις; ὃς ὕπο τῶν ἐπιορκούντων ἀκούεις, [1] οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας ἐπισκοπεῖς. [2] λημᾷς ἦ, καὶ [3] ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γιγνόμενα, καὶ [4] τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι, καθάπερ [5] οἱ παρηκμηκότες. [6] ἀπὶ

sub mandragora dormis? qui neque pejerantes audias, neque flagitiosos obſerves: ſed cæcutias lippitudine, & hallucineris ad ea quæ fiunt, aureſque tibi obſurduerint, quemadmodum iis qui ſenio confecti torpent. Quando-

pharmaci potionem. Mandragoram vero eſſe ναρκωτικὸν φάρμακον, & ſomnum inducere notum eſt vulgo. *Palmerius.* Proverbialis eſt locutio. Mandragoræ vis ineſt ſomnifica, ob inſignem ejus frigiditatem, quam herbam Pythagoras ἀνθρωπόμορφον vocat, quod radix ejus imitetur hominis formam. quod tamen negant recentiores Botanici, idque ex aliis plantarum radicibus confictum eſſe ajunt. Sunt qui non plantam, ſed animal in terris vivens eſſe crediderint, ideoque dextre evellendum eſſe docuerint, cum & conceptum in utero perficere & divitias conferre putarint, quam opinionem merito refellit Matthiol. in Dioſcoridem lib. 4. & 6. itemque Lemnius lib. 4. de occult. Naturæ miraculis, cap. 10. Vide inſuper Nicand. & Grevinum cap. 23. lib. de Venenis. Heſychio exponitur εὐδαίμων βοτάνης οἰνικὸν ἢ ὑπνοτόν. Hinc qui ceſſant in officio, *multam mandragoram bibiſſe* dicuntur. Vtitur eodem loquendi genere Demoſthenes in Philipp. 4. & Iulianus Cæſar in Epiſtol. At quanto rectius quam Timon, de ſummo Numine pronunciat regius Pſaltes: οὐ νυστάζει, inquit, οὐδὲ ὑπνοῖ ὁ φυλάσσων Ἰσραήλ, *non dormit neque nictat, qui cuſtodit Iſrael.* ubi λιτότης in verbis occurrit & ἀνθρωποπάθεια, q. d. Deus noſter promptus eſt ad opem ſuis ferendam, non mandragoram bibit aut grana papaveris, ut altum dormiat, *Barl.*

1 Οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας] In genere ſic vocat flagitioſos. Eſt enim ſcelus omne ἀδικία quædam & iniqua actio ſeu juris violatio, ut contra virtus omnis juſtitia. hinc apud Demoſthen. ut obſervat Budæus, τὸ ἀδικεῖν fere accipitur, pro perperam & ſceleſte agere. Et Caſaubonus ad Athenæum, ἀδικίαν pro impudicitia & aliis item flagitiis accipi, non ſemel obſervavit. *Idem.*

2 Λημᾷς ἦ] Amplificatio eorum quæ ſupra dixit. Non ſolum dormitare ait Iovem & veterno quodam corripi, ſed cæcutire etiam præ lippitudine, eoque minus perſpicacem eſſe in negociis obeundis. λημᾷς ἦ. *cæcutis lippientium more.* λῆμη pro quo Atticis γλῆμη addito γ, proprie humor eſt in oculis concretus, unde lippitudo naſcitur, ἀπὸ τοῦ λεύειν, ut volunt, quod eſt videre, & μὴ particula privante, quod ejuſmodi lacrymæ oculos occupantes viſui officiant. Quæ cum in ſenibus majores lemas faciant, hinc ſatis audacter κολοκύνταις λημᾶν dixit Ariſtophanes, in Nub. & χύτραις λημᾶν, Lucianus in opuſc. πρὸς ἀπαίδευτον, hoc eſt, cucurbitas vel ollas lippire, quoties aliquem ſignificare volunt plane cæcutientem aut ſtupidum. *Idem.*

3 Ἀμβλυώττεις] *Obtuſum vides* ἀμβλὺς enim obtuſus, hebes, quod ad ἀναίσθητον refert Euſtathius. proprie de ferro uſurpatur, cujus acies obtuſa eſt. transfertur ad aciem oculorum. hinc ἀμβλυωπία pro *hebetatione oculorum* apud Hippocratem & Galenum, quâ non tota lux perit, ſed hebeſcit, quæ hebetatio ex aliqua incerta cauſſa provenit teſtibus medicis. *Idem.*

4 Τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι] Deeſt præpoſitio κατά. ad verb. *exurdatus es auribus*, vel *aures tuæ exurdatæ ſunt*, vel *exurdueruntur.* κωφὸς dicitur, cui auditus eſt vitiatus: item mutus. Heſychio, ἔτι λαλῶν, ἔτι ἀκούων. quia quiſquis à nativitate ſurdus eſt, etiam mutus ſit neceſſe eſt. Vide Aphrodiſ. lib. 1. Problem. διὰ τί οἱ ἐκ γλυκυτῆς κωφοὶ ἢ ἄλαλοι; quæſt. 138. *Idem.*

5 Οἱ παρηκμηκότες] Recte interpres, *qui ſenio confecti torpent*; vel potius, *qui ſlo-*

νέῳ γε ὄντι, καὶ [1] ὀξύθυμος ὢν, καὶ [2] ἀκμαίῳ τὴν ὀργήν, πολλὰ καὶ τῆ ἀδίκῳ, [3] καὶ βιαίαν ἐπιφέρεις, καὶ [4] ἀδίωτον ἦγες τότε σὺς αὐτὴς ἐκεχειρίας, ἀλλ' ἀεὶ ἐστρέφες πάντως ὁ κεραυνὸς διὰ, καὶ [5] ἡ αἰγὶς ἐσείετο, καὶ ἡ βροντὴ ἐκτυπᾶτο, καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχὴς [6] ἔσπιπτε εἰς ἀκροβολισμὸν, σεισμοὶ δὲ, καὶ κονιορτὸς ἐφέρετο. [7] οἱ σεισμοὶ δὲ, καὶ

doquidem cùm juvenis adhuc eſſes, acrique animo, & vehemens ad iracundiam, permulta in homines maleficos & violentos faciebas: Neque tum unquam cum illis inducias agitabas, ſed perpetuò fulmen erat in negocio, & ægis concutiebatur, obſtridebat tonitru, fulgur continenter jaculorum in morem denſiſſimè ex edito loco devolantium torquebatur, terræ quaſſationes cri-

ſio rentes annos egreſſi in ſenectutem vergunt. Sic uſurpatur apud Thucydidem, ὅσοι ἤ πεφοιτήκασι, id eſt, *conſenuiſſe*, ut bene interpretatur Budæus, non, ut Valla, *ætate proceſſiſſe*. Senibus enim viſus obtuſior, viresque corporis minus excitatæ vegetæque eſſe ſolent. *Barl.*

6 Ἐπὶ νέῳ γε ὄντι] Argumentatur ab anteactis. Inſtituitur hic egregia collatio Iovis olim juvenis ac ſtrenui: & ætate jam deficientis ſive ignavi. Quæ omnia Rhetorum more amplificat Timon per exclamationem, q. d. quantum mutatus es ab Iove illo juvene, acri & actuoſo, nunc te neſcio quis languor & veternus habet. *Idem.*

1 Ὀξύθυμος ὤν] Præceps animi, impatiens iræ, cerebroſus. Sic eum ſæpe introducit Homerus. Id autem pueris ſeu juvenibus proprium eſt, quos propterea θυμικὸς & ὀξυθύμους appellat Ariſtoteles Rhetor. 2. Et ab ejuſmodi hominibus minus ſibi metuendum eſſe docet, quam ab iis, qui mites diſſimulatoreſque ſunt hoſtes. Vide Philoſophum Eth. Nicomach. lib. 4. cap. 5. ubi τὸν ὀξύθυμον & ἀκροχόλους diſtinguit τὸν μὲν πικρὸν & χαλεπὸν, qui diutius in ira perſiſtunt, & δυσδιάλυτοι ſunt. *Idem.*

2 Ἀκμαίῳ τὴν ὀργήν] Eleganter, quaſi vigens ira. Sic νόσον ἀκμάζειν dicitur medicis, cum ſævit ac graſſatur: παρακμάζειν, cum vigorem ſuum vel rigorem remittit, ſenſimque deficit ac decreſcit. *Idem.*

3 Καὶ βιαίαν] Significat homines *violentos*, qui per vim aliis injuriam inferunt, vel ut verbis utar Ovidii, *quibus rigido jus dicitur enſe.* χειροδίκας eoſdem ſcite vocavit Heſiod. in Operibus. *Idem.*

4 Οὐδέπ. ἦγες ἐκεχειρίαν] Gellius lib. 1. cap. 15. ἐκεχειρίαν ſcribit eſſe ceſſationem pugnæ pacticiam, παρὰ τὸ κατέχειν τὰς χεῖρας, quod eo tempore *feriatur bello aptæ manus*, ut ait Auſonius, *& otia ducit.* Ad ferias & munerum vacationes quoque refertur. Latini *inducias* dicunt, ſed voce minus ſignificante, ut idem docet Noct. Atticarum ſcriptor. *Idem.*

5 Ἡ' αἰγὶς] Sic in Dial. Iovis & Cupid. & Θεῶν. κρισ. & Bis accuſ. paſſim denique. *Bourd.* Iovi ægis tribuitur, hoc eſt, clypeus ex pelle capræ Amaltheæ, quæ nutrix ejus fuit, confectus, quem dicitur *intorſiſſe*, id eſt, vibrare, quoties iraſcitur. Servius ad 8. Æneid. *In pectore Numinis*, inquit, *agis; in corpore hominis lorica dicitur.* Barl.

6 Ἔσπιπτε εἰς ἀκροβολ.] Hoc eſt, *jaculorum in morem edito ex loco devolantium.* ita Eraſmus. Alii, *in morem levis & velitaris pugnæ.* Vox utrumque ſignificat. nam ἀκροβολίζεσθαι, vel eſt ἐξ ἄκρου βάλλειν, ſublimi è loco jaculari: vel ut Heſychius exponit, σύριγγι βάλλειν, eminus certare jaculis miſſilibuſque, quod eſt velitari. Vide Æmil. Portum ad Xenoph. *Idem.*

7 Οἱ σεισμοὶ δὲ, καὶ κονιορτὸν] Cohærent hæc cum præcedentibus, quæ ſalibus admodum feſtivis referta ſunt. Eſt & hic elegans τῆς ὑπερβολῆς ſimiliter deſinen-

πηδὸν. ἢ ἡ χιὼν, σωρηδὸν. καὶ ἡ χάλαζα, πτερηδὸν. καὶ ἵνα σοι [1] φορτικῶς ἀφελίγωμαι, ὑετοί τε [2] ῥαγδαῖοι, καὶ βίαιοι. ποσαμοὶ δὲ [3] ἐκχέῃ σταγών. [4] ὥστε πλικαυτη

cribri instar frequentes, nix cumulatim, grando saxorum in morem, atque ut tecum grandius loquar, imbresque rapidi & violenti, ac flumen quotidie exundans. Hinc tantum repente Deu-

nentium schematismus in κοσκινηδὸν, σωρηδὸν, & πτερηδὸν. Cribri motus cum motibus terræ; nivium densitatem cum acervo frumenti aut aliarum rerum; grandinis lapsum cum saxorum desuper volantium strepitu perquam venuste comparat. *Barl.*

1 Φορτικῶς ἀφελίγωμαι] Per comparativum exposuit Erasmus, ἀπὸ τοῦ φορτικώτερον. Sic Demosthenes in Timocr. ἵνα μὴ φορτικῶς εἴπω. Interpres, *ne quid insolentius dicam & invidiosius.* Idem.

2 Ῥαγδαῖοι] Nimborum epitheton appositum, q. d. rapidi & vi perrumpentes, ἀπὸ τοῦ ῥήγνυμι, rumpo. *Idem.*

3 Ἐκχέῃ σταγών] Erasmus, & alii verterunt, *quotidie exundans.* ut ἐκχέῃ sit adverbialiter positum, pro καθ' ἑκάστην. illud vero σταγών, indefinitum 2. esse volunt à στάζω, stillo, in quibus non leviter hallucinari videntur, cum simpliciter meo judicio vertendum sit, *flumen erat quaque gutta.* Vult enim indicare Timon, quam copiosi & grandes fuerint illi imbres, unde tam exiguo tempore & velut momento tam ingens exstiterit aquarum deluvium, quo totum genus humanum fuerit absorptum. Nec etiam τὸ στάζειν, quo verbo utitur Lucianus, *exundandi* significationem admittit, cum *stillare*, & *exundare* inter se opponantur. Unde ἔσταγτα ὕδατα Euripidi, sunt *aqua copiose fluentes, non stillatim.* Subintelligitur verbum substantivum, ἦν, vel ἐγένετο, & prædicatum, ut Logici loquuntur, subjecti locum obtinet. *Idem.*

4 Ὥστε πλικαυτη] Quam præceps olim ad iram sive vindictam fuerit Iupiter, alio item exemplo declarat Timon, nempe diluvio Deucalionis. Fabulantur poetæ Deucalionem, qui filius fuit Promethei, & uxorem duxerat Pyrrham Epimethei filiam, apud Thessalos regnalle, sub quo ingens diluvium universum terrarum orbem inundasse, genusque humanum ad internecionem deleviſſe fertur Deucalione & Pyrrha servatis. quam fabulam lepide pertractat Ovid. lib. 1. Metamorph. Hoc ideo fictum esse scribit Eusebius in Chronicis, quod regnante Athenis Cecrope maxima aquarum illuvies majorem partem populorum Thessaliæ absumpserit paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnasso, in cujus circuitu Deucalion tunc regno potiebatur, qui tunc ad se ratibus profugientes, ut narrat Iustinus, susceptit, ac per summa Parnassi juga fovit, eaque de caussa genus humanum ab illo fuisse reparatum ajunt. Sunt qui tertium & quartum finxerunt cataclysmum sub Ogyge Thebanorum rege, Deucalionis majorem, ut testatur Augustinus lib. 18. de civitate Dei: & alterum sub Phoroneo rege Athenienſium in Attica. Sed fabulosa hæc omnia, & e Noachi, qui Deucalion ille, Ogyges, vel Phoroneus putatur, diluvio sub imagine expressa. quemadmodum conitat, creationem hominis à poëtis, maxime ab Ovidio ipsi Prometheo tribui, quo antiquiorem non cognoverunt Græci. Sic justo Dei judicio, artibus Satanæ factum est, ut quæcunque in sacris historiis occurrunt, ethnicorum figmentis in fabulas verterentur. Patet hoc ex collatione, quam instituit Perr. Lavinius vir Θεολογικώτατος inter ea quæ narrat Moses, & quæ canit in Transformationibus suis Naso. Apud Lucianum in libello de Syria Dea extat locus, ex quo manifeste patet, per diluvium Deucalionis intelligi non inundationem illam particularem, quâ olim Græcia, atque Italia vastata, nec non Atalanta insula absorpta dicitur: sed diluvium universale, quod fuit Nox temporibus. Quin etiam Plutarchus lib. de animal. industria, scribit, columbam ex arca Deucalionis

1 ἐν ἀκμῇ χρόνου 2 ναυαγία 3 ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐγένετο, ὡς 4 ὑποδυσχίων ἁπάντων 5 καταδυηναι, μόνας ἴν τι 6 κιβώτιον περισωθῆναι 7 πρὸς τοῖς ἐλάταις 8 τοῦ

Deucalionis ætate naufragium ortum eſt, ut omnibus ſub aqua demerſis, vix unica ſcaphula ſervaretur, quæ in montem Ly-

nis emiſſam attuliſſe indicium recedentis diluvii. Et quis ille Deucalion? Promethei filius, qui Iapeto patre natus dicitur. at Iapeti nomen non origine Græcum eſt, ut Proclus putavit, ſed effictum ex Hebr. Iaphet, qui filius fuit Noachi una ſervatus cum patre & fratribus ex diluvio. Ipſe vero Deucalion Græcorum, qui reſpondet Noacho, pro Thubalis nomine inductus eſt. Nam Δ in δ ſæpe tranſit apud Græcos, ut ἀδύω & ἀδεής. β item & κ facile inter ſe permutantur. Sic βεζεκτεῖν & καζουρεῖν, apud Heſychium, de quibus Salmaſium vide in lib. de Dialectis. *Barl.*

1 Ἐν ἀκμῇ χρόνου] Sic loquuntur Græci, cum repente quid factum dicunt, ἐν ἀκμῇ, ut Suidas interpretatur. nam τὸ ἀκμὴς proprie de capillis dicitur, quod ita exiguum eſt, ut præ exiguitate non poſſit κείρεσθαι, hoc eſt, tonderi. *Idem.*

2 Ναυαγία] Proprie de navium jactura ac ſubmerſione dicitur. hic pro diluvio accipitur, quo univerſum genus humanum ſub aquis demerſum periit, quam propterea differentiæ cauſſa μεγάλην ναυαγίαν appellat Lucianus in Dialogo περὶ ὀρχήσεως. Cicero, *naufragium Reipubl.* eadem tralatione dixit. *Idem.*

3 Ἐπὶ τῆ Δευκαλ.] Hoc eſt, Deucalionis tempore vel ætate, ὅτε τότε τῆ βλω, ut alibi loquitur Lucianus. *Idem.*

4 Ὑποζυχίων ἁπάντ.] Univerſale igitur diluvium fuiſſe innuit. ὑποζύχιος dicitur ὁ ὑπὸ τὸ ὕδωρ βυθισθείς, ſub aqua merſus. à βρύχω deducit Euſtathius, id eſt, ſtrido. Stephanus Etymologum ſecutus à βρίχω, quod eſt, irrigo. alias à βυθὸς dici poſſit, quaſi βύθιος, quod etymon indicare videtur Heſychius. *Idem.*

5 Καταδυηναι] Hoc addit Lucianus, quo ſignificet, ita eos fuiſſe demerſos, ut nunquam emerſerint. nam τὸ καταδύεσθαι, eſt *ſubire fundum*, cui opponitur ἀναδύεσθαι, vel ἀναχάσκειν, *ex aquis emergere*, vel *emicare*. Idem.

6 Κιβώτιον] Proprie arculam ſonat. hic ſcaphulam ita vocat, in qua Deucalion cum uxore ſervatus fuit. *parvam ratem* appellat Ovid. ut, *parva ratis vectis ad aſtra fuit.* 1. Metamorph. Eadem ratione arca Noæ, quæ Hebr. תבה, à ſeptuaginta interpretibus Græce vertitur κιβωτὸς, Geneſ. 6. & alibi, ob ſimilitudinem quam habebat cum ciſta. Vnde videmus Deucalioneum illud diluvium idem eſſe quod Noachi, quo tempore divina providentia in arca ſervatus fuit cum uxore, filiis, & nuribus, ut eſſet generis humani ſeminarium. *Idem.*

7 Πρὸς τοῖς ἐλάτ.] *Quæ appulit.* De navibus proprie dicitur littus aut portum ſubeuntibus, ab ἐλαύνω, vel κίλλω τὸ κινῶ teſte Euſtathio, à quo Latinum *cello*, cujus compoſita in uſu. *Idem.*

8 Τοῦ Λυκαίου] Mons ſive locus eſt ad quem appulit ſcapha. Scribit Pauſanias in Phocicis, Lycoream urbem conditam in Parnaſſi ſummitate ab iis, qui in Deucalionis alluvione luporum ululatibus, (τῇ λύκων ἀρυγῇ) ſervati ſunt, ut eo nomine vel ipſe Parnaſſus, vel pars ejus intelligatur. Nam & Ovidius Parnaſſum fuiſſe ait, montem Phocydis, in quem ab undis tutum Deucalion & Pyrrha ſe receperunt. Verum ex narratione Moſaica, mons, in quo reſedit arca, unus fuiſſe dicitur montium Ararati, id eſt, majoris Armeniæ, quem Chaldæus paraphraſtes appellat *Kardu*, Epiphanius λίφαν, hoc eſt, *locum deſcenſionis*, ſic forte dictum à ſitu, quod in omnes partes ex eo Noah cum ſuis deſcenderit poſt deſiccatam terram, ut notat Iunius ad 8. Geneſ. qui & hoc addit, montem fuiſſe omnium in illo tractu editiſſimum. *Idem.*

Λυκωρέα, [1] ζώπυρόν τι ἔτι ἀνθρωπίνου σπέρματος ὑπολελειμμένον εἰς ἐπιγονὴν κακίας μείζονος. [3] τοι γὰρ τοι ἀκόλουθα τὰ ῥαδιμίας [4] τὰ πρὸς χάριν ἡμῖν παρ' αὐτῶν, ὅτι θύομεν ἔτι σοί τινος, [5] ὅτι στεφανοῦμεν, εἰ μή τις ἄρα πάρεργόν ἐλυμπίασεν. ἡμεῖς ὅτος, ὃ πάνυ ἀναγκαῖα ποιεῖν δοκῶν, ἀλλ' εἰς ὃ τι ἀοχαῖον συντιλῶν. ἔστι δὲ ὀλίγου [6] Κρόνου τε [7] ὃν ἱστᾶς ἡγεμόνα

Lycorem appulit, humani generis quasi scintillulas quasdam servans, unde sceleratius etiam genus propagaretur. Quare dignum socordia præmium ab illis reportas, cùm nemo jam tibi sacra faciat, nec coronas offerat, nisi fiquis obiter in Olympiis: qui quidem non admodum necessariam rem facere sibi videatur, sed priscum quendam ritum observare: ac pene Saturnum, ô Deorum

1 Ζωπυρόν τι] Eleganter sic vocat humani generis relliquias: quemadmodum & Plato ζώπυρα τῶν ἀνθρώπων ἡμῖν appellat eos, qui ex diluvio servati sunt, quasi igniculos quosdam ad humanum genus aquis extinctum, suscitandum relictos. lib. 3. de legib. Est proprie τὸ ζώπυρον, suscitabulum ignis seu relliquiæ ignis sopiti & cineribus obruti, quod Homerus vocat σπέρμα πυρός. Hoc autem servatur ad ignem accendendum, quum usus exigit. *Barl.*

2 Εἰς ἐπιγονὴν, &c.] Eo humanæ naturæ pravitatem indicat à bono sensim in pejus vergentis, quemadmodum hoc quatuor suis ætatibus scite præfigurarunt poëtæ. Sic auream ætatem excepit argentea, argenteam ænea, hanc ferrea, desciscente paulatim à primævo innocentiæ statu mortalium genere. Quo similiter respexit Horat. Carm. lib. 3. Od. 6.

Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Quos versus ex Arato transtulit Lyricorum princeps. *Idem.*

3 Τοι γὰρ τοι ἀκόλουθα] Concludit Iovem ob hanc suam in vindicandis sceleribus lentitudinem & vaccordiam merito despici, cultumque ejus negligi. *Idem.*

4 Τὰ πρὸς χάριν] Pro, τὰ ἀντὶ χάριτος, cujus singulare, licet minus usitatum legitur apud Hesych. exponiturque ἀνταπόδοσις, retributio, merces, præmium, quasi τὸ ἀντὶ τῆς χειρὸς κέρδος, lucrum quod procedit ex operibus manuum, & proprie operariorum est, qui χειρώνακτες & δημιοεργοὶ vocantur apud bonos auctores. Abutuntur ea voce qui *pœnam* interpretantur. *Idem.*

5 Οὔτε στεφανοῦσι] Hic notandus veterum ritus, qui non modo Diis suis sacrificabant, sed & simulacra eorum sertis coronabant, quæ subinde renovabant additi, eo significantes virtutem divinam non marcescere, sed potentem semper & efficacem permanere. Quod Iovi imprimis fiebat ex olea vel quercu. Vnde factum, ut invicem inter se hæ arbores inimicitias exercere dicantur. Phurnutus tamen oliva tantum Iovis statuam coronari solitam ait, quod ea sit semper virens, & pinguis multæque utilitatis, itemque glauci coloris & cœlestis similitudinem referre videatur. *Idem.*

6 Κρόνου ἀπαλλαγῆναι] *Saturnum reddunt*, hoc est, imperio abdicant, ut patri Saturno fecisti, εἶα δὲ σὺ ἔδρασας τὸν Κρόνον, inquit Prometheus ad Iovem in primo dialogo Deorum. Tacite Iovem perduellionis accusat. Dicitur in insula Creta regnasse Saturnus, qui cum ex oraculo didicisset fore, ut à filiis regno expelleretur, & ob hoc Iovi insidias strueret, ab eo regno pulsus in Italiam profugit, ubi aliquamdiu apud Ianum regem latuisse fertur. Vnde & illi nomen, non a satione, quod agriculturam docuerit primus, sed ab Hebræo סתר, quod est latere. & terra quæ prius dicta est *Saturnia*, post etiam *Latium* appellata fuit, quod

his

ζατε, ἀποφαίνεται, [2] παρεστάλθαι τὰ τιμᾶς. [3] ἐῶ λέγειν ὑποσυλίας ἤδη καὶ τὸν [3] σεσυλήκασιν. οἱ δ', ἐπὶ αὐτῷ σι τὰς χεῖρας [4] ἀνωμοσάσιν ἐπιβουλήσασι. [5] καὶ σὺ ὁ ὑψ-

rum generosissime, te reddunt, magistratu amoventes. Omitto dicere, quoties jam templum tuum sacrilegio compilarint: quum tibi etiam ipsi manus in Olympiacis admoliti sunt. Interea tu

bis latuisset in oris, ut Maro loquitur. τὸ ἀποφαίνεσθαι dixit, *ἀντὶ τοῦ φανῆναι*. Sic paulo post ἀποφάνας, pro ἀποδείξας. vide Budæum. *Bas.*

7 Τῷ γλυκυτάτῳ] Lucianus in compellationibus τῷ γλυκεῖ vocem ferè per illusionem usurpat. Sic infra, ὦ γλυκύδα, ὦ γαθὲ, ὦ πάτερ, & similia. *Idem.*

1 Παραστάλθαι] *Imperio abdicantes*, vel *abdicatum*, pro ἀποστάλθαι. Τιμᾶς nomine imperium designatur ὑ ἀρχὴ, per excellentiam. Primus enim post Deos honor debetur Magistratui. *Idem.*

2 Ἐῶ λέγειν] Aliud ignaviæ consequens notat Timon; sacrilegorum nempe projectam audaciam, qui depolito omni metu Iovi ipsi manus injicere non verecundantur, neque templum ejus compilare. Eadem conqueritur Iuvenalis Sat. 13.

Hæc ibi si non sunt, minor exstat sacrilegus, qui
Radat inauratis femur Herculis, & faciem ipsam
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat.
An dubitet solitus totum conflare Tonantem?

Legitur de Dionysio Siciliæ tyranno, ut alios mittam, quod Iovi Olympio detraxerit magni ponderis aureum amiculum, quo eum Hieron è manubiis Carthaginensium ornaverat: proque detracto aureo laneum illi pallium injecerit, ita cavillans: *aureum amiculum æstate grave est: hyeme frigidum, laneum ad utrumque anni tempus accommodatum.* Idem victorias aureas, pateras & coronas, quæ porrectis manibus simulacra sustinebant, velut offerentia tollebat, dicens, *se oblata accipere, non eripere.* Quin Locris etiam Proserpinæ templo, quod ibi nobilissimum & opulentissimum erat, per avaritiam spoliato, mox cum per altum secundo vento classis illius proveheretur, ridens amicis: *videtisne*, inquit, *quàm prospera navigatio ab ipsis Diis immortalibus detur sacrilegis?* ex eo colligens, aut non esse Deos, aut illis non esse molesta sacrilegia. Vide Justinum lib. 21. Sueton. in Calig. cap. 32. & Valer. Maximum lib. memorabil. 1. cap. 2. *Idem.*

3 Σεσυλήκασι] Cicero, *fana depeculari* dixit, nimirum furandis sacris. σῦλα spolium, à quo συλᾶν interpolito ν. Vnde Latinis *spolium*, & συλάω, *spolio.* Idem.

4 Ὀλυμπάσιν] Adverbium τοπολογικὸν esse volunt. alibi dixit, ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις in Olympiacis scil. certaminibus. Ὀλυμπία pro Olympico certamine. Cum de Olympiade aut victoria Olympica sermo est, penultimam circumflectendam esse docet Aristophanis Scholiast. in Vespis. Lucianus hic sub persona Timonis ficticium Iovis Numen, aliorumque Deorum, subsannat, quasi non Deos esse censens, sed effigies tantum & idola sui seculi hominum, quorum fana nihil aliud essent quam profana cacodæmonum habitacula. Gentes enim ut magnus docet Apostolus, ἃ ἐθύουσιν ἔθνη, δαιμονίοις θύουσι καὶ οὐ θεῷ, hoc est, τοῖς δαιμονίοις, vel, ταῖς κτίσεσι παρὰ τὸν κτίσαντα, ut alibi loquitur. *Idem.*

5 Καὶ σὺ ὁ ὑψιβρεμέτης ὄλυμπε] Illudit Iovi, ut supra, quod officio suo desit in ulciscendis perjuris & sacrilegis. Sic & ille apud Iuvenalem: *Audit Iupiter hæc: nec labra movet, cum mittere vocem Debuerat, vel marmoreum sudasse cerebrum?* unde statim infert: *Vt video, nullum discrimen habendum est Effigies inter vestras statuamque Bathylli.* Merito Chrisostomus in homilia quadam tales corripit his verbis:

Ut

βριμέτης ὤκτησας, ἢ [1] ἀνεκήσαι τὰς κύνας, ἢ τὰς γείτονας ἐπικαλέσασθαι, ὡς [2] βοηδρομήσαιτες, αὐτὰς συλλάβοιεν, ὅτι συσκοάζομεν ὡς τὴν φυγήν. [3] ἀλλ' ὁ γλυκὺς, καὶ [4] γιγαντολίτης, καὶ πλοκαμοκρήτης, ἐμάγησε, τὰς πλοκαμίδας [5] περικειρόμενος ὑπ' αὐτῶν, [6] δικέφαλον κεφαλὴν ἔχων

tu altifremus ille, adeò piger fuisti, ut neque canes excitaris, neque vicinos advocaris, qui opitulantes tibi illos comprehenderent, cùm adhuc ad fugam se compararent. Sed generosus ille, gigantum extinctor, & Titanum victor sedebas, fulmen decemcubitale, dextra tenens, quum tibi cæsaries ab illis circumtonde-

re-

ὅπη σκηπτὸς ἐνθεῖν ἐκ ἔχοι, ὅπι ἐ πάντα ἀνατίτρωσκοι, ἰσχνὰς κατέχων ἐν δεξιᾷ, ἵνα λαχανα λάζηται, ἵνα ὑποδήματα. Dei longanimitas ad contemptum sui profanos homines allicit, quæ ad resipiscentiam eos ducere debebat. Epitheto rursus poëtico per ludibrium utitur, quo Iovem insignit Homerus, ὑψιβρεμέτην ipsum appellans, quasi ὑψι βρέμοντα ἄγαν βροντῶντα, quod in alto tonet. *Barl.*

1 Ἀνεκήσαι τὰς κύνας] Nimirum, qui fures latratu suo vel prodant: vel fugientes arripiant. Vt fidei, sic & vigilantiæ symbolum canis. Vnde Lucretius: *Et levi somna canum fido cum pectore corda.* Canes intelligit οἰκουρὸς, h. e. ædium custodiæ præfectos. *Idem.*

2 Βοηδρομήσαιτες] Propriè usurpatur de iis, qui ad clamorem alicujus accurrunt periclitantis ac quiritantis: vel potius, qui sublato clamore, ut in pugna fieri solet, festinanter succurrunt. Ab Hesychio τὸ βοηδρομεῖν exponitur μετὰ σπουδῆς παραγίνεσθαι. Hinc sacrum βοηδρόμια apud Athenienses, quod auxilio illis venisset Ion, cum ab Eumolpo invaderentur. quanquam Plutarchus in Theseo, festi causam à bello contra Amazonas gesto deducat, quod eas Theseus mense Boëdromionis fecit Apollini re divina, profligasset. unde & βοηδρόμιον Ἀπόλλωνα coluerunt, cujus meminit Callimachus in hymnis. *Idem.*

3 Ἀλλ' ὁ γλυκὺς καὶ] Ἀναιδείας præterea seu stuporem exprobrat Iovi. quasi dicat: Egregius scilicet Gigantum extinctor es, & Titanum debellator, qui sic impune tibi ludos fieri pateris ab improbis. Rursum epithetis utitur poeticis ad irritionem. *Idem.*

4 Γιγαντολίτης] Dictus Iupiter, quod Gigantes Titani Terræque filios in ipsum insurgentes debellarit, παρὰ τὸ ὀλέσαι τὺς γίγαντας. Gallimachus eum scite vocat πολυώνυμον ἐλατῆρα i. e. *Terrigenarum depulsorem.* de quo sic Horat. lib. 3. od. 4. *Sistmus ut impios Titanas immanemque turbam Fulmine sustulerit caduco.* Et Od. 1. *Reges in ipsos imperium est Iovis Clari Giganteo triumpho, Cuncta supercilio moventis.* Idem.

5 Περικειρόμενος] Proverbio dicitur. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, ut eis non sentientibus coma circumtondeatur, quemadmodum & pueris fieri suevit, quibus olim in circuitum tondebantur crines, teste Salmasio. Nos Belgæ similiter *scheeren* dicimus, pro deridere. Romani *barbam alicui vellere* pro eodem usurpant. Persius sat. 2. *Idcirco flatidam prabet tibi vellere barbam Iupiter?* quo summum ejus contemptum & ludibrium significat Satyricus. Vtitur & eo loquendi genere Lucianus in Pseudomante. *Idem.*

6 Δικέφαλον κεφαλὴν] *Fulmen decemcubitale*, hoc est, prægrande & terrificum. cujus vastitatem describit Ovidius in Fast. *Iupiter angusta vix totus stabat in æde, Inque Iovis dextrâ fictile fulmen erat.* Statuam Iovis designat & fulmen, quæ tanta erant ut vix ædicula caperet. πῆχυς autem cubitus. Cubitum accipe pro mensura, qui vel major vel minor est. Major novem pedes continebat. Vnde δύο πηχυαιδεκάπηχυς apud Theocritum pro portentosæ magnitudinis viro. *Idem.*

1 Ταῦ-

οὐ τῇ δίκῃ. [1] ταῦτα πάντων [2] ὦ θαυμάσιε, πάντων ἀκούσας ἄτης ἀμελεῖς ἀπορρώβδην; ἢ πότε κολάσεις τὴν τοσαύτην ἀδικίαν; πόσοι φαίνονται, ἢ δολιχολίμνες, ἱκανοὶ εἰς ἄτας [3] ὑπέρσχολον ὕβριν βίου; [4] ἵνα γὰρ τὰ γνώριμα ἐάσας, ἐμὰ εἴπω, τοσούτους ἀνθρώπους εἰς ὕψος ἄγας, καὶ πλουτίσας οὐ πιπράσκουσιν ἀνθρώπως, ἐ πᾶσι τοῖς δημόσιοις ἐπιτιμήσας, μᾶλλον ἢ ἀθρόοις δίεργασίαις ἢ φίλων [5] ἐκχέας τ' πλοῦτον, ἐπειδὴ πάνυ λίγ' ταῦτα ἐφυμάλω, οὐκ ἔτι [6] ὑδὲ γνωρίζομαι ἐκείνοις, οὐτῶν, ὕτι ἐφοβήθησαν οἱ πάνυ [7] ὑπερπτέροντες, καὶ ab illis, nec aſpicere dignantur me, qui antea reverebantur, adorabant.

retur. Hæc igitur, ô præclare, quando tam ſecurè deſpicere deſines? quando de tantis maleficiis pœnas ſumes? Quot Phaëthontes, aut Deucaliones, ſatis idonei ſint ad expiandum tam inexhauſtam morum improbitatem? Etenim ut communibus omiſſis, de meis verba faciam. Ex quo tam multos ex Athenienſibus in ſublime evexi, & divites ex pauperrimis reddidi, & omnibus egenis opem tuli, imò affatim, ut amicis benefacerem, univerſas opes effudi, & propterea pauper evaſi, jam ne agnoſcor quidem

1 Ταῦτα πάντων] Hæc συμπέρασμα continent ſuperiorum, in quibus hortatur Iovem, ut tandem evigilet, & inſignem adeo contumeliam debitis ſuppliciis vindicet. Supinam ejus ſecuritatem figurata oratione perſtringit, tanquam efficacior. *Barl.*

2 Ὦ θαυμάσιε] Vt ſupra, ὦ γλυκύτατε per illuſionem. *Idem.*

3 Ὑπέρσχολον ὕβριν] Sic venuſte appellatur inexhauſta & nullis febribus expianda iniquitas, ſumptâ tralatione à navi cujus ſentina exundat teſte Budæo. ἔντλος enim ſentina. Hominum profanitatem indicat, cum tantam eſſe ait, ut ad eam eluendam nulli Phaëthontes, vel Deucaliones, hoc eſt, nulla incendia vel diluvia, quanta illorum temporibus fuere, ſuffecerint. Eſt hic, ut Rhetorici magiſtri loquuntur, metonymia ſubjecti pro adjuncto. *Idem.*

4 Ἵνα γὰρ τὰ καινὰ ἐάσας, τἀμὰ εἴπω] Tranſit Timon à generali querela ad ſpecialem, hoc eſt, à theſi ad hypotheſin. Primum de ingratitudine conqueritur multorum Athenienſium, quos ad honores & opes ſuo beneficio evexerat. *Idem.*

5 Ἐκχέας τ' πλοῦτον] Profuſam in juvandis amicis liberalitatem indicat quam φιλανθρωπίαν & ὁσιότητα infra vocat: Mercurius διάνοιαν potius interpretandam eſſe cenſet. Cicero: *Multi effuderunt patrimonia inconſulte largiendo.* ἀθρόον πλοῦτον vocat univerſas opes quaſi confertim & in unum congeſtas, cui opponunt Græci τὸ κατὰ μέρος. Idem.

6 Οὐδὲ γνωρίζομαι] In ſequentibus characteriſmum habemus perelegantem amicitiæ ficatæ & ſolâ utilitatis gratiâ initæ. Nam ſic plerumque fit, ut qui ſolius commodi cauſſa alterum teſtantur & amant, ceſſante commodo amicum deſerant, quæ vera amicitia non eſt, quam τὸ βέλτιον eſſe vult Ariſtoteles lib. 7. Moral. eamque virtute conciliandam docet, quæ ſola ſtabilis eſt. Egregiè Xenophon lib. 4. de rebus Græcorum: καὶ γὰρ τὸ ἐν ταῖς εὐπραξίαις πιστοὺς φαίνεσθαι, οὐδὲν θαυμαστόν, ὅταν δέ τινες ἐν συμφοραῖς γνωρίμων φίλων βέλτιστοι φανῶσιν, τοῦτο οἷς τὰ ἄπιστα χρόνον μνημονεύεται. *Non eſt mirum, inquit, in rebus ſecundis aliquos fideles reperiri: at ubi aliqui in eorum rebus adverſis conſtantes & firmi reperti ſunt, qui antea fuerint amici, hoc perpetuo hominum ſermone celebratur & ſempiterna eorum memoria mandatur.* Idem.

7 Ὑπερπτέροντες] De aviculis propriè dici vult Euſtath. ad conſpectum aquilæ, vel accipitris ſeſe occultantibus & trepidantibus. pro, *reverori* hic accipitur. *Idem.*

[1] προσκυνοῦντες, [2] καὶ ἐμοὶ νεύμασι τοῖς ἀνηρτημένοις, [3] ἀλλ' ἵνα μηδὲ κατ' ὁδὸν βαδίζων οὐτοχοίμι τινὶ αὐτῶν, ὥσπερ πολλοῖς [4] στήλῃ παλαιᾷ τινὶ [5] ὑπτίᾳ, νῦν δὲ χεζήσω ἀ-

bant, meoque de nutu pendebant. Quòd si quando per viam ingrediens, forte fortuna in eorum quempiam incidero, perinde ut eversum hominis jam olim defuncti cippum, ac temporis longi-

1 Προσκυνοῦντες] Quod adulationis abjectissimæ signum est. Sic miles ille gloriosus apud Athen. lib. 15. πάντες, inquit, ἐμοὶ γόνυ πεπήγατος ἰόντι, ἐμὲ καθίζοντι διαίτας, ὡς μέγαν βασιλέα καλοῦντι, hoc est, *Omnes ad genu mihi accidentes me pro hero adorant, & magnum regem me vocant.* ubi καθίζοντι pro καθῆσθαι Dorum more, & simplex pro composito usurpatum. Est autem τὸ προσκυνεῖν; ad genua alicujus procidere, vel genua osculari, qui honor non solum Diis, sed & regibus olim exhibitus. Solebant antiquitus subditi principum suorum genua osculari, non manum aut faciem, quod ἐξ ἰσοτίμων erat & inter se pariuum *Barl.*

2 Ἐκ τῷ νεύματι ἀνηρτημένοι] Sic dicuntur qui ex nutu pendent alterius, quo summa alicujus potentia & obsequium alterius indicatur. Plutarchus de Othone: πάντες ὅσοι τοὺς αὐτὸν ἀνηρτημένοι τῆς ὄψεως. id est, *Omnes in eum versi erant, nutum ejus exspectantes: & ex nutu ejus pendentes.* Multum est, verbo efficere, quod velis: at plus est, idem efficere nutu. Plinius lib. epistol. 12 ad Octavium Rufum indicat, hoc sumptum esse ex Homero, qui fingit Iovem solo nutu probare, aut rejicere hominum vota. Verba Plinii sunt: *Vede, in quo me fastigio collocarit, quum mihi idem potestatis, idemque regni dederit, quod Homerus Iovi Opt. Max.* Τῷ δ' ἑτέρῳ μὲν ἐδώκε πατὴρ, ἑτέρῳ δ' ἀνένευσεν. Idem.

3 Ἀλλ' ἵνα μηδὲ κατ' ὁδὸν βαδίζων ἐντύχοιμι τινὶ αὐτῶν] Pergit in amplificanda personatorum amicorum descriptione, quorum mos est, rebus amicorum acclivis & afflictis, divitiisque vel consumptis atque exhaustis, vel casu aliquo amissis diffugere, eosque si forte in via offendant, præterire, quasi ne viderint, vel noctem quidem. Vere Petronius:

Nomen amicitiæ, si quatenus expedit, hæret,
Calculus in tabula mobile ducit opus.
Quum fortuna manet, vultum servatis amici:
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Eandem cum Timone nostro sortem expertus Naso, qui sic de sepito:

En ego non paucis quondam mansurus amicis:
Dum flavit velis aura secunda meis:
Ut fera terribili tumuerunt æquora vento,
In medios lacera puppe relinquor aquis. Barl.

4 Στήλῃ παλαιᾷ τινὶ] Proverb. Idem de Merced. Cond. & alibi. *Bourdelotius* Suidas στήλῃ esse dicit lapidem aut æs in altum evectum figura quadrata: apud quem diversorum illustrium virorum ac fœminarum statuæ commemorantur. Cippum intelligit Lucianus, cum στήλῃ vocat παλαιᾷ τινὶ, quod proverbii speciem habet. Erectas regum Principumve recentes adhuc statuas cum admiratione intuemur, & honore afficimus: collapsas verò & prætusta re dejectas ne adspicere quidem dignamur, sed neglectas contemptasque prætermimus. Quod & Ovidius alia similitudine declarat, cum de fictis amicis inquit:

Adspicit ut veniant ad candida tecta columbæ:
Accipiat nullas sordida turris aves. Barl.

5 Ὑπτίᾳ] Vocat resupinam, id est, retrorsum vergentem statuam, & quasi in posteriora versam. ὑπτίῳ & πρηνεῖ inter se opponuntur, ut supinus & pronus apud

παπταίνομεν ὑπερόχου), μηδὲ ἀναγνῶσι, [1] οἱ δὲ, καὶ πόρρωθεν ἰδόντες, [2] ἑτέραν ἐποιοῦντο), [3] δυσώνυμον, καὶ δαιμόνιον θέαμα ὄψιαι τοὺς λαμβάνοντες, ἢ εἰ ὡς πολλὰ [4] αὐτῶν, ἐξ διεφθάρτων αὐτῶν χαίροντας. [5] ὥστε τοὺς ἐκ πολλῶν [6] ἐπὶ τοιούτους τοὺς ἐσχάτους πραγ-

gitudine collapsum prætereunt, quasi ne norint quidem. Porrò alii procul conspecto me, aliò sese detorquent existimantes sese inauspicatum, abominandumque visuros spectaculum, quem non ita pridem servatorem, & de se bene meritum prædicabant. Itaque prementibus malis ad extrema

apud Latinos, quod utrumque è Græco factum. In ejusmodi homines quadrat, quod de Dionysio olim dicebat Diogenes: nam interrogatus, quomodo amicis suis uteretur Dionysius? *ut vasculis*, ait, *dum plena sunt, evacuat: vacua rejicit.* Multi Solem orientem, ut proverbio dicitur, adorant: occidentem pauci, quod in ore habebat Pompejus, cum Cinnæ minaretur exitium, ut scribit Plutarchus. *Barl.*

1 Οἱ δὲ, καὶ πόρρωθεν ἰδόντες] Alius character simulatæ amicitiæ. *Idem.*

2 Ἑτέραν ἐποιοῦντο] Scil. ὁδόν. Theognis merito damnat eos, qui μίχθε παρασπορείας, id est, salute tenus sunt amici, quid dicturus de his, qui congressu, imo ne adspectu quidem bene de se meritum dignantur? De talibus item Iustus queritur apud Aristophanem in Pluto: Κἀγὼ μὲν ἤμην, ὡς τίνας διεγιγνώσκομεν δικαίους, ἕξειν φίλους ὄντως βεβαίους, οἱ δ' ἐμοὶ δοκοῦν ποτέ. οἱ δ' ἐξεπίτουτο κἀπεδίδρασκον ἐμὲ μ' ἔτι. id est, *Ego quidem spem firmam conceperam eos, quos mihi demeruissem beneficiis, siquando mala sors ferret, ut indigerem ipse, mihi amicos fore certissimos. At illi ficubi occurrebant in via, protinus in aliam deflectebant, nec videbantur videre me.* i. e. fingebant se me non videre: vel oculis alio conversis transmittebant me, paulum via decedentes. *Idem.*

3 Δυσώνυμον θέαμα] Festive. nam paupertas vulgo probrosa ducitur, & res inauspicata turpisque, præsertim avaris, cujusmodi fuit Staberius ille apud Horat. Satyr. lib. 3. qui, *quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium.* Verè Euripides in Medea. Πέφυκε φεύγει πᾶς τις ἐπιπόδων φίλων, id est, *Fugit omnis amicus longè amicum pauperem.* Chrysostomus in epist. ad Hebræos postquam magnifice paupertatem dilaudasset, mox subdit: πάσχα πολὺς ἐστὶ γέλως ἀπὸ τοιούτων. τοσοῦτον γὰρ τὸ χρημάτων ἀτυχεῖν. Significat difertissimus pater, vulgus imperitum sermones de re quam detestabatur, cujusmodi est paupertas, malis ominis loco habuisse. *Δυσώνυμον* vocat, cui occurrere malum sit ac periculosum, qualia erant apud Veteres, *aper, canis, anguis per impluvium decidens, parra, vel fera mala, atsuopa in tenebris obviam factus*, & similia. Hoc si consigisset, precibus & cæremoniis sive sacrificiis quibusdam superstitiosi homines expiabant, ut ea ratione malum, quod portendebant ejusmodi monstra, ab ipsis averteretur. Unde *Ἀποτρόπαια δείματα* sunt visiones truculentæ & aversandæ: & Dii *Ἀποτρόπαιοι* dicebantur, qui diras & mala ejusmodi ab hominibus amoliri credebantur: Latinis *Averruncі*, Persio *depellentes.* *Diis depellentibus agnam percute.* Satyr. 5. *Idem.*

4 Σωτῆρας ἐξ διεφθάρτων] Voces quæ jungi solitæ, de quibus ad Heliod. lib. 2. *Bourd.*

5 Ὥστε τοὺς ἐκ πολλῶν κακῶν] Sequitur conclusio superioris querelæ. Cum enim nimia sua benignitate, & eorum quos sibi amicos putabat, turpi defertione ad egestatem redactus esset Timon, fodiendæ terræ operam suam addicit, idque exigua mercede, ut habeat, unde vitam toleret. *Barl.*

6 Ἐπὶ τοιούτους τοὺς ἐσχάτους πραγμάτων] Hoc loco notanda est insignis maxi-

πώμῳ, [1] διαψάμῳ διφθέρᾳ, [2] ἐργάζομαι τὴν γῆν, ὑπόμισθος ἑβδελῶν πεντάρων, τῇ ἐρημίᾳ, καὶ τῇ διαίτῃ αὐτοσοφιστῶν ἐπαινῶν. [3] τοῦτο γὰρ μοι δοκῶ κερδανεῖν, μικρὰ ὄψιας ποιοῦς, ἀλλὰ τὴν ἀξίαν ἀεὶ πράττοντας. [4] ἀνιαρότερον γὰρ τοῦτό γε. [5] ἤδη ποτὲ ἂν ὦ

ma redactus consilia, rhenone indutus, terram exerceo quatuor conductus obolis, & cum solitudine, & ligone hîc philosophor. Hoc interim lucri mihi videor facturus, quod non amplius intuebor plerosque præter meritum fœlices: illud enim est perquam molestum. Iam igitur tandem aliquan-

mi viri hallucinatio, Erasmi dico, qui τὴν ἐσχάτην pro ultima desperatione sumpsit, & hoc modo vertit. At nihil aliud est ἐσχατιὰ, quam prædium rusticum longe ab urbe situm, forte in finibus Atticæ. Ideo verendum erat, *ad hoc ultimum rus redactus*. Deus bone, quis ab erroribus homo se vendicabit, quando tantus vir reliquit etiam errores humanitatis suæ indicia. *Palm.* Latè patet hoc vocabulum. hic ἐσχάτως ἀφορμὴν accipitur pro *extrema necessitate*, ut etiam apud Aristot. lib. 7. Polit. cap. 10. *Barl.*

1 Διαψάμῳ διφθέρᾳ] Sic apud Aristoph. in Pace: διφθέραν ἐνημμένον, ubi Scholiast. διαδύσομαι, ab διάδυσις, induor. Erat diphthera, velamen villosum humeros pectusque integens. ἀγραυλίδα vocat Aristophanes. Vnde apud Varronem *arnacis* ἀπὸ τῆς ἀρνὸς, ab agninis pellibus, pro quo corrupte apud Nonium legitur *parnacis*. μηλωτὴν vel αἰγείαν διφθέρα interpretatur Apostolus ad Hebr. cap. 11. De Iohanne Baptista memoratur Matth. 3. quod pro molli vestimento exuvias cameli gestarit. Cum ratione insaniunt, qui vestem fuisse putant, quam vulgo *cameloticam* appellamus. *Idem.*

2 Ἐργάζομαι τὴν γῆν] Hesiodus quoque γλαύκιλλα ἐργάζεσθαι, de mari dixit. verbum generale est, ut & nomen ἔργον. hinc ἐργατίναι pro agricolis, qui & ἐργατῆρες. Et χειμὼν δύσεργος, id est, hyems operibus rusticis minus apta, apud Bionem in Bucolicis. Festive inquit τῇ ἐρημίᾳ & τῇ διαίτῃ αὐτοσοφιστεύειν. sic & Cleanthes cum ligone & situla generosè philosophatus est, qui ut vitam toleraret, non modo terram fodiebat, ut Timon noster, sed & noctu aquam hauriebat. Vnde pro Cleanthe φρεάντλας dictus, quasi puteos hauriens. Docere etiam voluit Timon, rerum contemplationi convenientem esse eremum, & laboriosam paupertatem ignavæ præferendam opulentiæ. *Idem.*

3 Τοῦτο γὰρ μοι δοκῶ κερδανεῖν] Etsi durum sit, terram fodere, tamen ex agricultura id commodi se percepturum ait Timon, ne posthac ruri degens intueri cogatur lætos improborum successibus. Cordolium quippe est viris bonis videre nefarios homines præter virtutis meritum summis in urbe honoribus potiri, & opibus affluere, cum ex præscripto justitiæ bonis bene: malis male esse oporteat. Hinc Chremylus jure dolet apud Aristophanem in Pluto: ἐγὼ, inquit, δικαίως & δικαίᾳ καὶ ὁσίως ἐπορίσθην, & τίνος ἕνεκα; ἵνα ἡμεῖς μὲν ἀεὶ πένητες ὦμεν βουλοίμεθα, ῥᾳθυμοῦντες & συκοφαντοῦντες & πονηροὶ, id est, *Ego cum vir essem pius & justus, in egestate & summa penuria versabar. At alii ditescebant nequam homines, sacrilegi, sycophanta, improbi.* Idem.

4 Ἀνιαρότερον] Scil. ἢ φέρειν, vel συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ὑπερδεινοῦ positum, quod Græcis non est insolens. Perperam, *perquam molestum est.* Erasmus, *hoc vel maximè urit*, Latini sermonis elegantiam secutus. Et profectò justus est ille dolor, & ab invidia plurimum distat, cum ægre ferimus felicitèr agere eos, qui id non merentur. νέμεσιν vocant Græci, *indignationem* Latini. Vnde Tullius ad Cælium. *Sed plane gaudeo, quoniam τὸ νεμεσᾶν interest τῷ φθονεῖν.* Nam indignatio fertur in indignum: invidia in æqualem aut similem. *Idem.*

5 Ἤδη ποτὲ ἔν ὦ Κρήτη, & Ῥέας ὑφ'] Sequitur exhortatio, qua Iovem exsti-

mu-

Κρόνε, καὶ Ῥέα θύ, τὸ βαθὺν τοῦτον ὕπνον διαπαυσάμενοι καὶ [1] νηδύμου, ἐπεὶ τὸ Ἐπιμενίδου δὴ κεκοίμησαι, καὶ ἀναβριμήσας [2] τὸ κεραυνόν, ἢ οὐκ ἂν [3] Οἴτης [4] ἐναυσάμενος, μεγαλήλου πομπῆς τῷ φλόγα, ἐπιδείξαις τοῖς [5] χολὴν ἀνθρώποις, εἰ [6] νεανικῶς Διὸς, εἰ μὴ ἀληθῆ ἐστι τὰ [7] ὑπὸ Κρητῶν σοῦ, καὶ τὸ [8] σῆς ταφῆς μυθολογούμενα. Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνό γε ἀπολογήσεται, ὅτι ἐν ἀνθρώπου σχήματι ἐπεδήμησεν, οὐ θεὸς ὤν· καὶ ἐπὶ τοῦτο ἐκεῖνος ἐπιτήδειος ἦν ἀπατᾶν τοὺς ἀνθρώπους, ὁ τὴν Εὐρώπην ἁρπάσας καὶ τὴν Λήδαν ἐμβατεύσας καὶ τὴν Δανάην χρυσὸς γενόμενος καταδύσας.

quando, Saturni & Rheæ proles, excusso profundo isto, gravique somno (longiorem enim quam [2] Epimenides dormivisti) denuo vibrato fulmine, aut ex Oeta redaccenso, ingenti exeitata flamma, iram aliquam strenui illius ac juvenilis Iovis ostende, nisi vera sint ea quæ de te tuaque sepultura Cretenses mulæ, ut excusso tandem profundo illo gravique somno expergiscatur, iramque aliquam prodat strenui illius Iovis ac juvenilis. Iocatur, dum Saturni Rheæque filium appellat: nam plures fuere Ioves. Cicero tres enumerat, trecentos Varro, sed ut Tertullianus testatur, huic uni Cretensi, ut maxime famigerato, reliquorum omnium facinora transcribuntur. *Bart.*

1 Νήδυμον] Totus Homericus hic dialogus, in eo tamen Aristophanis multum inest. *Bourd.*

2 *Epimenides*] Historia de Epimenide Cretensi Theologo extat in noctibus Gellian. apud Laërt. *Cogn.* Proverbio dicitur de iis, qui diutino in otio versantur. De Epimenide Cretensi Theologo, cujus & Apostolus meminit ad Titum 1. extat historia in Noct. Gellianis, & apud Diogenem Laërtium, qui eum 47. annos obdormiisse dicit. Plinius lib. 7. cap. 52. annos ponit 57. *Magna*, inquit, *fabulositate accipio de Gaesio Epimenide: puerum ejus & itinere fessum in specu septem & quinquaginta dormisse annis: rerum faciem mutationemque mirantem, velut postero experrectum die.* Non minus ferialia memorantur hodie de septem fratribus Christianis, qui sub Decii Imperatoris persecutione in antrum delati centum & triginta annos dormiisse perhibentur, quorum nomina legere est in floribus Sanctorum, vel aureis, ut vulgo appellant, Legendis. Sed cum recentioris ea sint ævi, & χθὲς ἢ πρώην πεποίηται, fucum produnt fabulæ confictæ. *Bart.*

3 Τὸν καρανὸν ἀναῤῥίψαι.] Usurpatur hoc verbum de igne, quum eum languescentem & prope extinctum redardescere facimus & flatu excusitamus, à ῥιπὴ, quo denotatur *flabellum*. In vibrandi significatione hic accipi videtur τοῦ ἐ ῥιπῆς. i. e. ab impetu ejus, quod projicitur. *Idem.*

4 Οἴτης] Thessaliæ mons præaltus, in quo, ut Servius ait, stellæ videntur occidere, quemadmodum de Ida nasci. Hujus autem meminit, quod Athenienses ob altitudinem maximè esset conspicuus, & proxime Achaiam à septentrione terminaret. *Idem.*

5 Ἐναυσάμενος] Pro ἀναύσας in media voce, ut supra, ab αὔω, sicco, quod etiam Hesychio exponitur accendo, ἀνάπτω, sed tunc spiritu aspero potius notandum, quem πνεῦμα δασὺ Atticis proprium esse docent antiqui magistri. *Idem.*

6 Χολὴ πᾶσι] Χολὴ bilis, quæ cum effervescit, ad iram incitat: si modum excedit, ad insaniam redigit, hinc pro ira, & τὸ χολᾶν, ἀντὶ τοῦ θυμοῦσθαι apud communis linguæ scriptores: ἀντὶ τοῦ μαίνεσθαι apud Atticos accipitur. *Idem.*

7 Νεανικῶς] Iuvenum quippe affectus sunt vehementiores. hinc τὸ νεανικὸν apud Græcos sumitur pro eo quod est *magnum*, *vehemens* & *concitatum*. Sic νεανικὴν ὀδυνίαν dixit Aristot. Eth. 7. ingentem cupiditatem: & λοιμὸν δὲ νεανικὸν Athenæus pro ulla magna, non nova, ut venit Dalecampius: Medici item νεανικοὺς ὄφους vocant meatus insignes. *Idem.*

8 Ὑπὸ Κρητῶν] Callimach. οὐκ Δία, & tangit illud alibi Lucianus. *Bourd.*

9 Σῆς ταφῆς] Eo lovem non Deum immortalem, sed hominem esse innuit

γάμβρα. ¹ Ζ. ² τίς δ᾽ τός ἐστι ὦ Ἑρμῆ, ὁ κικραγὼς σὺ τῇ Ἀττικῇ ὄζα τ Ὑμηττίου ³ ἐν τῇ ὑπωρείᾳ; ⁴ πιναρὸς ὅλος, καὶ αὐχμῶν, ⁵ ὑποδιφθέρας. σκαπτικὸς ἢ οἰμαι ⁶ ἐπικεκυφὼς. λαλὸς ἀνθρωπος, καὶ θρασύς. ⁶ ἦπου φιλόσοφος ἐστι. δῆλον ἂν ὅτως ἀπόρρητα τοὺς λόγους διεξῇ καθ᾽ ἡμῶν. ⁷ Ε. πῶς φῂς ὦ πάτερ; ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ἐχεκρατίδου

tenses fabulantur. *Imp.* Quis hic est Mercuri, qui sic ex Attica in montis Hymetti radicibus vociferatus est? horridus totus ac squalidus, & rhenone amictus? fodit autem, ut arbitror, in terram pronus, homo loquax & confidens, nimirum est philosophus, neque enim adeò impia adversus nos erat dicturus. *Merc.* Quid ais ô pater non nosti Timonem filium Eche-

cujus non tantum natale solum, sed & sepulchrum à Cretensibus ostenditur. Sic idem Lucianus in sacrificiis. οἱ δ᾽ αὖ Κρῆτες ἐν γοῦν παρ᾽ αὐτοῖς, ἐπὶ παρόλιον μόνον τὸν Διὰ λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτῷ δεικνύουσιν. Hoc ipsum quoque confirmat Epiphanius in suo Ancorato, qui scriptum reliquit suis adhuc temporibus in Iasio monte Cretæ sepulcrum Iovis monstrari solitum. Quod tamen, ut figmentum rejicere videtur Callimachus in hymno, ubi inquit: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. καὶ γὰρ τάφον ὦ ἄνακτος Κρῆτες ἐτεκτήναντο. σὺ δ᾽ οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί. At vero constat ex aliis Iovem hunc ex hominibus assumptum, utque reliquos Gentium Deos vita defunctum. De naturalibus Diis, ut Sole, Luna & similibus diversa ratio est. Nam, ut Plutarchus & Varro testantur: nullus fere Deorum invenitur, qui non idem fuerit homo, & diem suum obierit: apud Augustinum lib. 6. de civit. Dei, & lib. 8. ejusdem operis cap. 26. Post obitum tamen Iovis, tanta fuit ejus nominis apud omnes nationes celebritas & reverentia, ut nemo postea vocatus sit Iupiter: aut siqui vocati fuerunt, ejus rerum gestarum memoria obruti, obscuri minimeque illustres extiterint. *Barl.*

1 Z.] Tandem experrectus quasi e somno Iupiter Mercurium scisciatur, quis ille sit, quem audierat vociferantem & fodientem eminus. *Idem.*

2 Τίς ἐστιν ὁ κικραγὼς] Periphrasi Atticâ, *quis vociferatur*, vel *vociferatus est*. Idem.

3 Ἐν τῇ ὑπωρείᾳ] Loci descriptio. sic dicitur ἡ ὑπὸ τὸ ὄρος πεδιάς, i. e. pes vel radix montis. Hymettus Atticæ mons est ob mellis præstantissimi copiam celebratus, quod ab eo *Hymettium* vocatur. Ex quo & marmora pulcherrima olim fodiebantur teste Plinio. Vnde *trabes Hymettiæ* apud Horatium pro marmoreis. *Idem.*

4 Πιναρὸς] Hesychio ῥυπαρὸς, id est, sordidus. πίνος ὁ ῥύπος, pro sordibus. *Idem.*

5 Ἐπικεκυφὼς] Id est, *inclinatus, in terram pronus.* ὁ ὀπισθολισθήσας ἐς ἐσομαρίσθος τὸν ἴγγυα, habitum fodientis, & ligoni incumbentis exprimit. hinc Virgilio, *curvus arator.* Idem.

6 Ἦπου φιλόσοφος] Nam id genus hominum quavis oblata occasione insectatur Lucianus. Garrulitatem ipsis exprobrat, quod impia multa atque nefaria in Deos deblaterarent, ex quorum genere & hunc Timonem esse non illepide conjectat Iupiter. *Idem.*

7 Ε. πῶς φῂς ὦ πάτερ; ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ἐχεκρατίδου] Iovis interrogationi respondet Mercurius, & Timonem à genere & patria describit, singularemque ejus erga Deos cultum & observantiam commendat. Primo Iovem insicitiæ arguit, quod Timonem non nosset virum tantopere celebrem, & optime de Diis meritum. πῶς; non tam interrogatio est, quam admiratio. ὦ πάτερ. Sic dictus est Iupiter, vel quod pater fuerit Mercurii, vel quod creator & genitor sit omnium, rebusque omnibus ut pater provideat, vel θαυμαστικῶς usurpatur, ut apud Theocri-

τάδε, τ' κολυττίου; Δυτός ἐστιν ὁ πολλάκις ἡμᾶς [1] κατ' ἱερῶν τελείων ἐστιάσας, ὁ [2] πάνπλουτος, [3] ὁ τὰς ὁλοκαυτώσεις, παρ' ᾧ λαμπρῶς εἰώθαμεν [4] ἑορτάζειν τὰ διάσια. [5] Ζ. φεῦ τ' ἀλλαγῆς. [6] ὁ καλὸς ἐκεῖνος; ὁ πλούσιος, εἰπὲ δὴ εἰ τοιοῦτος

Echecratidis Colyttenſem? Hic eſt qui nos plerumque ſacro convivio excepit ex hoſtiis eximiis parato, ille repente ditatus, illo qui totas hecatombas, apud quem ſplendidè Iovialia feſta conſuevimus agitare. *Iup.* Eheu, quænam iſta rerum commutatio! hicine eſt honeſtus ille, dives, circum quem tam frequentes erant ami-

eritum. *ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ!* Colyttenſem vocat à pago. Heſychius: *κολυττὸς ὄνομα δήμου*, quid autem ſit *δῆμος*, infra plutibus dicetur. *Barl.*

1 *Κατ' ἱερῶν τελ.*] Livio dicuntur *majores hoſtiæ* vel *meliores. Decrevit ſenatus*, inquit, *ut conſules majoribus hoſtiis rem divinam facerent*, hoc eſt, *ἱερεῖσι τελείοις*, ut interpretatur Budæus. Nam *τέλειον* ſignificat id quod perfectum, amplum & eximium eſt, *τὸ ὁλόκληρον καὶ μὴ λελωβημένον*, quales etiam hoſtias in veteri Teſtam. requirebat Deus. Exod. 12. & alibi תמים Hebræis. *Idem.*

2 *Πάνπλουτος*] Notatur hac voce prodigum Timonis ingenium & improba bonorum diſſipatio. *Magni enim refert*, inquit Ariſtoteles Rhet. 2. *in moribus formandis, divitia veteres, an nova ſint, quod inſolentiores eſſe ſoleant, qui nuper ditati ſunt, quam qui divites antiquo cenſu & relicto patrimonio.* Idem.

3 *Ὁ τὰς ὅλας ἑκατ.*] Suppl. *θύσας*. Victimarum magnitudo & excellentia indicatur, cum ſolidas hecatombas obtuliſſe dicitur Timon, quod regum & opulentiorum erat. Vt enim pauperes molam, popana & pelanos offerebant Diis ſuis: ita divites in perfectum ſacrificium hecatombas, quod Ariſtophani eſt *βυσταῖον*, in divite Comœdia. Hoc ſacrificium etſi aliarum quoque eſſet pecudum, tamen à potiori denominationem accepit. quemadmodum & apud Romanos *ἑκατόμβαι θυσία* è tribus conſtabat, ex ſue, ove & tauro, quam fictâ voce *ſolitaurilia* appellabant (non *ſuovitaurilia*, ut legitur apud Livium,) quod omnes hi ſolidi integrique eſſent corporis, ut refert Feſtus. *Idem.*

4 *Ἑορτάζειν τὰ Διάσια*] *Ἀθήνησιν ἑορτὴ Μειλιχίου Διὸς, μανὸς Ἀθηναίων φθίνοντος. Ἀπολλοδώρου δὲ ὁ Ἀναρρύσεως τὰ Διάσια, ὅτι τῷ Μειλιχίῳ Διὸς ἑορτῶν αἱ νύκτες ἦσαν.* Vide hac de re Scholiaſt. Ariſtoph. ad Nub. Sic *ἑορτάζειν τὰ ὀπτήσιμα.* ut apud Long. *ποιμεν.* lib. 2. & Lucianus alibi quod aliis notatum. *Bourd.* Feſtum fuit antiquiſſimum, quod Athenienſes in honorem Iovis Meilichii celebrabant, *ἀπὸ τοῦ διὸς*, & *δεῖσαι*, à Iove & moleſtia ſive detrimento ſic dictum, quod illud vultu mœrorem teſtante agitarent, ut teſtatur Heſychius. Occaſionem forte difficilia Reip. tempora dederunt: idem & *πάνδια*, & *διάλυσα* vocatur, de quo Ariſtoph. interpres; itemque Suidas & alii. *Barl.*

5 *Ζ. φεῦ τ' ἀλλαγῆς*] Iupiter reſponſione Mercurii velut attonitus, miratur ſubitam hominis mutationem, cauſſamque exquirit tantæ calamitatis. Oratione utitur affectuum plena. *φεῦ*. vox hæc indignationem quandam habet cum admiratione. *Idem.*

6 *Ὁ καλὸς ἐκεῖνος*] Eleganter & conciſe dictum, pro *οὗτός ἐστιν ὁ καλὸς ἐκεῖνος; Hiccine eſt honeſtus ille?* Minus recte Lojolita quidam vertit: *Is pulcher ille dives.* Diſtinguitur enim *πλούσιος* à *καλὸς*, perque interrogationem efferitur. Deinde *καλὸς*, quæ prima ejus ſignificatio eſt, non *pulchrum* hic, ſed *honeſtum* denotat, *τὸ σπουδαῖον*, ut *honeſtum* contra pro *pulchro* uſurpatur apud Latinos. Sic *Virgo honeſta ſatis pro formoſa.* Idem.

τοι φίλοις; [1] τί παθὼν ὁ τοιοῦτός ἐστι; αὐχμηρὸς, ἄθλιος, ἐσκαπανδύς, κἀμισθωτὸς, ὡς ἔοικεν ὄντα βαρῦναι [2] κατοφέρων τῷ δίκελλαν. [3] Ἐρ. [4] ὑποπτεύω μὲν ἔγωγε, χρηστὸς ἐπιτρέψειν αὐτὸν, καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ ὁ τοὺς τοιούτους ἐλεήσας. ἀπαιδεύτως οἶμαι. ὡς δὲ ἀληθῆ λόγῳ, ἄνοια, καὶ ἀκρισία περὶ τοὺς φίλους. ὃς νῦν [5] κόρακι, καὶ λύκοις χαριζόμενος. ἀλλ' ὑπὸ γυπῶν τοσούτων ὁ κακοδαίμων κειρόμενος τὸ ἧπαρ, φίλους εἶναι αὐτοὺς, καὶ ἑταίρους ᾠήθη ποτὲ δεῖσθαι τοὺς αὐτόν, χαίρειν ἐᾷ τὴν

amici? Quid illi accidit ut hoc fit habitu, ſqualidus, ærumnoſus, foſſor conductitius, ut conjicio, cùm tam gravem ligonem gerat. *Merc.* Illum, ut ita dicam, probitas evertit, & humanitas, atque in omnes egenos miſericordia. vel revera vecordia potius, facilitas, nulluſque in ſuſcipiendis amicis delectus, quippe qui neutiquam intellexerit ſeſe corvis, lupiſque largiri. Quin magis cum à vulturibus tam multis miſero jecur eroderetur, ob id amicos & ſodales judicabat, quaſi epulis gauderent, quòd erga ſeſe be-

1 Τί παθών] Atticum dicendi genus, pro ſimplici τί; Sic & τί μαθών; apud Ariſtoph. in Lyſiſtrata. τί μαθὼν κτυπήσεις; ubi tamen alii legere malunt, τί παθών; Vtrumque recte dici monet Caſaubonus in ſuis obſervat. ad Athenæum. *Barl.*

2 Κατοφέρων] Hic pro, *gerere* accipiunt interpretes. malim tamen ſtudium exprimi fodientis & ligonem profundius ſolo inferentis. Sic infra Mercurius de eodem: σκάπτε, inquit, βαθείας κατοφέρων ſcil. τῷ δικέλλᾳ, i. e. alte ligonem dimittens vel adigens in terram. Laborantem enim viderat Timonem & gnaviter fodientem Iupiter. *Idem.*

3 Ἐρ.] Reſpondet iterum Iovi Mercurius, & profuſam Timonis largitionem, quam ſine delectu erga quoſvis exercuit, egeſtatis cauſſam eſſe dicit. *Idem.*

4 Ὑποπτεύω εἰπεῖν] Singularis infinitivi conſtructio. Aliquando ſine infinito, ὡς ἀληθεῖ λόγῳ, *ut vere dicam*, quod ſtatim ſequitur. *Idem.*

5 Εὐήθεια] Sic dicitur morum ſimplicitas, & εὐήθεις appellant Græci homines morum ſimplicitate prædituos, qui cum incauti eſſe ſolent, & facile decipi, hinc factum, ut vecordes & fatuos hoc nomine ſignificent. Galen. in Comm. ad Hippocrat. prognoſt. Εὐήθεις ἀνθρώπους λέγουσι μὲν οἱ κακοήθεις ἐπ' ὀνείδει τινί, κακίαν ὁ πᾶς Καλλίας. λέγουσι δ' οἱ ἐπαινοῦντες ἔνιοτε τὸ ἦθος. ἀλλὰ τῷ μὲν πρώτῳ παμπόλλοι χρῶνται ἐπὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι τῷ δ' ἑτέρῳ σπανιώτερον. hinc & Lucianus εὐήθειαν & ἀνοιαν conjunxit hoc loco. ὡς συνιεὶς χαριζόμενος. Græca ſtructura, pro χαριζόμενος, *non intellexit ſe largiri.* Docemur hic, in ſumptibus faciendis modum eſſe ſervandum, nec ſemper, cuivis, ubivis & quavis de cauſſa dandum. Prudenter Cicero: *Non ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit, nec ita reſeranda, ut pateat omnibus.* Nam ut præclare dixit Ennius: *Benefacta male locata, malefacta arbitror.* Quare veri amici à gnathonicis diligenter diſcernendi, ut nos docet Plutarchus in libello ſuo eruditiſſimo: πῶς ἂν τις διακρίνοι τὸν κόλακα τοῦ φίλου. Idem.

6 Κόρακι & λύκοις] Idem paſſim dial. Mort. Sic vocat παρασίτους καὶ κόλακας. dictum antea ex Demoſthone ad paginam 20. *Bourd.* Per corvos, lupos & vultures intelligit homines ſubdolos & rapaces, qui alienis opibus conſumendis tantum intenti ſunt; adulatores, qui miſerum hunc Timonem vivum videntemque, ut cum Terentio loquar, exederunt. Lucianus *vulturum* nomine etiam appellat teſtamentorum captatores. De quibus & Seneca in epiſt. 96. *Amicus ægro aſſidet, probamus: at hoc ſi hæreditatis cauſſa facit, vultur eſt, cadaver ex-*

βορᾷ. [1] οἱ δὲ, τὸ ὀστοῦ γυμνώσαντες ἀκριβῶς, ἐξεστεμφύτες, εἴ τις ἦν μυελὸς σύῳ, σαμυζήσαντες καὶ τοῦτον δὲ μόλα ἐπιμελῶς, ᾤχοντο, αὖθις αὐτὸν, καὶ τὰς ῥίζας ὑποτετμημένον ἀπολιπόντες, ὑδὲ γευσάμενοι ἔτι, ὑδὲ ἀποβλέψαντες. [2] πόθεν γὰρ, ἢ ἐπιμιμοῦνται, ἢ ἐπιδώσουσι τὸ μέρος. [3] διὰ ταῦτα δυσμοίρως, καὶ [4] διφθερίας ὡς ὁρᾷς, ἀπολεῖται ὑπ' αἰκίας [5] τὸ ἄγος, μισθῷ γεωργῶν, [6] μελαγχλαῖνα

benevolentia afficerentur. Ille verò postquam ossa penitus nudassent, circumrosisientque, deinde siqua inerat medulla, hanc quoque admodum diligenter exuxissent, abierunt, exuccum, & radicitus succisum deserentes, adeò ut non amplius agnoscant, aut aspiciant, tantum abest ut sint qui vicissim illi opitulentur, & impertiant. Has ob res fossor, & sago, ut vides, opertus pelliceo, urbem præ pudore fugiens mercede agricolam agit, adversus ingra-

exspectat. Cum verò à tot vulturibus jecur erosum esse ait Timoni, alludit ad fabulam de Tityo, quem poëtæ fingunt apud inferos humi exporrectum jacere & jecur suum cum luna semper renascens uni vel duobus vulturibus exedendum præbere. de quo Homerus Odyss. λ. quem locum pari majestate sic transtulit Virgil. 6. Æneid. *Nec non & Tityon Terræ omniparentis alumnum Cernere erat: per tota novem cui jugera corpus Porrigitur, rostroque immanis vultur adunco Immortale jecur tondens.* Eleganter item ut poëtæ illi, usus est verbo κείρειν sive tondendi Lucianus ἐξ μετωφορᾶς, pro depasci vel dilaniare: τὸ ἧπαρ ἐκκεῖσθαι dixit in Prometheo. *Bas.*

1 Οἱ δὲ, τὸ ὀστοῦ γυμνώσαντες ἀκριβῶς] Extremam parasitorum ingluviem & Timonis egestatem designat similitudine desumpta ab avide vorantibus, qui non tantum ossa denudant, circumrodunque, sed & succum omnem & medullam penitus exsugunt, quod est, τὸ μυελὸν ἐκμυζᾶν. Deinde & altera comparatione utitur Mercurius ab hortulanis accepta, qui non arborum ramos solum, sed una stirpem incidunt, vel una cum radicibus tollunt, ne sit spes ulla renascendi. quod in tyrannum aptabat olim Alexander Magnus: κινηθῆναι, inquiebat, μεμφόμενον τὸν λάχανα, i. e. *Olisurem odi, qui radicitus herbas convulsas atque ab ima stirpe excidit.* Idem.

2 Πόθεν γὰρ] Concisum dicendi genus, quod cum interrogatione pronunciatum negationis vim habet, q. d. *Unde hoc fieri possit?* vel, *qui hoc credi fas sit?* Sic & Aristoph. in Vespis: πόθεν δ' ἐμοί. ubi commentator, τὸ πόθεν, ἀρνητικόν est positumque pro οὐδαμῶς. Utitur eodem loquendi genere Dionysius Halicarnass. lib. 4. Ἀγέμῳ τῷ ἐγκωμίῳ παρέλαβεν, ὃς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι βασιλεῖς; πόθεν; συνῆγε δὲ λέγων. *Num imperium accepit eo modo quo reges, qui eum antecesserunt? unde? multum abest.* Imitantur etiam Latini. Plinius lib. 4. epist. 14. *Quo nos refugimus, non quia severiores. unde enim? sed quia timidiores sumus.* Hujus formulæ vensustatem & usum non adverentes priscorum auctorum interpretes, plurima in iis loca corrupere, ut ostendit Casaubonus in Athenæum, & post eum Thomas Gatakerus Theologus Anglus in erudita sua dissertatione contra Pfochenium. *Idem.*

3 Διὰ ταῦτα δυσμοίρως] Mercurius αἰτιολογῶν causas enarrat, cur in miserandam hanc sortem inciderit Timon, simulque eorum detestatur ἀχαριστίαν, qui ope illius & opibus adjuti, non vicissim grates rependunt, sed optime de se meritum prætereunt ac contemnunt. *Idem.*

4 Διφθερίας] A veste pellicea quam gerebat. ὑποδιφθέρου paulo ante dixit. In Tragœdiis & Comœdiis etiam antiquis διφθέραι vocantur ab hac pelle senes, qui in rustico opere morantur. *Idem.*

5 Τὸ ἄγος] Athenæus intelligit ἀντιφραστικῶς, ut volunt, unde ἀγοὶ & ἀγιναὶ

τοῖς κηκοῖς. ὅπ οἱ πλουτοῦντες πως αὐτῶ, μᾶλλ ὑπερφυῶς παρέρχονται, ὧδὶ τὸν μισοπονηρὸν Τίμωνα κηλοῖτο ἐιδότες. [1] Ζ. καὶ μὴν ὑπεργπῖ ἀνὴρ, ὧδὶ ἀμελητῶ. εἰκότως γὰρ ἡλιάκτῃ δυσχῶν. ἐπὶ καὶ ἔμοιγε ποιήσομεν [2] τοῖς κατακεκοτοις κηλαξιν ἐκείνοις, ἱπέλησμοι ἀνδρὸς, τοιούτου [3] τεύχοντα, καὶ αἰγῶν πότητα [4] καύσοντ ἡμῖν ἐπὶ τῶ βωμῶν. ἔπ γὰν [5] ἐν ταῖς ῥισὶ τῶν κνίσ-

gratos aera bile ſtomachatur, qui quidem ſua benignitate ditati, nunc admodum faſtuoſe præte-reant, ac ne nomen quidem an Timon vocetur, noverint. *Imp.* At verò vir neutiquam faſtidien-dus & negligendus, qui jure opti-mo indignatur, quòd his agat in malis: ſiquidem & execrandos il-los adulatores ſumus imitaturi, ſi ejus viri obliviſcamur, qui tot pinguiſſimos tauros & capras no-bis in aris adolevit: quorum nidor mihi etiam num in naribus re-

cives, peculiariter Athenienſes. Alii tamen ſyncedochen hic ſtatuere malunt, ſiquidem Athenæ in duas olim diviſæ erant partes; *urbem* quæ dicta ἄςυ, & *portum*, qui πειραιεὺς vocatus: eas autem uno complectebatur ambitu, ita ut plebei & democratiæ fautores in regione Pyræei agerent, elegantiores nobilioreſque æſtu incolerent. A potiori igitur parte & ad portus diſcrimen ἄςυ & ἀστυ nomina-bant. *Barl.*

6 Μελαγχολῶν τοῖς κηκοῖς] Interpres vertit: *Adverſus ingratos atra bile ſtoma-chabatur.* Stephanus mavult: *furens ob mala vel malos.* Nam videns Timon eos, qui ipſius beneficio divites facti erant, tam ingratos eſſe, ut ne adſpectu quidem dignarentur, ſumpto ligone & diphthera terram colere inſtituit, inſania quadam ex mœrore illo correptus. Ex nimia enim atræ bilis redundantia, ut ſupra dixi-mus, exoritur ſæpe furor. hinc μελαγχολᾶν, pro inſanire. *Idem.*

1 Ζ. Καὶ μὴν ὑπεργπῖ ἀνὴρ] Sequitur εἰκῶ ſive commiſeratio. Iupi-ter enim Timonis miſertus & indigne ferens iſtorum hominum perfidiam, ejus curam habendam eſſe monet. *Idem.*

2 Τοῖς κατακεκοτοις] Epitheton adulatoribus aptum & fere perpetuum apud Lucianum. κατάκοτοι dicuntur execratione digni, ἐπικατάρατοι. *devoti* La-tinis, ut notat Scaliger ad Catullum. *Idem.*

3 Τεύχοντα τὸ αἰγῶν] Ex Homer. 1. Iliad. quæ repetit multoties. *Bourd.* τεύχοντα] Laudat Timonem à ſua in Deos pietate & liberalitate. Supra, *totas cum hecatombas obtuliſſe dixit.* αἰγῶν πότητα, conſtructio Attica, pro αἶγας ποτήτας. Sic vocantur αἱ διατεθεῖσ ἐ σπυρταὶ, id eſt, *bene habita ſeu ſaginata.* Barl.

4 Καύσοντ ἐ] *Adolere* dicunt Latini, deque victimis uſurpatur quæ igni im-ponuntur, עלה, ut Hebræi loquuntur. Deductum τὸ καίειν ex Heb. קטר, id eſt, cumbuſſit, cujus Niphal in uſu. *Idem.*

5 Ἐν ταῖς ῥισὶ] Salſe Gentilium deridet ſuperſtitionem, qui Deos victima-rum ſuarum fumigatione & nidore affici credebant, ideoque ſacrorum ritibus intereſſe, ut etiam agnoſcit Porphyrius. quod & de vero Deo judicaſſe videntur Hebræorum hoſtes, Deut. cap. 32. verſ. 37. *Vbi Dii eorum*, inquiunt, *qui adipem ſacrificiorum eorum comederunt, libaminiſque vinum biberunt.* quod ex eo forte ortum putant nonnulli, quia altare, *menſa Dei*, & victimæ, *cibus Dei*, in ſacris litte-ris appellantur, Ezechiel. cap. 41. & 44. Item Malach. cap. 1. verſ. 12. Sic & Homericus ille Iupiter ad Æthiopas comeſſatum iviſſe dicitur Iliad. primo, Α'γ-πάσας ἀρνῶν κνίσης, αἰγῶντε τελείων, h. e. *ut conſequatur nidorem ovium ca-pratumque eximiarum*, ut de Apolline ſuo ibidem ait poëta. ad quem locum & ſi-miles reſpexiſſe videtur Lucianus. Cauſſam vero cur id fictum creditumve à vete-

ribus,

σιον αὐτῶν ἔχω. [1] πλὴν ὑπ' ἀσχολίας τε, καὶ θορύβου πολλοῦ τοῦ ἐπιορκούντων, καὶ βιαζομένων, καὶ ἁρπαζόντων, ὑπό τε καὶ φόβου τοῦ δεῦρο τοὺς ἱεροσυλοῦντας, πολλοί γε ὄντες, καὶ [2] δυσφύλακτοι, καὶ οὐδὲ ὑπ' ὀλίγου [3] καταμύσαι ἡμῖν ἐφιέντες, πολλῶν ἤδη χρόνων οὐδ' ἀπέλειψε εἰς τὴν Ἀττικήν. [4] καὶ μάλιστα ἐξ οὗ φιλο-

resident. Tametsi propter negotia, magnamque pejerantium turbam, & eorum qui vi agunt & rapina vivunt, præterea ob formidinem quam mihi pariunt sacrilegi, qui multi sunt, & observatu difficiles, & ne minimum quidem nos connivere sinunt, multo jam tempore Atticam non respexi: ac in primis ex quo philo-

ribus, exponit Spondanus ad Hom. Iliad. ut nimirum docerent, ob Deorum præsentiam non nisi cum verecundia quadam accedendum esse ad sacrificia, & à voluptatibus sibi temperandum. *Barl.*

1 Πλὴν ὑπ' ἀσχολίας τε] Excusationem subdit Iupiter ridiculam prorsus ac jocosam, cur Timonis non meminerit, nempe negociorum & hominum improborum confertam multitudinem. Ita de Iove suo opinabatur infrunita Gentilitas. unde & tantam Deorum ancillantium turbam ipsi in subsidium finxit, quorum consilio & opere uteretur in hoc mundi regimine. Sic Onatus Pythagoricus apud Stobæum in eclog. Phys. Τοὺς δὲ ἄλλους θεοὺς φασὶ ὁ πρῶτον θεὸν ἐγεννηκὼς ἅπας ἔχοντα, ὥσπερ χορίτας φασὶ κορυφαῖον, ἐς στρατηγὸν, i. e. *Reliqui Dii erga primum summumque mente cognoscendum se habent, ut chorus ad coryphæum, & milites ad Ducem.* Et Seneca Stoicus de immatura morte differens, unum quidem Deum agnoscit, sed talem, qui ad regni sui administrationem reliquos genuerit Deos, *ut omnia sub ducibus irent, & à quo numina ipsa, quæ singula adorantur, suspensa sunt.* hinc *Dii Consentes*, & *minorum gentium.* quos velut coadjutores suos, & consiliarios ad hoc universi gubernaculum adhibet Iupiter. Rectius Cicero in lib. de Legib. *Nihil est præstantius Deo: ab eo igitur mundum regi necesse est, nulli igitur est natura obediens, aut subjectus Deus: omnem regit ipse naturam.* Quid autem sit Deus, in consolatione definit: *mens* scil. *soluta quadam & segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens, omnia movens.* Zenoni Stoicorum principi, *mens æterna* dicitur, *& indefessa, perfecta consummataque virtutis.* Idem.

2 Δυσφύλακτοι] Bifariam exponi potest, vel *difficiles observatu*, vel, *vitatu*, ut etiam Hesychius interpretatur. *Idem.*

3 Καταμύσαι] Pro eo non raro invenias καμμῦσαι addito nomine ὀφθαλμὲς. ut Act. Apost. cap. 26. ἐ τοῦ ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. Magis Atticum est, cum absolute ponitur. Quæ sequuntur verba, οὐδ' ἀπέλειψε, &c. pessime versa sunt ab Erasmo, quod ut vidit Pererius, optime locum interpolavit. Est enim negativa oratio, ut patet ex particula οὐδὲ verbo præfixa, quam aut non legisse in suo codice, aut non advertisse videtur magnus ille Batavus. *Idem.*

4 Καὶ μάλιστα ἐξ ἧς φιλοσοφία] Aliam adducit sux ἀζηλίας caussam Iupiter non minus ferialem, diffidia scil. & altercationes Philosophorum, quibus factum, ut exaudire non potuerit clamantium vota & supplicationes. Atque ita occasionem denuò captat auctor Philosophos traducendi. non quod sapientiæ studium damnaret, (philosophum enim se profiteur in Piscatore) sed sophistarum quorundam θρυλλήματα & insulsos errores liberiore calamo perstringit, personamque eorum probitatem in lucem protrahit, ut tandem videri desinerent, quod non essent. Eorum philosophiam non nisi λόγων ἔριδας, seu λογομαχίας esse asserit, ut pote qui non tam solidis rationibus, quam stolidis clamoribus, idque de rebus inanibus, inter se disceptarent. στομύλματα & ἀθυρμάτια appellat Aristophanes in Nebul. De his Seneca: *Fugitivi clamoribus non ad calamos, sed*

σοφίας, [1] καὶ λόγων ἔριδας [2] ἐπιπολάσαντα αὐτοῖς. μακρὰν γὰρ ἀπ' ἀλλήλων, ἢ κεκραγότων, οὐδὲ ἐπακούειν [3] ἐᾷ τὸ δίκαιον, ὥστε ἢ [4] ἐπαθυσμένων χρὴ τὰ ὦτα κηρῷ, ἢ ἐπιτρίβεσθαι ἀπὸ αὐτῶν, [5] ἀρετάς τινα, [6] καὶ ἀσώματα, καὶ λήρους [7] μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυνείροντας. διὰ ταῦτά τοι ἐς τὸν ἀμεληθέντα συνέβη ἀπ' ἐμοῦ, [8] οὐ φαῦλον ὄντα. [9] ἔμοιγε δὲ τὸ πλοῦτον ὁ Ἑρμῆς ἀπαγαγέσθαι, ἄπιθι

losophia, & verborum contentiones, apud iſtos increbuerunt, adeò ut iſtis inter ſe pugnantibus, vociferantibuſque, ne exaudire quidem mortalium vota liceat. Vnde mihi neceſſum eſt, aut auribus obturatis ſedere, aut ab ipſis perdi, qui virtutem quandam, & neſcio quæ incorporea, nugaſque magna voce connectunt. Hinc factum eſt, ut hic quoque à nobis neglectus fuerit, quamvis non ſit deſpicabilis. Quod reliquum eſt Mercuri, aſſumpto Pluto,

ſed ad oblivioſam aures ſemper certant. Harent in verbis, & ætatem totam in adytis terunt, penetralia (vetæ ſcil. philoſophiæ) *nunquam vident.* Barl.

1 Καὶ λόγων ἔριδας] Sic in omnibus dialogis: hæc cum Luciano ſubjecta materies. *Bourd.*

2 Ἐπιπολάσαντα] Nullum verbum æque Luciano frequens. Sic in Cataplo, & de Mercede Conductis, & paſſim. ἐμπολὺ τὸ ἀπὸ τῶν παρεκπεμφθέντων ἀναγόμενον, ἐπιπωλεῖ, καθραίνειν. Interp. Sophocl. ad Aiac. Flag. Heſych. Suid. Poll. *Idem.* Elegans verbum & Luciano familiare. De iis rebus propriè dicitur, quæ in aquarum ſuperficie natant atque fluitant. hic κατ' μεταφορὰν uſurpatur pro *increbeſcere.* quemadmodum & Philo Ἰουδαΐζουσαν ἀσυνέσειαν ſcite dixit, *impietatem exuberantem & invaleſcentem.* Barl.

3 Ἐᾷ] Pro, ἐᾷσι. quod & frequentatum Latinis. vide Budæum in Comment. *Idem.*

4 Ἐπαθυσμένων] Attice pro ἐπαθύσαντα in media voce. Ariſtoph. ἐπαθύσας τὼ τόμω τὼ μυκτέρω dixit in Pluto, id eſt, os obſtruere Rhetorum. Alias pro implere accipitur, ut apud Hom. πίμπλαντο δακρυόεντος βαθυσμῶν i. e. πλημμυρῶν, ut interpretatur Euſtath. *Idem.*

5 Ἀρετάς τινα] Stoicos perſtringit, qui virtutem magna contentione deblaterabant, nec minus quam virtutem ipſam ſectabantur. Porticus enim in virtute ſummum hominis bonum collocabat, ſed in hoc diſſidebat à Peripateticorum ſchola: utrum in *virtutis habitu, an actione* illud maxime emineret, de quo Ariſtotel. lib. 1. ethic. *Idem.*

6 Καὶ ἀσώματα] Hoc imprimis tangit Platonicos qui contra Epicureos non corporea ſolum, ſed & ἀσώματα ſeu incorporea quædam, nempe *mentem* & *Spiritus* ſtatuebant. Neque enim apud ullos de ſpirituum cultu plura reperias, quam apud τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος, quorum opinio erat, *Spiritus procurari certis precationibus*, ut ait Apulejus de Deo Socratis. Hos & eorum ſimiles magno conatu magnas nugas agere dicit, quod eſt λήρους ξυνείρειν ad verb. *nugas connectere*, ex Attico ξυῶ, & εἴρω, τὸ ἄπαξ, necto. *Idem.*

7 Μεγάλῃ τῇ φωνῇ] Sic paſſim inducit Pſeudophiloſophos ſuos μεγάλῃ τῇ φωνῇ κεκραγότας, magna & tragica voce ſibi invicem obſtrepentes. *Bourd.*

8 Οὐ φαῦλον ὄντα] *Cum non ſit contemnendus*, ſed in pretio habendus, ac juvandus. λιτότητα Rhetores vocant. Nomen φαῦλα hic accipitur in generaliori ſignificatione, rebuſque convenit minus bonis, hoc eſt, vilibus ac contemptis. *Barl.*

9 Ὅμως δὲ τὸ πλοῦτον ὦ Ἑρμῆ παρελαύσει] Iupiter Timonis pietate motus Mercurium jubet accerſere Plutum, qui cum Theſauro Timonem adeat, eumque,

ut

ωπερ αὐτὸν κατὰ πόδας. ἀγέτω δὲ πλοῦτος δ' ἅμα καὶ τὴν ἡγεμονίαν μετ' αὐτοῦ, καὶ μηδέτερον ἀμφω ἀπόντε τῆς Τίμωνος, μηδὲ ἀπαλλαττέσθωσαν ἔτω ῥᾳδίως, κἂν ὑπ' ἀλίγοις ὑπὸ χρηστότητος αὐθις ἐνδιαιτᾶσθαι αὐτοὺς τῆς οἰκίας. [1] ἐμοὶ δὲ τῶν κεραυνῶν ἐκείνων, καὶ τῆς ἀπαρεσίας, ἣν ἐπιδείξαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ αὖθις μὴ σκέψομαι, καὶ δίκην δώσουσι, ἐπειδὴ τὰ κεφαλαῖα ἐπικαιόμενα. [2] πρωπαγμένας γὰρ αὐτῶ, καὶ [3] ἀπεσκληκμένας εἰσὶ δύο ἀκμῆτες αἱ μίζονες, ἐπότε φιλοπαγέστερον ἠκόντισα ἐπὶ τὸν σοφιστὴν [4] Ἀναξαγό-

to, celeriter ad hunc eas. Plutus autem unà secum etiam ducat Thesaurum, & ambo apud Timonem perseverent, nec tam facilè demigrent, etiamsi quàm maximè rursum illos præ bonitate domo exigat. Cæterùm de ingratis illis palponibus, & in posterum consultabo, & pœnas dabunt simul atque fulmen præparavero. Nam fracti sunt, & retusa cuspide duo radii ejus maximi, quum nuper acriùs in sophistam Anaxagoram jaculatur,

ut ante, locupletem reddat. Divitias, quæ Græcis πλοῦτος nomine veniunt, & Thesaurum, quod est κατὰ ὄνειρον χρῆμα, veluti Deos repræsentat Lucianus. Plusti genealogiam recenset Hesiodus, eumque inter *Semideos* collocat, ac Cereris latioque natum perhibet. Nec alius ab hoc ὁ Πλούτων, inferorum Deus. Ab inferis enim, hoc est, intimis terræ visceribus eruuntur opes. Quem propterea *Ditem* appellarunt Latini, *ut docet* Cicero lib. 2. de nat. Deorum Boethius:

Hoc quicquid placet excitatque mentes,
Infimis tellus aluit cavernis.

Et hæc ratio est, cur Carrio apud Aristophanem mox *Plutonem* vocet, quem antea *Plutum*. μὴ τοῦτο, inquit, τὸν Πλοῦτον παρακαθίζετο. de Æsculapio loquitur ad Plutum accedente, ubi Scholiastes. ὁ Πλοῦτος γὰρ λέγεται· καὶ εἰκότως ὁ αὐτὸς τῷ Πλούτωνι ὁ Ἅιδης νομίζεται. quod & testimonio probat verborum Sophoclis ex hac fabula, Πλούτωνος δ' ἐπεσόντος: item, ἐμοὶ Πλούτων' ἀμφαφίσας χθόνα. ubi Πλοῦτον idem qui Πλούτωνα, *pro opibus ac divitiis*. Poëtæ tamen, utut hæc duo Numina distinguant, utrique divitiarum tribuunt imperium. *Barl.*

1 Περὶ δὲ τῶν κεραυνῶν ἐκείνων] Sequitur alia Iovis excusatio, fulminis scil. confractio, & radiorum obtusio. *Idem.*

2 Κατεαγμένας εἰσὶ] *Diffracti sunt*, dialysi Attica τὸ α in εα, à κατάγνυμι vel κατεάγνυμι, diffringo, quod est in catalogo τῶν ἀνωμάλων. Fulmini etiam, ut astris, sui tribuuntur radii. Virgilius de Cyclopibus 8. Æneid.

Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ
Addiderant, rutili tres ignis & alitis Austri. Idem.

3 Ἀπεσκληκμέναι] Scilicet quod ad cuspidem attinet. Ἀποσκληκέναι dicitur serrum, cujus cuspis hebetatur atque retunditur. Fulmen enim Iovis, ut telum consideratur, cujus acies retusa est. Nam & gladiis sua sunt στόματα, id est, mucrones sive cuspides, quibus veluti mordent. Hinc ἀμφίστομος, seu δίστομος gladius, ὁ ἀμφοτέρωθεν ὀξὺν ἐκτετμένος, qui acutus est & utrimque scindit. & ξίφος ὀξύστομον apud Euripidem, pro acuti oris gladio: nec non, ἀτόμοις μαχαίραις πεσεῖν dicuntur, qui acie gladii, id est, in bello cadunt, Lucæ cap. 21. vers. 24. quod loquendi genus mere Hebraicum est. *Idem.*

4 Ἀναξαγόραν] Fuit Anaxagoras philosophus Clazomenius insignis, qui Xerxis Persarum regis tempore floruit. Mundi hoc atque Naturæ opificium ab æterna mente architectatrice conditum & ordinatum esse docuit, cujus hic extat ver-

ομεν, ὃς ὅπωϛ τὰϛ ὁμιλητὰϛ [1] μηδὲ ἄλλους εἶναί τινας [2] ἡμᾶϛ τὰϛ θεούϛ. [3] ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν [4] διήμαρτον. [5] ἐπερίσχε γάρ αὐτὸν τῇ χειρὶ Περικλῆϛ, ὁ δὲ κεραυνὸϛ,

rer, qui ſuis familiaribus perſuadebat, nullos eſſe nos qui Dii vocamur. At ab illo aberravi: nam obtenta manu Pericles eum protexit: fulmen verò in Caſtoris

verſus omni memoria dignus: Νοῦς ἐστι διακοσμῶν τὸ πᾶν πάντων αἴτιον. hoc eſt: *Mens æterna eſt, quæ gubernans omnia, omnium eſt cauſſa.* Laert. lib. 2. Quæ laudabilis de Deo uno veritatis profeſſio, ut Socrati, ſic & illi noxia fuit. Nam ea doctrina tantam ſibi invidiam conflavit apud Athenienſes, ut ex ea anſam raperent ipſum ἀσεβείας accuſandi, & talentum promitterent, quiſquis interficeret. Etenim hanc eſſe cauſſam ipſe Iupiter indicat, cum Sophiſtam eum vocat, ideoque in illum ſe fulmen torſiſſe dicat, quod ſuis familiaribus & diſcipulis perſuaderet, nullo pacto eſſe Deos, quos pro talibus haberent Athenienſes. *Barl.*

1 Μηδ' εἶναί τινας] *Neque alicujus pretii eſſe nos.* nam τὶς aliquando ὁρίσωτον denotat ſingulare ad differentiam πᾶς τυχόντων. Sic Iuvenalis:

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquis. ———

vel, *nullos*, inquit, id eſt, nulla divinitate præditos. Ita regius vates idola Gentium vocat הבלי גוים, *vanitates mendacii*, hoc eſt, *res vaniſſimas & nihili*, ut exponunt Iunius & Beza. Et Apoſtolus Gentium τὸ εἴδωλον nihil eſſe dicit (οὐδὲν) non materiam ſpectans, ſed formam, quæ res veras mentitur, cum unus tantum ſit Deus. 1. ad Corinth. cap. 8. Anaxagoræ, ut & hoc ἐν παρόδῳ dicam, non abſimilis fuit Lucianus noſter, quem immerito ἄθεον vocat Iuſtinus Martyr in oratione contra Græcos. Vnum quippe Deum conditorem univerſi & moderatorem cum ſapientiſſimis Philoſophis agnoſcit. Sed peccat eximius Dei ſervus, quod ex alienâ potius judicet ſententia, quam ſuâ. ἄθεος audit, ſed ab iis, quorum profanos & ridiculos cultus rituſque paſſim traducit. Quod vero Chriſto ſervatori convicium dicat alicubi, ut in Peregrino, ſi modo Luciani ſunt de quibus inter doctos non ſine juſtis rationibus dubitari video, ex eo non atheus propriè loquendo, ſed ἀγκυσίχειρος potius fuerit dicendus, ut Iudæi omnes & pagani. Ἀθεότητος accuſati olim & quidem merito Protagoras Abderites, Theodorus Cyrenaicus, Melius Diagoras, alitve, qui τὸν ἀκολουθοῦντα, id eſt, plurium deorum impietatem fugientes, in ipſam impietatem, quaſi in voraginem quandam delapſi ſunt, ut nullum Numen admitterent. *Idem.*

2 Ἡμᾶϛ τοὺϛ θεούϛ] Ead. in Iove Confut. & Tragœd. *Bourd.*

3 Ἀλλ' ἐκεῖνον] ὦ Præclarum Iovem! cujus fulmen, ut pilam, obtenta manu retundere valeant homines. *Barl.*

4 Διήμαρτον] Iovi ἀσυχίαν exprobrat. Διαμαρτάνειν aberrare eſt à ſcopo. De Pericle quod ait, verum eſt, eum Anaxagoræ fuiſſe patronum ac defenſorem adverſus accuſatores. Nam cum à Cleone accuſaretur impietatis, quod Solem, quem pro Deo colebant Athenienſes, vocaſſet διάπυρον μύδρον, hoc eſt, *candentem maſſam* ac *penitus ignitam*, ſive *globum quendam igneum*, λιθώδη & βαρύν, ut Plutarchus ſcribit, à Pericle defenſus eſt. Refert Hermippus apud Laërtium: Periclem, cum nullum Anaxagoræ crimen impingi comperiſſet, dixiſſe: *Ego diſcipulus iſtius ſum. Nolite igitur iniquis calumniis inducti perdere, verum mihi potius obtemperate, liberumque eum abire permittite, ſicque factum eſſe.* Non tamen effugere potuit, quo minus talentum ſolveret. *Idem.*

5 Ἐπερίσχε γάρ αὐτὸν τῇ χειρὶ Περικλῆϛ] Interpretandum hoc eſt de judicio, nam in eo impietatis accuſatus Anaxagoras à Pericle defenſus eſt diſcipulo ſuo. ὑπερίσχε τῇ χειρὶ autem eleganter dixit, quia in orando manus dextra movebat

[2] εἰς τὸ ἀνάκειον [1] ἀποβλήψας, ἐκεῖνό τι κατέρλεξε. καὶ αὐτὸς [3] ὀλίγου δεῖν, συνετρίβη πρὸς τοῦ πίνακος. [4] πλὴν ἴσως ἐν τοσούτῳ καὶ ἄπιστα ἡμαρτήκασιν οὗτοι,

ris & Pollucis templum detortum, tum illud exussit, tum ipsum ad saxum pene est comminutum. Quanquam vel id supplicii satis magnum in istos fuerit, si di-

batur, & accommodabetur ejus motus ad verba pronuntiantis. Testatur id locus elegans Aristophanis ἐν ἐκκλησιαζ. ubi falax mulier.

Ἐκεῖνο δ' ἐὰν προφυλάξωμαι, ὅταν τρόπον
Τὰς χεῖρας αἴρειν μηκέτ' ἀναμένητέ που
Εἰπομένην· γὰρ αἴρειν τὰ σκέλη.
Illud autem non providemus, quonam modo
Manus tolleret tunc meminerimus
Quippe non manus, sed pedes tollere assueta sumus.

Usque apud Græcos in dicendo habitus erat, ut dextrum brachium humero exsererent. Praxagora ibid.

Καλεπὸν τὸ πρᾶγμ', ὅμως ἔστ' χειροτονῆσαι,
Ἐξωμισάντας τὴν ἑτέραν βραχίονα.
Res illa difficilis est, tamen extendenda manus
Ab humero nimantibus brachium.

Quare unius tantum manus mentionem facit Lucianus. Gisb. Cuperus observat lib. III. c. 2. *Almeloveen.* Iocose dictum. *Supra aliquem tenere manum*, est eum protegere. Metaphoricum loquendi genus & Homero familiare. Sic ille Iliad. 4. Ὅτε κεν ἴδωτ', αἶψ' ὑμῖν ὑπέρσχῃ χεῖρα Κρονίων, id est, *ut videatis, si vobis supra teneat manum Saturnius.* Et apud eundem poëtam Iliad. 1. μέλα γὰρ ἴθυ διέρυσται Ζηνὸς χεὶρ ἐν ὑπερφιάλοις. Vsi & hoc dicendi schemate Aristoph. Plutarch. alii. Galli quorum lingua cum Græca in plurimis συμβολίζει, similiter dicunt *maintenir.* Bart.

1 Εἰς τὸ Ἀνάκειον] Vide Suid. & Hesych. verbo ἀνακες. Bourd. Templum Castoris & Pollucis Dioscurorum, qui ἀνακες sive ἀνακτες vocantur, vel per excellentiam, quod ex Iove rege antiquissimo & Leda nati. ἄναξ enim rex, inde ἄνακες, qui postea ἀνακτες inserto τ, ut νύξ, νυκτὸς: vel quod ἀνακῶς i. e. ὀξυμελῶς, cum cura singulari servarint Athenienses, à quibus & eorum festum celebrari solebat ἀνάκεια dictum. Gerardus Vossius vir in omni antiquitate versatissimus sic appellatos putat, quod descenderint ab antiqua & illustri stirpe Anacim Palæstinæ, unde à Iosua profligati in Græciam concesserint, quem vide lib. I. de origine & progressu Idol. cap. 13. *Bart.*

2 Περιαπόλας] *Detortum*, vel, *à scopo delapsum.* Præpositio vitium designat πλάνης. Hesychius interpretatur πτῶσιν, sed proprie est στροφὴν καὶ ἀγκύλιον κατάρρησιν. hinc σκηπτὸς pro fulmine, quod *impetu devehitur in terras*, ut Apuleius loquitur lib. de mundo. *Idem.*

3 Ὀλίγου δεῖν] Elegans loquendi formula, *parum abfuit, propemodum, fere, pene ὀλίγου.* Pro eodem & μικρὰ δεῖν, & sine verbo, ὀλίγου vel μικροῦ dicunt Græci, *minima* Latini. Capitolinus: *addens minimo se aegre mortem ferre filium superstitem relinquens.* Ita locum depravatum hactenus nec intellectum restituit Cl. Salmasius in Plin. exercit. ad Solin. *Idem.*

4 Πλὴν ἴσως ἐν τοσούτῳ] Consolatur se eo nomine Iupiter, quod satis supplicii futurum credat ingratis & improbis, licet alia ratione injuriam illorum vindicare non possit, si Timonem conspexerint repente locupletem factum. Novit enim nullum majus esse tormentum invidia & macrescere improbos latis bonorum successibus rebusque opimis. *Idem.*

1 Tim-

οἱ [1] ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν. [2] Ἐρ. [3] οἶον ἂν τὸ μέγα κεκραγέναι, καὶ [4] ὀχλικὸν εἶναι, καὶ θρασύν. οὐ τοῖς δικαιολογοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς δίκην διδοῦσι τοῦτο χρήσιμον; ἴσθι γὰρ οὐδὲν μᾶλλον πλούσιον οὐ πενησόμενον παρρησιάσεται ὁ Τίμων, βοήσεται, καὶ παρρησιασάμενος ἐκ πτωχοῦ πλούσιος ἔσται ὁ Τίμων, ἐκ πτωχοῦ πλούσιος ἔσται ὁ Τίμων.

si ditissimum videant factum fuisse Timonem. *Merc.* Quantum habet momenti altum vociferari, & obstreperum, audacemque esse? idque non iis modò qui causas agunt, verùm etiam qui vota faciunt conducibile. En mox è pauperrimo dives evaserit ille Timon, qui se precando clamosum & liberè loquen-

1 Τὸν περιπλουτοῦντα] Quanquam viri virtute præstantes ob animi corporisque dotes maxima sæpe invidia laborent, tamen ut Aristoteles docet lib. 2. Rhetor. sæpius ea locum habet in bonis fortunæ. Pindarus in Pythiis: ἔχει μὲν ὄλβῳ ὑπερτάτῳ φέρτερον· ὁ δ' ἐλαφρὸς πλοῦτος ἄφαντον βέλος, hoc est, *habent opes & res secundæ non parvam invidiam. Qui autem pauper est, humi jacet & obscurum fremit.* Hinc Plautus in Truculento: *Malo multi inimicos invidere, quam me inimicis meis.* Nam quibus invidemus, illi opipare & splendide vivunt: eorum autem qui miseri & calamitosi sunt, miseremur. Novit hoc Sulmonensis poëta, ubi elegantissimis versibus invidiam describens inter alia subdit:

Tum videt ingratos intabescitque videndo
Successus hominum, carpitque & carpitur ipsa
Suppliciumque sui est. ——

Egregiè in hanc rem Seneca philosophus: *Vtinam*, inquit, *invidi oculos haberent in omnibus civitatibus, ut de omnium felicitatibus torquerentur: nam quanta felicium sunt gaudia, tanti invidorum sunt gemitus.* Barl.

2 Ἐρ.] Epiphonemate declarat Mercurius, sæpe audaces & importunos flagitatores Iovem habere propitium: timidos contra & verecundos ab eo negligi. Exemplum præclarè habemus in muliere Cananæa Matth. cap. 15. Vere dictum à vatum principe: Αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ πολίτῃ i. e. *Verecundia non utilis est viro egenti.* qui versus legitur Odyss. ρ. & citatur à Platone in Lachete. Vult enim summus ille ἀνὴρ δόκησις inclamari & precibus expugnari, quo declaretur intimus indigentiæ nostræ sensus. Et sæpe videmus accidere, ut importunus & audax mendicus obtineat, quod verecundo denegatur. *Idem.*

3 Οἷον δή] Quantum est, vel quantum momenti habet. Per admirationem hæc legenda & cum acclamatione. ἂν pro ἐστὶ positum. Sic ἐκχέω, ἰδή, ἔπλετο, & alia pro præsentibus usurpata inveniuntur. Quod in usum veniisse putat Budæus ex eo, quia nullum tempus præsens dici possit, si ad verum exacte loqui volumus: esse autem proprie præsens τὸ ἀεὶ ὂν καὶ ὡσαύτως ἔχον, ut Plato scribit in Timæo, id est, quod semper est, & eodem modo se habet. *Idem.*

4 Ὀχλικὸν εἶναι] In Euangelio Lucæ dicitur, κατὰ παρίχειαν, cap. 8. ἀναιδείαν ibidem appellatur, quæ ἐν τοῖς δικανικοῖς, ut rectè notant interpretes, non vitio sed laudi ducitur. *Importunitatem* alii; *instantiam* Syrus paraphrastes transtulit. Quid quod Homerus hominem importunum vocet ἀναιδῆ, quem hic Lucianus ὀχλικὸν & θρασύν. Per τοὺς δικαιολογοῦντας intelligit causidicos sive causarum patronos, qui ad rei defensionem τὰ δίκαια, id est, jura adferunt. Notat Lucianus sui ævi fabulas forenses, qui strepitu magis & inconditis clamoribus rem agebant, quam jure aut legibus. *Caninam* eorum *eloquentiam* & *sanguisugam* merito dixit Columella. *Togatos vultures* eosdem appellare solebat Apulejus, qui in fas nefasque linguas & verba locant. In hos enim, non in γνησίους jûris antistites vel advocatos invehitur Samosatensis noster, cum ipse patronum se reommque vindicem præstiterit non semel. Gravissime Plato: ἱερὰ ἡ συμβουλία, id est, *Sacra quædam res est consultatio.* Idem.

1 Ἐπὶ-

μῶν δὲ τῇ δόχῃ, καὶ [1] ἐπιστρέψας τὸν Δία. εἰ δ' οὖν ἅπαξ ἐσκάφην ἐπὶ τὸ ἔργον, ἐπ' ἂν ἔσκαπτον ἀμελήσω. [2] Πλοῦ. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι ὦ Ζεῦ παρ' αὐτόν. Ζ. διὰ τί ὦ ἄριστε Πλοῦτε, καὶ ποῖος, ἐμοῦ κελεύσαντος; [3] Πλοῦ. ὅτι με Δίκη [4] ὑβρίζειν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐξιέναι, καὶ εἰς πολλὰ κατεμέρισεν. καὶ ποῦτο, πατρῷον αὐτῷ φίλον ὄντα. καὶ μᾶλλον ἐγὼ [5] δικαίοις με ἐξιέναι τὸν

quentem præbuit, attentum verò Iovem reddidit. Quòd si incurvus fodiendo siluisset, neglectus etiamnum foderet. *Plut.* At ego ô Iupiter hunc aditurus non sum. *Iup.* Quid ita, optime Plute, præsertim à me jussus? *Plut.* quoniám per Iovem injuriá me affecit, ejiciens, & in multas partes dividens: idque cùm illi paternus essem amicus, ac me pene dixerim, fuscinis ex ædibus ex-

1 Ἐπιστρέψας τὸν Δία] Proprie ἐπιστρέφειν, est facere, ut quis ad se convertat faciem, suique curam habeat. Sic Deus in sacris litteris *faciem suam convertere* dicitur ad eos, quibus bene vult, & propitius est: contra ἀποστρέφειν τὸ πρόσωπον ab iis, quorum preces non exaudit. Psalm. 132. & aliis in locis. *Barl.*

2 Πλοῦ. ἀλλ' ἐγὼ ἂν οὐκ ἀπέλθοιμι ὦ Ζεῦ παρ' αὐτόν] Inducit Plutum omnia formidantem Lucianus, nulliquè fidentem, imitatus hâc in parte Aristophanem, qui vulgo jactatam opulentiæ timiditatem indicat, cum ait: Ἀλλὰ λίγιστα πάντες, οἷς δειλότατός ἐστ' ὁ Πλοῦτος, id est, *Quin id omnes dilitant, timidissimum quid esse divitias.* Et Euripides: Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν. *Res cupida vitæ sunt opes, pavidum malum.* Hinc in sequentibus causam exquirit Iupiter, cur ad Timonem denuo ire recusret Plutus, præsertim à se jussus. Deo siquid jubeat, continuò obediendum. *Verus obedies*, inquit Augustinus, *non attendit, quid aut quale sit, quod præcipitur, sed quis præcipiat, hinc mandatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum intus colligit, ut mandatum peragat imperantis.* Hic videmus unitatem in sua συμφωνία etiam agnovisse Gentium sapientes, dum Iovi suo potestatem tribuunt αὐτοκρατορικὴν & absolutam, qua imperare omnibus: refragari autem ejus imperio & mandato nulli fas sit. Homerus, ut Spondanus observat non uno in loco, Iovis imperium aliquando ἀνυπέρβατον, & summum esse innuit: aliquando mixti generis sive μειγνυκτικὸν facit, cæteris quoque Diis ex æquo suffragia ferentibus, & infecta re non raro à se invicem discedentibus. *Idem.*

3 Πλοῦ. ὅτι με Δίκη] Responsio Pluti αἰτιολογική. Prodigalitatem Timonis in caussa esse dicit, cur reverti nolit, quamque indignis modis ab eo exceptus fuerit, lamentabundus ostendit. *Idem.*

4 Ὑβρίζειν εἰς ἐμὲ] Differentiam ponunt Grammatici inter ὑβρίζειν τινὰ, & ὑβρίζειν εἴς τινα, quod & Lucianus testatur in Solœcista. Τὸ μὲν σὲ ὑβρίζειν, inquit, τὸ σῶμά ἐστι τὸ σὸν ἅπτοι πληγαῖς, ἢ δεσμοῖς, ἢ ἄλλῳ τρόπῳ τῷ εἰς σὲ ὁτιοῦν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ὑβρεως. & γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν εἰς σὲ ὑβρίζει, & ὅστις παῖδα & φίλον, καὶ ὅστις τὰ οἰκέτην. *Te contumelia afficete, idem est, quod corpus tuum sive plagis, sive vinculis, sive aliquo etiam alio pacto. At in te contumeliosus esse dicor quando alicui tuorum contumelia fit. Nam & qui uxorem tuam contumelia afficit, in te contumeliosus est, & qui puerum tuum & amicum, & certe qui servum quoque.* Verum hoc discrimen, ut & in multis aliis Grammaticorum præceptis, haud perpetuum est semperque verum. Sæpe enim pro eodem posita inveniuntur, uti & hoc loco. Observandus hic etiam elegans processus à genere ad species. *Partitionem* Rhetores vocant. *Idem.*

5 Δικαίοις] Indignitatem rei indicat, cum se furcillis ex ædibus extrusum ait. Sic & Pax apud Comicum ἐν Εἰρήνῃ, fuscinis & clamoribus ejecta dicitur. Τύνδε

οἰκίας, [1] καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χειρῶν ἀποῤῥιπτοῦντες. [2] αὖθις ἐν ἀπλῷ τραπέζῃσιν, [3] καὶ κόλαξι, καὶ ἑταίραις δαδουχησόμενος; ἐπ'

extruserit, sicut qui è manibus ignem abjiciunt. Num rursus ad istum ibo, parasitis, adulatoribus, & scortis donandus? Ad

cos

μὲν διεροῖς ἰάθην τὴν θεὸν κακοήμασι. Nam hoc plus est, quam sola manu. Sunt autem δικροῖ vel δίκρανα, perticæ bifidæ & bifines, quasi δύο κέρατα, id est, τέλη ἰχνῶν. Scholiast. exponit ξύλα διφυῆ. Secuti etiam hanc locutionem Latini. Cicero ad Atticum 6. *Sed quoniam furcilla extrudimur* (hoc est, summo conatu & vi maxima) *Brundisium cogito.* Et Horat. *Naturam expellas furca, tamen usque recurret.* Pro eodem, *furcillu ejicere*, dixit Catullus. Imitatur hic Aristophanem Lucianus, ubi ad similem plane modum conqueritur Plutus: Ἦν δ' εἰς παράπλων', inquit, ἀνθρωπον εἰσελθὼν τύχῃ Πόρνοισι καὶ κυβοῖσι παρεσκευασμένῳ Τυμπὸς δύρας ἐξέπεσον εὐκαίρως χέρνιψ, id est, *Si ad prodigum hominem divertero, scortis & aleæ objectus temporis momento nudus illinc protrudor foras.* Barl.

1 Καθάπερ οἱ τὸ πῦρ] Simul protervam decoctoris in dilapidandis opibus festinationem innuit *icone* ab iis delumpto, qui ignem è manu confestim abjiciunt, ne comburantur. *Idem.*

2 Αὖθις ἐν ἀπλῷ παραπίτοις] Sequitur hic insignis collatio prodigorum & avarorum, ostendens verum divitiarum usum in mediocritate utendi consistere. παράσιτος, & κόλαξ, quanquam hic distingui videantur, tamen pro eodem fere sumuntur. Athenæus lib. 6. τ κόλακας dicit, non abesse μακρὰν τῆς παρασίτου ὀνομασίας. Differt tamen uterque ab ἀρίστῳ, quod hic nullius commodi gratia placere studet; illi κέρδους ἕνεκα id faciant. Aristoteles Ethicor. lib. 2. c. 7. Hinc ambo nominis sui appellationem debent cibo quem sectantur. σῖτος enim & κόλον esca, sive pabulum est. Quanquam fatear non omnes adulatores convivia & epulas aucupati loco præmii. majora sunt, quæ captant regum & principum assentatores. hinc recte philosophi in adulationis definitione non mentionem faciunt cibi, sed τῆς συμφέροντος. Hoc genus hominum Constantinus Imperator appellare solebat *tineas* atque *furices* palatii sui, ut refert Nicephori interpres. Et Anaxilas poeta Comicus scita allusione κόλακας dicebat esse τὴν τῶν ὑπαρχόντων σκωλήκας, id est, divitum vermes, qui cum in hominis minime mali ingenium inciderint, eum insidentes arrodunt, quoad inanem, velut tritici granum, reliquerint, ut Timoni nostro accidisse videmus. *Idem.*

3 Καὶ κόλαξι, ᾧ ἑταίρας παραδοθησόμενος] Hic emendo ἑταίρῃσι, neque enim meretricum ullibi hic mentio, quas sine dubio introduxisset emunctæ naris homo, non secus ac parasitos, adulatores, aliosque socios & amicos Timonis. Gisb. Cuperus Observation. l. III. c. 11. *Almeloveen.* Id est, meretricibus, quæ non minus quam parasiti lautissimorum patrimoniorum gurgites sunt & fundorum, ut ait ille apud Terentium, calamitates. Hinc Theocritus puellam depastricem alieni patrimonii festive καλαμαίαν appellat, hoc est, locustam, quæ messem destinatam agricolis intercipere consuevit. ἐστ γὰρ ἑταίρα, ut Antiphanes ait apud Athenæum, τῷ πίνοντι συμφορά, quippe cujus officium sit συλᾶν τοὺς πίνας spoliare eos, qui propius se admovent. Sic Nannion meretrix, ut idem refert Dipnosophist. scriptor, Thallum cauponem quendam bonis exhausit: Plautina Phronesium adolescentem Dinarchum, de quo servus queritur in Truculento: *Meretrix*, inquit, *meum herum miserum blanditia intulit in paupertatem, privavit bonis, luce, honore atque amicis.* Nam id omnibus omnium meretricum ingeniis insitum est, ut non tam gratia aut elegantia moveantur amasiorum suorum, aut rationibus ullis ad obsequium magis flectantur, quam tinnulis, hoc est, pecunia numerata. Vnde Plautinum illud scortillum dicebat: *Oculata sint nostra.*

Ἐκείνους ὦ Ζεῦ πέμπε μοι, [1] τοὺς αἰσθησομένους τ' ἀμείβειν, τοὺς περιέψοντας. οἷς τίμιος ἐγὼ, ἐξ ἀφανοῦς. [2] Ἄλλοι δ' οἱ λάροι, [3] τῇ πενίᾳ ξυνίστωσαν, ἢν ἀσπασίως ἡμῶν. καὶ διαφέρει παρ' αὐτῆς λεβόντας, καὶ δικέλλαν, ἀχαπάτους ἅλιοι, πτίσαρχος ὀβολοὺς λαμβάνοντες, οἱ δεκαταλάντους ἀμάλλη [4] περιέλκοντες. [5] Ζ. ἀδὲν ἐπιτοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται ἀφ' οἷ σὶ.

eos mitte mihi Iupiter, qui munus intellecturi sint, qui amplexuri, quibus in pretio sim, & exoptatissimus. At hi stupidi cum paupertate commercium habeant, quam nobis anteponunt: & acceptis ab ea rhenone, & ligone, miseri sat habeant, quatuor obolos lucrantes, qui decem talenta contemptim dono dare solebant *Iup.* Nihil in te istiusmodi posthac facturus est Timon, quippe

nostra manus, credunt, quod vident. ἑταίρας sive socias appellat Lucianus, quas vero nomine φίλτρας dicunt Græci, idque κατ' ἀντίφρασιν, quo res ingrata grato significatur nomine. Sic Latini *amicas*, Itali hodie *cortesanas* appellant. *Barl.*

1 Τοὺς αἰσθησομένους] Quasi dicat Plutus. Ad eos abeam, qui nec prodigi, nec avari recte opibus uti sciunt, quam virtutem ἀλληθερότητα dixere Græci. Aristoteles peculiariter, τὸν ἀφὶ τὰ χρήματα ἄριστον, Chrysostomus in Matth. τίχελω πασῶν τῶν τιχῶν ἀντιτίχον, id est, artem artium appellavit. *Idem.*

2 Οὗτοι δ' οἱ λάροι] Timonem stupiditatis accusat, quod discincte & profuse rem suam abliguriendo paupertatem opulentiæ præferre videatur. λάρους vocant Græci homines stupidos ac voraces, semperque prædæ inhiantes. Cleonem hoc nomine insignit Comicus ob rapacitatem, quod quemadmodum avis illa in scopulis observat, siquid piscium possit venari: ita ille versaretur in Reip. negociis administrandis suum interim agens negocium. Erasmus ex Suida sic dici putat eos, qui faciles sunt ad dandum, indeque paræmiam fecit, λάρος ἐν ἅλμῃ, *larum in paludibus*, ὅτι πρὸς ταχὺ ἀποδίδοται, sed advertatur natura avis, quæ talis non est, ut liberalis sit, & facile communicet. Quare mendum esse suspicantur nonnulli, & pro ἀποδίδοται, legendum ἀποπατεῖται. Nam & hoc de ave illa commemoratur, quod celeriter egerat, quicquid in ventrem demisit, ut & ea ratione profusa Timonis indoles denotari possit. Vel dicendum, sic eum vocari ob stupiditatem: nam & hoc de laro traditur, quod facile decipitur, illiciturque a venatoribus. Unde ἠλίδιος & ὤληθρος eo nomine significant Græci, quemadmodum & *cephos*, & *otos* teste Eustathio. *Idem.*

3 Τῇ πενίᾳ ξυνίστωσαν] Elegans loquendi genus. τὸ συνεῖναι, cum propriè de personis vivisque animantibus dicatur, venuste transfertur ad res inanimas, q. d. semper in paupertate versentur, eamque sibi velut amicam & comitem habeant. Sic Nicocles apud Athenæum, lib. 8. cap. 5. quem locum optime restituit Scaliger: ἐξ σύνεσι σαπεδαὶς εἰς δύο τι, i. e. *toto die ad solu usque occasum rem habuit cum saperda* (piscium genus est) id est, *saperdâ esitavit.* Pro eodem ὁμιλεῖν cibo legitur apud eundem scriptorem. *Idem.*

4 Περιέλκοντες] Id est, καταδαπανῶντες. Unde περίδοσις apud Aristotelem profusa erogatio, quæ fit quasi projiciendo, cui opponitur λῆψις Ethicor. 4. *Idem.*

5 Ζ. ἀδὲν ἐπιτοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται ἀφ' οἷ σὶ] Refutat querelam Pluti Iupiter de πρὸς μὲν εἰκότων. Neque enim vero simile putat fore, ut Timon hoc ærumnoso vitæ genere jam abunde correptus paupertatem opulentiæ præferat. solent enim homines suo damno sapere. Sic Euripides de Pentheo: καιρὸς γὰρ ἐγγὺς ἢν ἐπίστασθαι, id est, malo affinis didicit, reverereri scil. & colere Bacchum, quem an-

πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκελλα [1] πεπαιδαγώγηκεν, [2] εἰ μὴ παντάπασιν ἀνάλγητός ἐστι τὼ ὀσφὼ, ὡς χρήσιμα αὐτῇ [3] πενίας ἐφεωρεῖλε. [5] σὺ μέντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς, [4] ὃς νῦν μὲν τὸν Τίμωνα αἰτιᾷ, διότι σε τὰς ὕνεως ἀναπητάσας, [5] ἠφίεις ἐπιεικῶς ἐλευθέρως, ὅτε ἀπεκλείσθη, ὅτε [6] ζηλοτυπῶν. ἄλλοτι δ' τοιγαροῦν ἠγανάκτεις κατὰ τῶν πλουσίων, κατακεκλεῖσθαι λέγων πρὸς αὐτῶν τοὺς μοχλοῖς, καὶ κλεισὶ, καὶ [7] σημείοις ἐπιquippe quem ligo abundè docuerit, (nisi prorsùs nullum dolorem sentiunt illius ilia) te potiùs quàm paupertatem esse eligendum. Ac tu mihi querulus admodum esse videris, qui nunc Timonem incuses, quòd tibi liberè vagari permiserit patefactis foribus, nec zelotypus in te, domo concluserit. Alias autem contra in divites stomachabaris, quum diceres te ab illis, repagulis, clavibus, & impressis sigillis ita

tea spreverat. Vnde pereleganter Fabius apud Livium, eventum, *stulterum magistrum* appellat. Et Plinius in Panegyrico, quem Trajano dixit: *miseram hujusmodi & ex periculo factam prudentiam* vocat. *Barl.*

1 Πεπαιδαγώγηκεν] Festive Iupiter ligonem Timoni loco pædagogi fuisse ait, à quo probe sit domitus ac severiter castigatus. τὴ δίκελλαν tribuit, quod personæ proprium est. παιδαγωγεῖν posuit, αντὶ τὸ παιδεύειν, cui castigatio quoque conjuncta est. Vnde verbum hoc non *erudiendi* solum, sed & *castigandi* significationem habet, cum alterum sine altero vix esse queat. *Idem.*

2 Εἰ μὴ] Hæc verba παρεμθέσῃ includenda sunt, ut recte factum à Pererio. ἀνάλγητος τὼ ὀσφὼ dicitur, cui lumbi dolere nequeunt, ut fossoribus solent ex continua corporis incurvatione, & inprobo labore. *Idem.*

3 Σὺ μέντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς] Exprobrat Pluto Iupiter, quod sit natura querulus & morosus. Est autem μεμψιμοιρία species quædam injustitiæ & illiberalitatis, quod vitium non in calamitosis pauperibusque & senibus duntaxat reperitur, sed in divitibus etiam, quibus *curta nescio quid semper abest rei*, ut Horatius loquitur. Etenim multas opes accumulasse ejusmodi hominibus non est finis miseriarum, sed initium potius. Dicitur μεμψίμοιρος qui sorte sua contentus non est. μέμψις enim querela, & μοῖρα, fatum, sors. De talibus loquitur Seneca lib. 1. de Tranquillitate vitæ, ubi de amicorum delectu scribens inquit: *Præcipue tamen vitentur tristes, & omnia deplorantes, quibus nulla non causa ingemiscendi placet.* Idem.

4 Ὃς νῦν μὲν] Rationem quoque subdit Iupiter, qua iniquam Pluti querelam coarguit. In prioribus verbis prodigorum ingenia moresque delineat, qui opes suas libere evagari sinunt, easque plena manu in quosvis effundunt. In posterioribus describitur indoles hominum sordidorum seu parcorum. τὰς θύρας ἀναπεπάσθαι prodigorum est, qui januas aperire Pluto dicuntur, quum opes suas absque delectu ullo aut modo in obvium quemque conferunt & elargiuntur, quod ut in bonam partem interpretatur jocosus Iupiter: sic in malam accipit morosior Plutus. Infra κατακλεῖσον πλοῦτον ei opponit. *Idem.*

5 Ἠφίεις] Imperf. Atticum, quod intra augetur, ab ἀφίημι τὸ ἠφίουν, permitto. sic & ἠφιέσθη pro ἀφείθη. Vide linguæ utriusque instauratorem Budæum. *Idem.*

6 Ζηλοτυπῶν] Propriè verbum hoc usurpatur de eo, qui præ fervore amoris rivalem non patitur: ad divites avaros hic transfertur, qui opes suas arca inclusas servant tantum, neque audent eas, ubi opus est, erogare. *Idem.*

7 Σημείοις δακτυλικοῖς] *Signorum objectacula* vertit Erasmus: *impressa sigilla* Pererius.

Ἑλκῶς, ὡς μηδὲ [1] παρακύψαι εἰς τὸ φῶς δυνατὸν εἶναι. [2] ταῦτα γὰρ ἀπῳδύρῃ πρός με, [3] ἀκριβῶς λίαν ὑπὸ πολλοῦ τοῦ σκότου καὶ λίθῳ τάττο [4] ἀχροὸς ἡμῖν ἐφαίνου, καὶ φροντίδι ἀνάπλεως, [5] συνεσπακὼς τὰς δακτύλους πρὸς τὸ ἔνδον [6] συλλογισμῶν, [7] καὶ ἀποδράσεσθαι ἐκέλευες, εἰ καιρὸν λάβοις παρ' αὐτῶν. καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγμα ὑπέρδεινον ἰδοὺ σοι, ὦ χαλκᾶ, [8] ἢ σιδηρᾶ θαλάμῳ, καθάπερ

ita fuisse conclusum, ut ne prospicere quidem in lucem tibi liceret. Id igitur apud me deplorabas affirmans præfocari te nimiis tenebris: eoque pallidus nobis occurrebas, curis plenus, contractis contortisque digitis, ut fieri solet in rationum collectionibus: quòd si quando daretur opportunitas, aufugiturum quoque ab illis te minitabare. In summa rem admodum acerbam judicabas in æreo, ferreove thalamo, Da-

rerius, & quidem rectius. nam σημεῖον ὀπισθόλλειν, idem est, quod σφραγίζειν, & σημεῖον quod σφραγὶς, sigillum. *Barl.*

1 Παρακύψαι] Significat transversum aspicere, quasique limis oculis & per fenestram, quod Pluto facere non licet cistæ incluso, torque depresso vectibus serisque. conflatur hoc verbum ex præposit. παρὰ, oblique vel transversum significante, & κύπτω, caput inclino, pronus sum. *Idem.*

2 Ταῦτα γὰρ ἀπῳδύρῃ] Spectant hæc superiora, sive pars sunt seriæ objurgationis à Jove factæ. *Idem.*

3 Ἀκριβῶς ὑπὸ π.] Erasmus, *præfocari nimiis tenebris*, quem sequitur Pererius. malim, *in tenebris*. Neque enim caligo proprie dicta præfocationis caussa est, sed cistæ angustia, cui inclusus est Plutus, quæ respirationem ipsi omnem præcidebat. *Idem.*

4 Ὠχρὸς] Pallor Pluto tribuitur ob auri colorem. hinc Diogenes interrogatus, cur aurum palleret? *quia*, inquit, *plurimos habet sibi insidiantes*. Et revera inter ὠχρὸν τοῦτο, & auri colorem nihil aut parum est discriminis. Vnde ὠχρὸν & χρυσοειδῆ conjunxit Nicander 2. Georg. ubi de violis loquitur. Elegantissimus hic est τῶν φειδωλῶν character, cujusmodi quoque legas apud Theophrast. & Lucianum in Gallo, ubi Simonem quendam introducit divitem noctes diesque insomnes ducentem & digitis supputantem usuras, itemque pallescentem præ nimia sollicitudine. *Idem.*

5 Συνεσπακὼς] Id est, *digitis contractis seu contortis*, quales habere solent homines sordidi & fœneratores ex assiduo colligendi supputandique usu. συνεσπακὼς enim *contrahe, contorqueo*. Pro eodem Lucianus in Gallo dixit, ἐν δακτύλοις κατεσκληκόσι, id est, *digitos habentem emaciatos & quasi extabefactos* præ frequenti computatione. *Idem.*

6 Συλλογισμῶν] Arithmetices vocabulum, proprieque partis illius, quæ λογιστικὴ appellatur. Latini calculum vocant. Vnde calculatores ψηφισταὶ sive λογισταὶ dicti. Translata hæc postea ad scholas philosophorum. *Idem.*

7 Ἀποδράσεσθαι] Aoristus vim futuri habet, quod facit particula ἄν nunc expressa solum, sed & subaudita. Idem & vaf conversivum præstat apud Hebræos. *Idem.*

8 Ἢ σιδηρᾷ θαλάμῳ] Græci opes ejusmodi, quas triparti illi homines sibi tantum possident, & in arca absondunt, scite vocant πλοῦτον ἄπλουτον, quasi opes inopes, quod earum nullus sit usus, ut merito cum pictura conferantur repotita. Aristophanes ἀφανῆ πλοῦτον appellat. Nam domus & agri celari non possunt. Herodes Atticus πλοῦτον νεκρὸν, i.e. mortuum simili tropo dixit. qua ratione διαμυτιήρια Πλούτου, *Plutonis carceres* vocavit arcas, aliaque id genus repositoria

τὴν [1] Δανάλου παρθενεύεσθαι [2] ὑπ' ἀκριβοῖτο, καὶ παμπονήροις παιδαγωγοῖς ἀπαιτεῖσθαι τοῦ τόκου, καὶ τῷ λογισμῷ. [3] Ἅπαντα γὰρ ποιεῖν ἔφασκες, ἐρῶντας μὲν εἰς ὑπερβολὴν, [4] ἐξὸν ἧ ἁπαλαίνειν, ἀ πολεμοῦντας, ἀδεῶς ἐπ' οὐσίας χρωμένους τῇ ἐρωμένῃ, κυρίους μὲ ὄντας, ἀλλὰ φυλαττειν ἐγρηγορότας, εἰς τὸ σπάνιον ἀποβλέποντας τῶν ἀφροδισίων, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς ἡδονῆς. Ἐπὶ τοῦτο γὰρ ἐπιτηδεύεσθαι τὰ ἐρωτικὰ, ἵνα μὴ ῥᾳδίως ἐκπίπτῃ τὸ ἐρώμενον, ἀλλὰ μόλις καὶ μετὰ πολλῶν ἱδρώτων. Ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ τὰς θύρας ἐπιμόχλους ποιεῖσθαι, καὶ τὰς κλεῖς ἐπιμελῶς ἐπιβάλλειν, καὶ τὰ παραθυρίδια ἐπιτηρεῖν, καὶ τὰς ὀπὰς ἐπιφράττειν, καὶ τὰς ἐπιβολὰς τῶν ἱματίων ἐπισκοπεῖν, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἀναγινώσκειν, καὶ τὰς ἐπιδρομὰς τῶν ἑταίρων ἐπιτηρεῖν, καὶ τὰς ἐπιστάτιδας ἐπιβουλεύειν, καὶ τὰς ἀκολούθους ἐπιτηρεῖν, καὶ τὰς ἐπιμελητὰς ἐπιβουλεύει

μεῖον, καὶ ἧ μεγάλον [1] ἀσπαρδαμυκτὶ βλέποντας, ἐκπεπληγμένους ὁρῶμεν· ὑπ' αὐτοῦ δὲ πλουσίου ἕκαστον, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς ἀπολαύσεως, καθάπερ τῶν [2] ἐν τῇ φάτνῃ κύνες, μήτε αὐτὴν ἐσθίοντος τοῦ κριθῆς, μήτε τῷ ἵππῳ παρεῶντι ἐπιτρέποντος. [3] καὶ τοιγαροῦν γε κἀκεῖνος αὐτῶν φειδόμενον, καὶ φυλαττόντων, καὶ [4] τὸ καινότατον

servarent, ad ſigillum ſeramque immotis oculis intuentes, abundè magnum fructum arbitrantes à ſe percipi, non quòd ipſis fruendi facultas adeſſet, ſed quòd nemini fruendi copiam facerent; non aliter quàm in præſepi canis qui nec ipſe hordeo veſcitur, nec famelicum equum veſci ſinit. Quinetiam ridebas iſtos qui parcerent, aſſervarentque, & (quod eſſet abſurdiſſimum) ſe ipſos ze-

1 Ἀσπαρδαμυκτὶ βλέποντας] Ἀσπαρδάμυκτον μὲν μύσας τὸν ὀφθαλμὸν. σπαρδαμυκτεῖν τὸ σπαίρειν ἢ μύειν τὸν ὀφθαλμὸν, τὸ τυκτὰς βλεπαιρεῖν, ἐλλιπεῖν ἢ ἐλλιπαίζειν. Schol. Ariſt. ἱππόδ. Heſych. Suid. Poll. aliam tamen etymologiam proferunt alii Grammatici, de qua poſtea. *Bourd.* Adverbium eſt, oculis non conniventibus, id eſt, ἀκαμμύοπτα, ut interpretatur Heſychius, quod conſtatum eſſe volunt ex α privante, & verbis σπαίρω ſalio, itemque μύω, claudo. Apulejus dixit, *oculis inconnivis* lib. 6. Aſini aurei. Paria de avaris refert Theophraſtus cap. de ſordida parcimonia: μικρολόγῳ, inquit, τὸν ὅρους θεωρεῖν ἐσημέρας, *quotidie terminos ſuos inſpectat*; ecquid ſcilicet immoti eodem loco iiſdem maneant. Sunt enim ejuſmodi homines ſemper pavidi & anxii, ſuiſque rebus velut appoſiti quidam cuſtodes. Quemadmodum & Plautinus ille Euclio oculos ſemper in ullam conjectos habebat, quam auro onuſtam poſt ædes ſub terram deſoderat. Plutus iſtiuſmodi pecuniarum incubos & ſollicitos obſervatores non diſſimiles eſſe ait τῷ ἐν φάτνῃ κυνὶ, hoc eſt, *cani in præſepi*, qui nec ipſe veſcitur hordeo, nec equum famelicum veſci ſinit. Lucianus eandem uſurpat paræmiam adverſus indoctum, qui egregios codices incluſos diligenter aſſervabat, quos nec ipſe unquam evolvat, nec aliis evolvendi faciat copiam. Simile quiddam refert Athenæus lib. 6. de gente quadam Galatarum, qui dicuntur Cordiſtæ, vel, ut alii ſcribunt, Scordiſci: abominantur aurum, inquit, nec important in ſuam regionem, nihilo ſecius tamen alios non deſinunt eo ſpoliare. Erasmus in Chilad. *Barl.*

2 Ἐν τῇ φάτνῃ κύνα] Sic alibi Proverb. κύων ἐν φάτνῃ, ſic ſæpe vocat Philoſophos & præcipuè Cynicos, obvios inſequentes. Repetit illud, adverſus Indoctum. *Bourd.* Eadem libro ad indoctum libros coëmentem. *Marc.* Proverb. de quo extat Epigramma in Antholog. *Cogn.*

3 Καὶ φοβοῦπ γε ἐξ κατηγλας αὐτῶν φειδομένων] Iupiter Pluti expoſtulationem, ut iniquam & nulla juris ſpecie ſubnixam rejicit, cum eo nomine, quo accuſatur Timon, potius ſit laudandus quam vituperandus. Avaritiæ enim oppoſita eſt profuſio. Præclare ait, avaros ζηλοτυπεῖν αὐτὸς, hoc eſt, ſibi ipſis invidere divitiarum ſuarum uſum & fructum, cum non audeant eas, ubi res poſtulat, erogare. *Barl.*

4 Τὸ καινότατον] Hæc formula loquendi per parentheſin ſæpe uſurpatur de re valde inuſitata, quamque maxime miſeris. Quid enim magis mirandum magiſque novum, quam homines reperiri ſuum defraudantes genium & naturæ ſubtrahentes quod ſuum eſt. cujuſmodi merito ſuis domeſticis ludibrio ſunt, & ab iiſdem compilantur. Neſciunt enim hi πονηρίστοι, quid ſit hominem optime de ſe mereri. Recte poëta Venuſinus ſerm. lib. 1.

Neſcis quo valeat nummus? quem præbeat uſum?
Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde
Quæ humana ſibi doleat natura negatis.

πεν, αὐτὸς ζηλοτυπήσοντος. ἐγνωσμένων ἢ ὡς κεπάροις, καὶ οἰκέτης, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδοτρίβης ὑποπτεύων λαθραίως, [1] ἐμπαροινήσῃ τὸν κανδαύλην, κἀγὼ ἀπ' ἀγροῦ ἐπιστῶ, [2] ὥστε ἀμαυρὸν τὸ μικρὸν λυχνίδιον, ἢ [3] διψαλέον [4] θυμαλλίδιον, ἐπαγουσηνεῖν ἱκανὰς τοῖς τοίχοις. [5] πῶς ἂν σοι δοίην, παλαμεῖ σε τῷ πεπαίδαχε, νῦν ἢ τῷ Τίμωνι τι ἐναντία ἐπιτηδεύεις; Πλ. κἀγὼ μὲν εἰμὶ πολλῇ ἐξεταζόμενος, [6] ἀμφω σοι εὔλογα ἔοικα ποιεῖν ἢ τὸ γὰρ Τίμωνος [7] τὸ πάνυ τάπ

zelotypia prosequerentur: nec intelligerent fore, ut aut sceleratissimus famulus, aut œconomus, aut puerorum præceptor furtim subiret, ludibrio habiturus intellicem & inamabilem herum, quem postea simat ad fuliginosam, & oris angusti lucernulam, ac siticulosum scirpulum usuris invigilare. Annon igitur iniquum, cum hæc olim inculaveris, nunc iis contraria Timoni objicere? *Plut.* Atqui si veritatem inquisiveris, me utrumque rationi consentaneum facere judicabis. Nam & Timonis hujus nimia lenitas, ne-

Est enim ὁ πλοῦτος πρὸς χρείαν, id est, rerum utilium, ut inquit philosophus. Unde & χρήματα dixere Graeci κατ' ἐξοχὴν χρήσιμα, ab usu, extra quem ne in bonis quidem censenda sunt. *Bart.*

1 Ἐμπαροινήσῃ] Propriè significat, per vinum & temulentiam injuria vel probrum facere. παρ' οἶνον. hinc παροινία doctissimo Grammatico, ἡ ἐξ οἴνου ὕβρις. Ciceroni, per ebrietatem illuvio in Antonium apud Dionem Cassium. *Idem.*

2 Πρὸς ἀμαυρὸν τὸ μ. λυχνίδιον] Hunc locum imitatus est Apul. lib. 2. Milesiac. ubi de Milone hospite suo Lucianus in Somnio, seu Gallo. *Bourd.* Est hic propriissimus avari character ad scirpulum sive lucernulam usuris invigilare, ἀγρυπνεῖν ἐπὶ ἀναλισκόσι τοῦ τόκου in Gallo dixit Lucianus. μικρόσωμον λυχνίδιον vocat lucernulam parvi vel anguli oris, cum latiores plus olei consumerent. Ita Strepsiades senex avarissimus lamentatur apud Aristophanem in Nebul. & puerum tantum non verberat, quod ellychnia lucernæ adtribuisset nimis crassa. Et Philoleon itidem senex filium objurgat, quod stuppas non acu vel festuca produxisset, sed digito, ἐπὶ ταῦτα, inquit, τῇ ἐλαίᾳ πολλῇ, idque tanta olei penuria, in Vespis. *Bart.*

3 Διψαλέον] Id est, *siticulosum*, cui non satis olei affusum est. Sic ἀπολυδίψιον Ἄρη dixit Homerus: *siticulosam* Apuliam Horatius, ob aquarum penuriam, quasi aridam & siti hiulcam, ut loquitur Virgilius in Georgic. *Idem.*

4 Θυμαλλίδιον] *Iuncum* vel *ulvam* interpretantur: alii rolium ficus fuisse putant. Diminutivum est à θυμαλὶς, *lucerna*, *ellychnium* ἀπὸ τῆς θύμου, quod est herbæ genus, ex quo fiebant antiquitus lucernæ. Pollux. τὸ δὲ ἐμπίπτουσαν τῷ λύχνῳ σπυρὶς, ἀπύρκνιον, φλόμος, lege φλὶμος. Vetus glossarium ab H. Stephano editum testatur σπυρὶς ἐστὶ φλὶμος. At φλὶμος Helychius herbam interpretatur, , quæ usum lychni præbebat. *Idem.*

5 Πῶς ἂν δοίην παλαμεῖ σε τῷ πεπαίδαχε] Concludit ex his omnibus Jupiter Pluti querelam esse injustam, nec admittendam in diversis diversa criminantis, nec sibi constantis. ἀντίμισθοι παρὰ τὸ προσῆκον appellat Theophrastus. Qui tenentur eo vitio, homines censentur iniquæ mentis, quibus sunt questus parasitores, quam gratiæ. *Idem.*

6 Ἄμφω σοι] Docet hic Plutus se prodigos pariter ac tenaces illos merito damnare, cum verus divitiarum usus in mediocritate consistat. *Idem.*

7 Τὸ ἀνειμένον] *Lenitatem* interpretantur alii, minus recte, cum in vitio ponatur,

ἀνεμέσητος, ἀμελὴς, καὶ οὐκ ἀνιηρὸν ὡς ἐμοὶ εἰκῆτος ἂν δοκοίη· [1] τὰς τε αὐκητὰκλειστον τὸν πλοῦτον καὶ σκοτῳ φυλάττοντας, ὅπως αὐτοῖς [2] παχύτητος ὑμοιμαι, καὶ πιμελὴς, καὶ [3] ὑπεργύγης, ἐπιμελουμένης. ὅτι [4] σαθσαπτομένους αὐτοὺς, [5] ὅτι εἰς τὸ φῶς προάγουσι, ὡς μηδὲ ὀφθῆναι πώποτε, ἀνοήτους ἡγοῦμαι εἶναι, καὶ ὑβριστάς. οὐδὲν ἀδικοῦντά με τοσούτοις δεσμοῖς [6] κατασήπουσι· [7] οὐκ εἰδότας ὡς μετὰ μικρὸν ἀπάσαις ἄλλῳ τινὶ

negligentia, non benevolentia, quod ad me attinet, meritò videatur. Illos verò qui me ostiis ac tenebris incluſum ſervant, & ut craſſior, pinguior, imò immenſus fiam, operam dant, nec tamen attingunt ipſi, nec in lucem producunt ne à quoquam videar, illos inquam amentes & contumelioſos recte putem, quippe qui me inſontem tot in vinculis putreſcere cogunt, non intelligentes brevi ſibi abeundum, & me alii cuipiam, cui for-

natur, eaque voce ſoluta quædam profuſio, & immodica libertas ſignificetur. Perſius optime *nimiam lenitatem* exponit. Sed de hujus verbi elegantiâ & vario uſu conſule Budæum, pag. 545. Neutra illa adjectiva ἀνθυπαρκτικῶς ponuntur loco ſubſtantivorum ſuorum, q. d. ἀνήκεστα αὐτὰ, ἀμέλεια ἢ ἀκοινωνησία. Quæ ſequuntur verba, ὡς φῶς ἐμοὶ perperam verſa ſunt à nonnullis: *quod bene erga me affectus non ſit.* Nam τὸ ἀνοίκειον, non ad ſe refert Plutus, ſed ad illos, in quos ſua bona tam prodige effuderat Timon. Recte Salmurienſis. *Ad me quod attinet*, ὡς πρὸς ἐμὲ, ſupple ἀνήκει. Barl.

1 Τὰς τε αὖ κατακλειστὸν τὸν πλοῦτον] Hujus membri lectionis deſcriptionem continet hominum ſordidorum. κατάκλειστον πλοῦτον vocat divitias in arca recluſas, quæ quidem aſſervantur ab avaris, ſed non ad debitos uſus depromuntur χρυσὸν κατάκλειστον ſimili ratione dixit Sextus. Et *veſtem cataclyſtam* Apulejus more Græco accepit, pro veſte pretioſa, quæque in arca claudi ſervarique ſolet, ut ad Tertulliani pallium notat vir conſummatæ eruditionis Cl. Salmaſius. *Idem.*

2 Παχύτητος] Craſſior pinguiorque redditur Plutus, cum in ciſta clauſæ opes uſura & turpibus lucris accreſcunt & augentur. *Idem.*

3 Ὑπεργύγης] Sic proprie vocatur qui ſupra modum tumidus vel pondere gravis eſt, ὄγκος enim tumor, gravitas. ad divitias ſcite transfertur. Sic Plato τὸν ἐκ χρημάτων ὄγκον dixit ingentes & nimias opes, in epiſtol. *Idem.*

4 Οὕτως εἰς τὸ φῶς προάγοντας] Hoc omne Pluti mutuatum ab Ariſtophanis Pluto. tu conſule. Tangit idem in Catapl. in ſomnio & alibi. *Bourd.*

5 Καταπίπτοντας] In activa hic ſignificatione accipitur pro facere vel ſinere ut putreſcant. Similiter & Theophraſtus in Charact. ſordidorum hominum mores deſcribit. Τὸν μικρολόγον, inquit, ἢ τὰς ἀργυροθήκας ἐσὶν ἰδεῖν ὑπερπιάσας, ἢ κλεῖς ἰοβαφεῖς, id eſt, *Sordidorum iſtorum hominum loculos videas ſatis obſitos, & claves ferrugine tinctas.* Cujuſmodi divitibus exitium denuntiat Apoſtolus Iacobus, epiſtolæ ſuæ cap. 5. verſ. 2. & ſequentibus. Vbi iiſdem pæne verbis utitur ὁ Συρὸς ἢ ſcriptor, quibus hic Lucianus & Theophraſtus. *Barl.*

6 Οὐκ εἰδότας] Et hæc τὴν φιλαργύρου inſania eſt non minima, quod dum vivi opibus uti metuunt, eas poſt hanc vitam, quæ nulli vel ad unum diem certa eſt; aliis cogantur relinquere. P. Syri dictum eſt: *avarus niſi cum moritur, nihil recte facit.* Etenim qui ſeſe pecuniæ ſtudio addixit, nulli commodus eſt, dum vivit: ſola mors voluptatem & emolumentum adfert hæredi: non ſecus ac ſus quæ luto ſemper immerſa, non niſi peremta lardo ſuo prodeſt. Vnde Flaccus paſſim

[1] τῶν εὐδαιμόνων με νομιζοντων, [2] ὅτι οὐ τοιούτους, οἵτινες τοὺς πάνυ ἀφειδῶς εἰς ἅπαντα χρωμένους εἰς ἐμὲ τοιούτους ἐπαινῶ, ἀλλὰ τοὺς οὐτε ἄγαν εἰς [3] μέτρον ἐπιβαίνοντας τῷ πράγματι, καὶ μήτε ἀφειδοῦντας τοῦ παραυτίκα, μήτε ἀφειδησομένους τοῦ ὅλου. [4] σκόπει γοῦν πρὸς Διός, εἴ τις [5] νόμῳ γήμας γυναῖκα νέαν, καλὴν, ἔπειτα

fortuna faverit, relinquendum. Quocirca neque illos probo, nec hos qui nimium facilè mihi manus admovent, sed eos, qui, quod est optimum, mediocritate utuntur, ut nec prorsus abstineant, nec penitus profundant. Etenim per Iovem illud considera Iupiter, siquis ubi juvenem & formosam uxorem lege duxerit, postea neque obiervet neque

suos hortatur ne genium defraudent, sed ubi res tempusque exigunt, partis bonis honeste fruantur:

Quis scit, an adiciant hodiernæ crastina summæ
Tempora Di superi?
Cuncta manus avidas fugient heredis amico
Quæ dederis animo. Bapt.

1 Τῶν εὐδαιμόνων] Sic vocat futuros bonorum possessores, quibus singulari hoc modo Deus aut fortuna faverit. δαίμων & voce τὴν τύχην, sive εἱμαρμένην non raro designant Græci, & homines copiosos εὐδαίμονας appellant. Euripides:

Πλούτου δ' ἀπείρατ' ἀδύτερες γάμοι.
Τῷ μὲν γὰρ εὐγένειαν αἰνοῦσι βροτοὶ,
Μᾶλλον δ' κτήσει τοὺς εὐδαίμονας.

Latini quoque beatos vocant divites. Sic Plautus in Pœnulo:

Animum in fortuna invenitur: natura ingenium bonum.
Bonam ego, quam beatam me esse nimio dici mavolo. Idem.

2 Οὔτ' ἂν ἐκείνους] Laudat mediocritatem Plutus, hoc est, eos, qui nec facile nimis ipsi manus admovent, quod prodigorum est: nec penitus ab eo abstinent, ut homines sordidi. Tales & ipse sibi habere optat apud Aristophanem idem Plutus, nimirum qui in re familiari administranda modum teneant, οὐ μετρίως, qualem se gloriabatur esse Chremylus. Ἐγὼ, inquit, χαίρουσι φείδομαι, ὡς ἐδὲν ἀνήρ. πάλιν' ἀναλῶν, ἤνίκ' ἂν τύχῃ δέον, id est, *Ego lubens meo comparco, si quid quam alius: tursum ubi opus est, sumptus facio.* Idem.

3 Μέτρον ἐπιβαίνειν τῷ πράγματι] Est rebus modum imponere. quod & Horatius expressit Serm. lib. 1.

——— *non ego avarum*
Cùm veto te fieri, vappam jubeo ac nebulonem.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum. Idem.

4 Σκόπει γὰρ δὴ Ζεῦ πρὸς τῶ Διὸς] Egregia similitudine rem illustrat Plutus per ἀναπεισμοῦ institura. Prodigum marito comparat, qui uxorem suam libere evagari sinit, omnibusque sine delectu prostituit. *Idem.*

5 Νόμῳ γήμας] De eo dicitur, qui legitimam duxit uxorem, adhibitis omnibus solennibus, ad differentiam τῶ ἀγαμεῖν & ἑταιρίζειν. Quicquid enim extra leges matrimonii fit, scortatio est, sive cum una consuetudo fuerit, sive cum pluribus. hinc & *concubina* meretrix est, licet *univira*, ut eam appellat Hieronymus. Recte Augustinus de Tempore Serm. 164. *Velis nolis, illa quæ præter uxorem tecum dormit, est meretrix.* Illud γήμας est ab anormi γάμω τὰ γαμίσκω, *uxorem duco*, quod de viro propriè dicitur, ut γαμεῖσθαι de fœmina. *Idem.*

1 Μέ-

μήτε φυλάττοι, [1] μήτε ζηλοτυπεῖ τὸ πρᾶγμα, ἀφίεις καὶ βαδίζειν ἔνδον αὐτὴν ἰέναι νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ [2] ξυνεῖναι [3] τοῖς βουλομένοις, μᾶλλον δ' αὐτὸς ἀπάγει μοιχευησομένῳ ἀνοίγων τὰς θύρας, καὶ [4] μαστροπεύων, ἢ παίζεις ἐπ' αὐτῷ καλῶν, ἀρα ἃ τυγχάνεις ἰδὼν δόξειεν ἄν; [5] ἢ σύ γε ὦ Ζεῦ τάχα φαίης ἄν, ἐρασθεὶς ποθ' ἅκις [6] εἰ δέ τις ἐμπαλιν ἐλθοίμεθα [7] γυναῖκα

que omnino zelotypia profequatur, concedens illi ut noctu atque interdiu eat quo velit, & rem cum quibuſlibet habeat, vel potiùs ultro producat ut adulteretur, fores aperiens, proſtituens, & omnes ad eam invitans, num hic amare videbitur? profectò hoc tu nequaquam dices Iupiter, qui ſæpenumero amorem ſenſeris. Rurſum ſi quis ingenuam lege domum dedu-

1 Μήτε ζηλοτυπεῖ] Fidelis enim mariti eſt uxorem ſuam, præſertim ætate florentem, formoſamque, cum propter ſexus imbecillitatem multis expoſita ſit periculis, obſervare & laudabili zelotypiâ proſequi, neque permittere, ut noctu atque interdiu eat, quo libitum eſt. Quam periculoſæ enim minuſque probandæ ſint vagæ illæ mulierum eliminationes, oſtendit pictor ille, qui Venerem nobis exhibuit teſtudini inſiſtentem, quo docere voluit, fœminas debere eſſe caſarias, ut veteri utar verbo, quibus cum tardigrado illo animali, οἰκῶ ſit φιλῶ, οἰκῶν δεῖς. Xenophontis præceptum eſt in Oecon. Τῇ γυναικὶ πλεῖον ἔνδον μένειν, ἢ ἔξω βουλεύειν, *mulieri ſatius eſt domi manere, quam extra eam verſari.* Vnde & Belgis a domeſtica cura *huyſvrouwen* dictæ. *Barl.*

2 Ξυνεῖναι] De converſatione Venerea honeſte dicitur. Sic & συγγίνεσθαι, συνεῖναι, πλησιάζειν, συνομιλεῖν, & ſimilia uſurpant Græci. *συμμίξ λόγως* appellant Græci Patres. *Idem.*

3 Τοῖς βουλομένοις] Ejuſmodi mulier *volgivaga* appellatur in jure Civili, quod & Venetis ποδήμη epitheton eſt apud Lucretium. Euripidi ἰμπλάτειος quod neminem refugiat, ſed omnibus ſe applicet, & adjungat. *Communes matrimonii* cum Eraſmo appellare liceat. *Idem.*

4 Μαστροπεύων] Idem quod προαγωγεύων. Lenonum eſt, qui uxores ſuas filiaſve lucri cauſſa proſtituunt. Quod genus hominum pro dedecus! nullo unquam ſeculo defuit. Talem deſcribit Iuvenal. Sat. 1.

Cum lene accipiat machi bona, ſi capiendi
Ius nullum uxori, doctus ſpectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.

μαστροπὸν deſignat, qui ſe dormire ſimulat, quo licentius uxore ſua potiatur alius. Ejuſmodi maritos pœna mortis afficiendos cenſuit Æſchines contra Timarchum. *Idem.*

5 Οὐ σύ γε] Communicationis ſchema, quod valet ad extorquendam adverſario confeſſionem, dum videt nos in æquitate ejus judicium ponere, ſimulque Iovem ex obliquo ut mollem & ſtupri reum traducit auctor. *Idem.*

6 Εἰ δέ τις ἐμπαλιν ἐλθοίμεθα] Altera pars ſimilitudinis priori oppoſita. Avaros contra ſimiles eſſe docet marito, qui uxore ſua, quam ætate & forma vegetam pulchramque duxit, uti non audet, ſed intactam ſervat, & marceſcere ſinit, cum matrimonii leges poſtulent, amoribus ejus frui, ac liberos procreare. *Idem.*

7 Γυναῖκα γήμῳ παρακλαθεῖν] Idem eſt quod ſupra, γήμῳ γήμας. Addit, εἰς τὴν οἰκίαν. Solebant enim ſponſi novam nuptam parentum ſuorum domo in ſuam deducere. hinc natum illud loquendi genus apud Græcos pariter & Latinos: γυναῖκα εἰς οἰκίαν παρακλαθεῖν, vel ἄγεσθαι: Romani, *aperire domum duxere*, vel

εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ θαλαττίων [1] ἐπ' ἀρότῳ [2] παίδων γνησίων, ὁ δὲ, μήτε αὐτὸς [3] προσαπτοίτο ἀκμαίας καὶ καλῆς παρθένου, μήτε ἄλλῳ προσλείπειν ἐπιτρέποι, ἀγρὸν δὲ τρίφυλλον καταλείποις παρθενεύουσι, καὶ ταύτην ἱερὰν φασκων, καὶ δηλῶν ὡς λευκὸν τὸ χρῶμα, καὶ τὸ [4] σαρκὸς ἐκπεπτηκέναι, καὶ τὸ [5] ὀφθαλμῶν ὑποδεδυκότων, ἐστ' ὅπως ὁ τοιοῦτος [6] παίσειεν δέκνυσι

ducat, acceptam ad liberorum legitimorum procreationem: cæterum nec ipse contingat florentem ætate, decoramque virginem, nec eam ab alio aspici sinat, sed inclusam, orbam, sterilemque in perpetua virginitate contineat, ac interim se amore teneri dicat, & hunc præ se ferat colore, corpore exhausto, refugis oculis, num fieri potest, ut talis quispiam desipere

vel simpliciter *ducere* dicunt. Hesiodus in Operib. Ὀ[illegible]χεῖν δ' γυναῖκα τὴν σὴν οἶκον ἀγινθ. *Tempestive uxorem domum tuam ducito.* Sic Homerus, & alii locuti. ἐλεύθερα vocat mulierem *ingenuis parentibus natam*, non *servam* aut *mancipium*. Barl.

1 Ἐπ' ἀρότῳ] Εἰς τὸ σπείρεσθαι γόνιμα, ut ait Hesiod. εἰς σπορὴν δ' γονῆς. Bourd. Elegantur ἄρετον τῶν παίδων pro *liberorum procreatione* dixit. Plutarchus in lib. de præceptis conjugalibus quadruplicem proponit arationem: unam in Scio, secundam in Raria, tertiam sub ipsa urbe, quam à jugo boum, Buligium nominat; quartam vero omnibus hisce sanctiorem esse dicit, procreandorum liberum. Simili figura loquitur Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 243. Τῶν γὰρ σπερμάτων, inquit, ὁ μὲν σωματικῶν γυναῖκα, τινὲς γόνιμον ποιεῖ, διὸ καὶ πρὸς Ἀθηναίους ἡ σωφροσύνη ἡ κατὰ νόμον, ἐπ' ἀρότῳ παίδων. (Sic malim cum Luciano & Plutarcho, ut etiam notat Gatakerus, quam ἐπ' ἀρότρῳ) ἐκάλουν γένεσθαι καὶ γονεῖς οἱ τεκόντες καλοῦντας. Sunt autem bellæ & verecundæ ejusmodi locutiones, quæ sumuntur ab agricultura. Sophocles de Oedipode: τὴν τεκοῦσαν ἄρουρ, matrem aravit, pro matri se miscuit. Et σπείρειν παίδων ἄλοχα, dixit Euripides tragico more, pro liberos procreare: ad verbum, *seminare liberorum sulcum*. Quin & σπέρμα pro humore prolifico, ipsisque adeo liberis non raro accipitur, qui & *fructus ventris* in sacris litteris appellantur. Præclare Tertullianus lib. de anima, cap. 27. *Natura veneranda est, non erubescenda: conubitum libido, non conditio fadavit, excessus, non status est impudicus.* Barl.

2 Παίδων γνησίων] Sic dicuntur, qui originem habent legitimam, non νόθοι aut ὑποβολιμαῖοι, id est, *spurii vel supposititii*. Idem.

3 Προσαπτοίτο] Verbum προσάπτεσθαι, ut & simplex ἅπτεσθαι de congressu accipitur viri cum muliere. Sic Apostolus 1. ad Corinth. cap. 7. Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, *Bonum est viro mulierem non attingere*, id est, uxorem non ducere, aut cum ea commercium habere. Tremellius: *ad mulierem non appropinquare*, quemadmodum & נגע sive קרב apud Hebræos, & τὸ πλησιάζειν Græcis eo sensu non raro usurpantur. hinc virgo ἀπτὸς sive *intacta*, quæ virum experta non est. *Idem.*

4 Σάρκα ἐκπεπτηῦιαι] Id est, *corpus exhaustum & extabefactum*, ut evenire solet nimio Veneris desiderio flagrantibus nec amore suo potiuntibus. De virginibus idem affirmat Erasmus in colloquio proci & puellæ: *Vidi multas*, inquit procus, *quæ ante nuptias palliebant, languebant, ac velut contabescebant, ex congressu viri sic enituisse, ut tum demum florere cœperint.* ἐκπίπτειν est paulatim extabescere & emaciari. Idem.

5 Ὀφθαλμοὶ ὑποδεδυκότες] Sunt oculi refugi & introrsum retrusi, quod fit ob defectum humoris per calorem consumpti, ut docent medici. *Idem.*

6 Παίσειεν] Id est, *desipere, hallucinari*, παραφρονεῖν. Sumpta tralatio ab iis, qui fides perperam pulsant. *Idem.*

1 Ἐ-

ἀν, δίον παιδοποιεῖσθαι, καὶ ἀπολαύειν ἓ γάμου, καὶ παραμορφοῦσιν δικαίως ὅταν ἢ ἐπίορκον κόλπον, καὶ ταῦτα [1] ἱέρειαν [2] τῆ θεσμοφόρῳ πεῖραν ἀεὶ παντὸς ἓ βίου; [3] ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀχανακτῶ, πρὸς εὐίαν μὲν, ἀτίμως λακπζόμενος, καὶ λαφυσσόμενος, καὶ ἐξαντλεμένος. ὑπ' εὐίαν ἢ, ὥσπερ

sipere non videatur, quippe qui, cum liberis oportuerit operam dare, fruique conjugio, puellam adeò formosam atque amabilem sinat emarcescere, per omnem vitam, tanquam Cereri sacerdotem alens? Hæc & ipse indignor, quum à nonnullis ignominiosè cædor calcibus & lanior, & exhaurior, à nonnullis contrà perinde ut stigma-

1 Ἱέρειαν τῆ Θεσμοφόρῳ] Æschines Demosthen. Æschyl. quales Vestales *Bourd.* Cereri sacerdotem alere dicitur, qui uxorem σωφρονεῖν, hoc est, virginem & intactam servat. Tradit Theocriti Scholiastes ad Idyll. 4. legem fuisse Athenienſibus, ut Thesmophoria (festa erant Cereris) quotannis celebrarent virgines mulieres, vitæque honestæ, quæ per solennitatis diem legales libros & sacros vertice gestantes, tanquam supplicantes Eleusinen contenderent. Idem testatur Ovid. lib. 10. Metamorph.

Festa pia Cereri celebrabant annua matres,
Illa quibus niveâ velata corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum,
Perque novem noctes Venerem tactusque virilis
In vetitis numerant. ———

Hanc continentiam ut sibi faciliorem redderent, salicis aut viticis (ἄγνου Græci vocant quasi ἁγνοῦ) folio lectos insternebant. vide Dioscor. libro 1. cap. 136. & Plinium lib. 23. cap. 9. Nam & salicem habere vim perimendi seminis & libidinis extinguendæ auctor est Theophrastus. ἀφροδισίων κάλυμμα vocat Nicander. Vtebantur ad idem præstandum cnyxâ & cannabine, ut testatur Theocriti commentator Idyll. 7. quæ utraque planta refrigerandi summa vi pollet. *Barl.*

2 Τῆ Θεσμοφόρῳ] Supp. Δημητρί. Sic appellatur Ceres ob legum inventionem. Θεσμὸς Hesychio νόμος θεῖος. *Legiferam* dixit Virgil. 4. Æneid. ad quem locum sic Servius: *Leges Ceres dicitur invenisse; nam sacra ipsius Thesmophoria, id est, legum latio vocantur. Sed hoc ideò fingitur, quia ante frumentum inventum à Cerere passim homines sine lege vagabantur, quæ feritas interrupta est, postquam ex agrorum discretione nata sunt jura.* Θεσμοφόρα Cereris meminit Lucianus, quia de matronis loquitur, quæ Thesmophoria celebrantes à virorum complexu abstinere debebant sive ex maritos haberent, sive viduæ essent & ἀνάνδρους. De quibus & Iuvenalis. *Pauca adeo Cereris vitia contingere digna.* Idem.

3 Ταῦτα ἓ αὐτὸς ἀχανακτῶ πρὸς εὐίαν μὲν] Duo se hominum genera odisse ait Plutus, profusi nimirum ingenii divites & præparcos. Priora verba in prodigos quadrant & dilacerandos nepotes, à quibus λακπίζεσθαι dicitur Plutus, & λαφύσσεσθαι, id est, calcibus cædi & dilaniari. orationc utitur emphatica. τὸ λακπίζειν est λακτίζειν ἀπὸ λακτισμοῦ πλήττειν, calcibus cædere. Ad λάκτιζω refert Eustathius, à quo fut. λάκτιζω, ι in α verso Doricè. At λαφύσσειν verbum est lurconibus aptum. Significat enim ἀκολάστως ἓ δεῖ πολὺ λαπάττειν ἓ ὀικαίως, ut exponit Athenæus, hoc est, *largiter & plurimum consumere & evacuare.* Alterum orationis membrum describit avaros, qui Plutum ut captivum & vinctum serviliter detinent sibique asservant tantum. *Idem.*

1 Σπ-

[1] στιγματίας φαρμακίτης [2] πεδηθείη. [3] Ζεὺς. τί δὲ ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν; ἀλλὰ γὰρ ἄμφω καλῶς τλᾶ δίκλω. οἱ μὲν, ὥσπερ ὁ Τάνταλος, ἄποτοι, καὶ [4] ἄγλυσοι, καὶ ξηροὶ τὸ στόμα, ἐπικεχλιῶτες μέγιστον τοῦ χρυσίου. οἱ δὲ, καθάπερ ὁ Φινεὺς ἀπὸ τῆς φάρυγγος τῶν τροφῶν ὑπὸ ἁρπυιῶν ἁφαιρούμενοι.

gmaticus fugitivus compedibus vincior. *Iup.* Quid igitur adversus illos indignaris? utrique enim egregias luunt pœnas: Hi quidem dum Tantali in morem, nec bibere, nec edere sinuntur, sed ore sicco, auro tantùm inhiant. Illi verò, dum [5] ceu Phineo cibos harpyiæ ipsis è faucibus eripiunt.

1 Στιγματίας] Frontem litteratus hoc charactere ΦΦ. *duplex* pro servo, ut Catapl. *Bourd.* Pro servo accipitur, cujus fronti stigma sive nota φφ. candenti ferro imprimebatur, ut agnosceretur, præsertim si aufugere consuevisset, quod probrosum erat. Plautus *litteratum* festive appellat. Meminit ejus rei Plutarchus in Nicia, ubi de Athenientibus in Sicilia captis. Καὶ αὐτοὺς, inquit, οἰκέτας ἀποδόσθαι σήζοντες ἵππον εἰς τὸ μέτωπον. *Et eos ut servos vendebant equi signo eorum fronti impresso.* Item Valerius Max. lib. memorab. 6. cap. 8. *Servus ab eo vinctorum pœna coercitus, inexpiabili ejus litterarum nota per summam oris contumeliam inustâ.* Barl.

2 Πεδηθείη] Servi enim in nervo & compedibus habebantur. hinc πεδὸν Ἥλωτ apud Hesych. & Suidam. πέδη vero omne genus vinculorum significat, quibus maleficorum pedes constringuntur. *Idem.*

3 Ζεύς. Τί δὲ ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν] Tantali & Phinei exemplis ostendit Iupiter, nihil causæ esse Platoni, cur tantopere indignetur adversus prodigos & avaros, cum miseratione potius digni censeantur, ut qui ambo pœnas suæ stultitiæ sat graves luant. Tantali fabulam refert Homerus: aliter Pindarus, Euripides, Alcæus. Vnde Casaubonus figmentum illud de pœna Tantali vestigium esse credit historiæ Adami ob legis prævaricationem à Deo e Paradiso ejecti, de quo dici possit, quod de Tantalo suo ait Pindarus in Olymp. κατασχεῖν μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη· κόρῳ δὲ ἅλων ἀτασθάλῳ, id est, *concoquere magnam felicitatem non potuit: sed saturitate accepit damnum immensum.* In divites avaros aptat Horatius lib. Serm. 1.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congestis undique sacris
Indormis inhians.

Quod est ὀπτανθείην τοῦ χρυσίου, ut hic loquitur Plutus. *Idem.*

4 Ἄγλυσοι] Ἀγλύσουσι τὸ ἐδίῳ Hebræorum more. *Idem.*

5 Ceu Phineo cibos] De Phineo Virgil. 3. Æn. *Cogn.* De Phineo Agenoris filio qui rex fuit Thraciæ, paulo aliter historiam refert Diodorus Siculus lib. 4. Hic secundum duxerat uxorem Idæam Dardani filiam, cujus suasu filios suos ex Cleopatra Boreæ & Orithyæ filia susceptos excæcavit. Quapropter & ipse excæcatus est, & Harpyæ contra eum missæ, quæ cibos & mensam ejus turpissimè fœdarunt, de quibus legendi Apollon. lib. 2. Argonaut. Martial. lib. 9. Æschylus in Eumenid. nec non Apulejus lib. 10. de Asino aureo. Finguntur Harpyiæ simile volucres monstrosæ, facie virgineæ, unguibus vultures, quarum ingluviem & fœditatem pulchre describit Virgilius 3. Æneid. & Ovid. 7. Metamorph. hic dictæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, a diripiendo. Vnde *harpax* & *harpagare* pro rapere apud Plautum. Ἁρπακτικοὺς δαίμονας interpretatur Suidas. Alii φυσικῶς eo nomine ventos intelligunt. Sunt qui ad historiam referant, & pelices Phinei ea appellatione effigiari putant, quas aula expulere Calais & Zethes, Boreæ, hoc est, Septen-

trio-

[1] ἀλλ' ἄπιθι ἤδη σωφρονιστέρῳ παρέσεσθαι τῷ Τίμωνι σύντυχόμενον. Πλοῦ. οὐκοῦν δὲ ποτὲ παύσεσθε ὥσπερ ἐκ πηγαίου τετρυπημένου, πᾶν ὅλως ἐπορυλῶσαί με καὶ ἀπολιπεῖν ἐξαντλοῦντες, [2] φθάσαντες βυλόμενον τὴν ἐπιῤῥοὴν, μὴ [3] ὑπερεκτλον εἰς πυθμένα, ἐπικλύσω αὐτούς; [4] ἔστι γὰρ τῇ [5] Δαναΐδων πίθῳ ἀδιαφορήσειν

piunt. Sed abi jam, cordatiorem multò nacturus Timonem. *Plut.* An ille aliquando desinet me velut ex [2] foraminoso cophino, priusquam omnino influxerim, data opera exhaurire, quasi conetur occupare, quo minùs influam, veritus ne si copiosius infundar, ipsum undis obruam? Quò fit ut in Danaidum dolium aquam mihi

trionalis plagæ reguli ex Orythia apud Ilissum capta; filii, in quibus est ὁ μαχαιρίτης Vossius Theol. Gentil. lib. 3. cap. 99. *Phineo* non inepte comparantur prodigi: scorta & parasiti sunt veluti *Harpyiæ*, quarum tædissimo contactu res amplissimæ, maximæque opes facile dissipantur. Barl.

1 Ἀλλ' ἄπιθι ἤδη] Sequitur nunc θεόσταγμα sive mandatum. Iupiter enim auditis ultro citroque Pluti querelis, eum abire jubet, non dubitans, quin Timone posthac usurus sit cordatiore. Paupertas enim homines reddit circumspectiores, multoque quam antea frugaliores. nam qui per nimiam profusionem facultates suas exhausere, eos tandem egestas cogit largiendo finem facere, & temperantiæ studere. *In fundo parcimonia est*, ut proverbio dicitur. Timonem Plutus cophino assimulat foraminoso, qui nihil liquoris retinere possit. κόφινος autem corbis est e vimine contextus formam habens orbicularem. Vnde Nonnus: δινωτὸν κυκλα κοφινον. Vbi nota secundam produci in *cophinus*, quæ ab aliis corripitur. Nansius ad Nonni paraphrasin. *Idem.*

2 *Foraminoso cophino*] Allusum ad Danaides de quibus Ovid. 4. Metam. *Cognatus.*

3 Φθάσαι βυλόμενον] Verbum φθάνειν *antevertendi* seu *præoccupandi* significationem fere habet, quasi *prævenire volens influxum.* Barl.

4 Ὑπερεκτλον εἰς πυθμένα] Dicitur Plutus, cum uberius hominem locupletat. Supra dixit, ὑπερεκτλον ὑδρεῖν pro enormi contumelia. Mirum videri possit, cur tam male ominetur de Timone Plutus, quasi ad mediocritatem nullo pacto reduci queat, cum tamen à prodigalitatis extremo facilior sit ad liberalitatem regressus, quam ab avaritia, quæ longius distat à medio. Sic enim philosophus ethic. lib. 4. cap. 1. ὅτι ἀσώτου, inquit, δόξειε ἂν εἶναι μᾶλλον ἐλευθέριον τὸ ἀναλωτικὸν εἶναι· ἰατὸς γὰρ ἐστι, καὶ ὑπὸ τῆς ἡλικίας, καὶ ὑπὸ τῆς πενίας, καὶ εἴ τι τὸ μέσον δύναται ἐλθεῖν. ἐκεῖ γὰρ τοῦ δεῖ δώσει, καὶ οὐ λαμβάνει· hoc est, *Qui prodigus est, non paulo esse melior illiberali videtur. Nam & sanabilis est, tum ætate, tum inopia, & ad medium venire potest. Habet enim liberalis hominis nonnulla. Etenim donat, non accipit.* Contra vero avarus est δύιατος, id est, *difficulter sanari potest*, quia avaritia, ut idem Aristoteles ostendit, semper magis atque magis crescit. Vnde & hoc infert σόφισμα, prodigum quod ad ingenium attinet, per se non esse malum & improbum, sed potius hominem simplicem & ἀλίθιον, quia temere & inutiliter profundit eas opes, quas reliqui homines magni faciunt, & quodammodo honorant: imo pro quibus consequendis non pericula aut labores ullos subire recusant, & in quibus major pars hominum suam felicitatem positam esse arbitratur. *Idem.*

5 Ὥστε εἰς τὸν τῆς Δαναΐδων] Prodigum Timonis ingenium dolio insuper comparat Danaidum, quod pertusum est, nec liquorem continere potest. Fuit Danaus Argivorum rex, Ægypti frater, qui quinquaginta filias, sed ex diversis conjugibus genuisse dicitur, quæ ab avi nomine *Belides*: à patris autem nomine *Danaides* appellantur. Hæ cum totidem Ægypti filiis nupsissent, Danaus ut respon-

μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, ἢ κύτος μὴ ἔχοντος. ἀλλὰ σὺν σίσυνήσῃ, χεδὸν ἐκχυθησομένῃ ἢ ἐπιρρέοντος ὑπὸ τοῦ, σύντομον τὸ ἐκ τοῦ ἔκχυσιν κεχηνὸς ἢ πίθε, ἐκκύλιν ἢ ἔξοδος. Ζεύς. ἀκοῦσι εἰ μὴ ἐμφράξῃ τὸ κεχλιῶς τοῦτο, καὶ εἰς τὸ ἄπαξ ἀναπεπταμμένον, ἐκχεόμενον ὑπὸ βραχεῖ σου, ῥᾳδίως ἀρήσῃ τοῦ διαρρέοντος αὐτῆς, καὶ τοῦ δικέλλου ἐν τῇ τρυχὶ ἢ πίθε. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη,

hi videar allaturus, frustraque infuturus, vase non continente liquorem: imò priùs propemodum effuso quod influit, quàm influxerit: adeò latus dolii hiatus ad effusionem, ac liber exitus. *Iupiter.* Proinde ni hiatum istum obturaverit, perpetuamque perstillationem sistere conetur, tè propediem effuso, facilè rursus fagum & ligonem in fæce dolii reperiet. Verùm abite jam; illum-

sponsum accepit se à genero interfectum iti, filiabus auctor fuit, ut facta simul conjuratione sponsos omnes interimerent. quod factum ab illis, una (alii duas statuunt) excepta, nimirum Hypemnestra, quæ Lynceum maritum suum servavit, à quo Danaus, postquam annos regnasset quinquaginta, interfectus est. Ob hanc impietatem tali supplicio Danaides apud inferos finguntur plecti, ut assiduo dolium pertusum aqua cogantur implere, è quo tantundem effluit, quantum infunditur. Vnde natum proverbium, εἰς τὸν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορεῖν, de quo Erasmus. Fabulæ hujus quoque meminit Lucianus in Hermot. in Dipsadib. nec non in dialogo Crateris & Diogenis. Convertitur ad varios usus. hic in prodigos aptatur, qui simulatque opes accepere, continuo eas effundunt. *Barl.*

1 Τὰ κύτος μὴ σχῇ.] Vox κύτος generatim significat omne concavum. πίθος κύτος, *dolii sinus* vel *alveus* est. Hesychio non tantum exponitur σῶμα, ὄγκος, sed etiam χώρημα, βάθος. Notandum hic τὸ σχεῖν idem esse, quod συνέχειν, & proprie usurpari de iis, quæ aquam continere dicuntur, nec per rimas aut foramina eam transmittunt, cui opponitur διακπίπτειν, vel διαχεῖσθαι, apud Plutarchum. hinc σίχη tectum; quod pluvias abarceat, & στεγανὸς, Hesychio, ὁ διαφράττων στέγειν τὸν λύχνον. in quem non competit illud Terentii: *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.* Vocabulum est πολύσημον, de quo si placet, vide doctissimas Gathakeri lucubrationes contra Pfochenium, & Salmasii exercitat. in Solinum. *Idem.*

2 Ζεύς] Iupiter in sua persistens sententia Plutum ad Timonem abire vult, quem nisi oblata fortuna prudentius utatur, brevi ad egestatem & pristinos labores denuo redactum iri prædicit. Notandum hic τὸ ἀμεταθέτως τοῦ Διὸς in Iove. *Idem.*

3 Ἐμφράξῃ τὸ κεχλιῶς] Alludit ad præcedentem fabulam de dolio Danaidum participium pro nomine politum: τὸ κεχλιῶς αὐτῷ τῷ χάσματι. Sunt enim Græci φιλομίσχοι. Sic initio hujus Dialogi: ἀναπλήρου τὸ κεχλιῶς dixit, quod hic ἐμφράττειν, *obstruere seu obturare hiatum.* Idem.

4 Τὸ ἄπαξ ἀναπεπταμμένον] *Per semel apertum foramen.* Erasmus, *perpetuam perstillationem* vertit. malim *effusionem.* τὴν ἔκχυσιν, paulo ante vocavit. nam *perstillationis* vox hic minus apta videtur, cum non χαλάσῃ, hoc est *stillatim*, sed χύδην & *copiosè* suas opes prodegerit Timon, ut supra ostensum. εἰς τὸ ἄπαξ, idem valet, quod εἰς τὸ ἀεὶ, *semper*, *in perpetuum.* vulgo *semel pro semper.* Idem.

5 Ἐν τρυχὶ] In fæce, id est, in fundo dolii. Simile apud Gallos de Chymistis jactatur dictum: *au fond du creuset, le gibet.* Postquam enim auri conficiendi artem frustra scrutati sunt Chrysopæi isti, consumptisque opibus ad egestatem

tem

πρὸ πολυπόζητα αὐτόν. [1] σὺ δ μίμνησο ὦ Ἑρμῆ ἐπανιὼν, ὡς ἡμᾶς ἄγειν τοὺς Κύκλωπας [2] ἐκ τῆς Αἴτνης, ὅπως τ κεραυνοὺς ἀκονήσωσι, ἐπισκιάσουσιν, ὡς ἤδη γε πρυμνὸν αὐτῶν δεησόμεθα. [3] Ἑρ. σκοπώμεθα ὦ πολύτι. τί τοῦτο ὑποσκάζεις; [4] ἰλεληθεῖς με [5] ὠχρὰν ὄντα ὦ τυφλὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χωλὸς ὤν. [6] Πλοῦ. ἐκ ἀεὶ τοῦτο ὦ Ἑρμῆ, ἀλλ' ὁπόταν μὲν ἀπίω παρὰ πατρὸς ἐπὶ πραφθεὶς ὑπὸ Διὸς, ἐκ οἶδ' ὅπως

illumque ditate. Tu verò Mercurii memineris redeundo Cyclopas ex Ætna ad nos adducere, quò fulmen cuſpide reſtituta reſarciant. Nam eo nobis acuminato erit opus. *Merc.* Eamus Plute. Quid hoc? num claudicas? Equidem ignorabam ô præclare, te non cæcum modò, verùm etiam claudum eſſe. *Plut.* Hoc non eſt mihi perpetuum Mercurii: ſed quando ad aliquem à Iove miſſus proficiſcor, neſcio quomodo

tem redacti, nihil reliquum ipſis, niſi ut ex deſperatione reſtim ſibi emant, quo gulam frangant. *Barl.*

1 Σὺ δ μίμνησο ὦ Ἑρμῆ ἐπανιὼν] Mercurio ſpeciatim mandat Iupiter, ut reverſus ab itinere Cyclopas ex Ætna ſecum adducat, qui fulmen reſarciant atque reparent. nam ſupra dixerat, dum avidius in Sophiſtam Anaxagoram jacularetur, fractos fuiſſe duos eoſque maximos radios, cuſpidemque rejuſam. Fabulantur poetæ Cyclopas Vulcani eſſe miniſtros Iovi ſua fulmina fabricantes, ſic dictos ab eo quod unicum haberent oculum, eumque orbicularem. κύκλῳ enim circulus & ὠψ, vultus ſive oculus. Vnde & Cocles nomen accepit illuſtris Romanus, quaſi Cyclops, quod μονόφθαλμος eſſet. Ex his autem Cyclopibus potiſſimum tres celebrantur, *Brontes*, *Steropes* & *Pyracmon*, de quibus poëta lib. 8. divini operis, & Apollonius Argonautic. 1. *Idem.*

2 Ἐκ τῆς Αἴτνης] Locum indicat unde vocandi eſſent Cyclopes, ex Ætna ſcil. ſede & officina eorum. Hinc fratres Ætnæi Virgilio, vel propter ignes ex eo monte perpetuo ebullientes: vel, quod magni eſſent inſtar Ætnæ. Homerus tamen Iliad. 6. Vulcanum introducit non in Ætna, ſed in cœlo ſine Cyclopum opera Thetidos rogatu fabricantem arma Achillis. Fabulæ phyſicam interpretationem dat Servius ad locum *Virgilii* ſupra citatum, & Natalis Comes lib. 2. cap. 6. Mythologiæ ſuæ. *Idem.*

3 Ἑρμ. Περισκοπῶμεν ὦ πλοῦτι] Sequitur Mercurii & Pluti colloquium. Mirantur claudicationem Pluti Mercurius. ὑποσκάζειν & χωλὸν εἶναι hic σωματικῶς poſuit Lucianus. Fingitur autem Plutus in adventu claudus, in receſſu alatus, quod ſerius quidem opes contrahantur: partæ autem; niſi frugaliter diſpenſes, velociſſime dilabantur. Eundem & cæcum faciunt & judicii expertem, propterea quod indigniſſimum quemque opibus affluere videamus: probos contra & condignos in re tenuiſſima ut plurimum verſari. Hinc Plutus jam viſu recepto apud Ariſtophanem. οἷοις δεῖ, inquit, ἀνθρώποις ξυνεῖναι ἐλάνθανον. ἐὰν ἀξίως ἢ τῶν ἐμῶν ἐμπείρως ἐφοίτων. id eſt, *cum qualibus & quantum iniquis viris verſatus ſum. Dignos autem meo conſortio deſugi.* Idem.

4 Ἐλελεῆσθαι τυφλὸς ὤν] Græca σύνταξις; *latebat me vel ignorabam te cæcum eſſe.* plura ejuſdem conſtructionis exempla habet Budæus pag. 899. *Idem.*

5 Ὠχρὰν ὄντα] Γενναῖον voce per illuſionem fere utitur Lucianus, ut ſupra dictum. Idem eſt qui ὠχραῖος & ἀνδρεῖος Heſychio, ab antiquo ὠχρὸς vel ὤχρος, quo genus denotatur, quaſi generoſus, ex familia ac genere nobili ortus. *Idem.*

6 Πλοῦ. Οὐκ ἀεὶ τοῦτο ὦ Ἑρμῆ] Reſponſio Pluti, ad hoc quod claudicationem ſuam ſpectat, quam non ſibi perpetuam eſſe ait, ſed tunc demum obtingere, quando à Iove mittitur. Docet figmentum probos & à Iove dilectos, aut

ὅπως βραδύς εἰμι κ̀γ̀ [1] χωλὸς ἀμφοτέρως, ὡς μάλις [2] τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα, [3] παρηρεφατω̃ν οὐδενὶ ἔτι πελάσαντος. [4] ὁπόταν δ' ἀναγκασθῶ ἀπιέναι, ἀλατὸς γίγνομαι.

modo tardus & claudus utrinque sum: ita ut ægrè metam pertingam, quum nonnunquam qui me operiebatur, priùs insenuit. Sed quum discedendum est alatum

nunquam aut tarde in hac vita felices ac divites fieri. Vult enim Iupiter virtutem per se amari, propter aliud. Nam si illi demum divites evaderent, qui virtutem colerent, plerosque videremus ideo virtutem amplecti, quod per eam ditescerent. Atque ita virtutem non propter se, sed propter opulentiam amarent. Contra vero improbos & Diti gratos cito ditescere minuit, cum fieri non possit, ut opum facultatumque tam expedita facilisque & pæne momentanea, ut ita loquar, adeptio, conquisitio, possessio justa esse & legitima censeri debeat. Hinc Iuvenalis Sat. 14.

Dives qui fieri vult,
Et citò vult fieri. sed quæ reverentia legum?
Quis metus aut pudor est unquam properantis avari?

Tardus igitur incessu est Plutus, cum ad eos ablegatur, quos æquus Iupiter amavit, id est, ad homines pios & virtute præcellentes, cujusmodi opes laudat Hesiodus, eaque vocat χρήματα ἀχ' ἁρπακτὰ, sed θυσδοτα, hoc est, *opes non rapto quæsitas, sed divinitus concessas*. Barl.

1 Χωλὸς ἀμφοτέρως] Ἀμφιγυήεις. Vt Vulcan. Homericus. Aristoph. in Plut. *Bourd.* Scilicet ποσὶν, *utroque pede claudus.* Homero ἀμφιγυήεις, quod Vulcani epitheton est. *Barl.*

2 Τελεῖν ὀλὶ τὸ τέρμα] Pertingere ad metam. ubi τελεῖν perinde esse videtur ac si diceretur, τελεῖν τὸ δρόμον, *conficere cursum.* τέρμα vero curriculi meta est, hoc est, locus, in quo stabant ad palmam accipiendam post peracta spatia οἱ τερματοφύλακες. Alio nomine λύσιμον appellant Græci: *calcem* & *cretam* Latini. Distinguitur autem à metis, circa quas flectebant currus suos iidem cursores. de quo Salmas. ad Solinum. *Idem.*

3 Περιηρεφατω̃ν οὐδενὶ] Hac de re perelegans extat epigramma in Anthol. Græca, sed incerti auctoris, ubi senex quidam ὀφίπλαξ hunc in modum de se conqueritur:

Ἦν νέος, ἀλλὰ πένης· νῦν γηραὸς πλούσιός εἰμι.
Ἦ μεν ἐν παύροις οἰκίσεις ἐν ἀμφοτέροις.
Οὔτε τότε μὲν χρῆσθ' ἐδυνάμην, ὅτε καὶ δύνασθαι εἶχον.
Νῦν δ' ὅτε μὴ δύναμαι, τοτ' ἔχω.

Quod sic Latine vertit mellitissimus poeta Iohannes Secundus:

Pauper eram juvenis, nunc tandem ætate senili
Diteſco; hei misero, tempore utroque mihi:
Vti cum poteram, nummorum copia deerat:
Copia nunc superest larga, sed usus abest.

4 Ὁπόταν δ' ἀπαλλάττωμαι δύνω] Alterum orationis membrum, quo declarat Plutus, se quidem in accessu esse βραδύτατον, sed in discessu alatum & quavis ave celeriorem. Nam ut docet Plutarchus in præceptis civilibus: nullæ sunt fortunæ tam amplæ, quæ nisi κέντρῳ & διαστήμασι circumscribantur, ad usus necessarios sint sufficturæ. Hinc plurimos videre est, qui per luxum & gulam brevissimo tempore ad inopiam redacti sunt, promi magis quam condi. Nam qui tantum promit: nihil autem recondit sive reponit, is ad Divam Peniam velis, quod ajunt, equisque properat. A talibus aufugere dicitur Plutus perniciſſimis pedibus, & alatus esse cum discedit. Velocitatem suam illustrat similitudine petita à stadii decursore, qui velut saltu stadium transmensus, quam ocyssime præ-

ἅπαντα δῆτα, πλοῦτον ὄψει, πολὺ τοῦ ἱππίου ἀκύτερον. Ἅμα γὰρ ἔπεσεν ἡ [1] θαλαγξ, παίω ἤδη ἀναπηδήσομαι νενικηκὼς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, μὴδὲ ἰδόντων σύλλογοι τῶν θεατῶν. [2] Ἐμοῦ. Οὐκ ἀληθῆ ταῦτα φής. ἐγὼ δ' ἐθέλω σοι εἰπεῖν ἕτερα μέν σοι, χθὲς μὲν [3] οὐδὲ ὀβολὸν ὄντα, [4] περίαλτα βεβηκότας ἐφ' ἵππων, ἄφνω δὲ πλουσίους, καὶ [5] πολυτελεῖς,

tum videbis, avibus longè celeriorem. Vnde fit ut amoto repagulo, protinus voce præconis victor pronuncier, saltu stadium transmensus, ne videntibus quidem aliquoties spectatoribus. *Merc.* Ista haud vera narras. Imò ego tibi permultos commemorare queam, quibus heri ne obolus quidem erat ut restim emerent, qui hodie repentè divites facti splendidè vivant, al-

præconis voce victor pronunciatus est, ὑπερπηδᾶν τὸ στάδιον, plus est quam διαδραμεῖν. Transilire stadium dicuntur qui summa pedum pernicitate valent. Ejusmodi cursores σταδιοδρόμοι dicti, nomenque pro modo cursus sortiti sunt. *Bail.*

1 Θαλαγξ.] Propriè scutica est seu flagellum, quo subulci porcos agitant, παρὰ τὸ πλήσσειν τοὺς ὗας. Hic ita vocatur repagulum seu funis obtentus τοῖς ἱπποδρόμοις, quo laxato dejectoque curriculum ingrediebantur. Erat autem propriè regula, ut Salmasius docet, paulo altius è solo efata, & opposita cursoribus, quæ dato signo currendi repente dejiciebatur. Vnde ὕσταλγξ πεσεῖν & καταπεσεῖν dicitur. Diversa igitur erat à carceribus ubi consistebant οἱ σταδιεῖς. quem locum ἀφετηρίαν & καμπτῆρας, itemque βαλβῖδα nuncupant Græci. *Idem.*

2 Ἐμοῦ. Οὐκ ἀληθῆ ταῦτα φής.] Continetur his verbis ἀναισθὴ sive refutatio supra dictorum, vel potius objectio à contrariis. Refellit enim Mercurius hoc quod de tardo incessu dixerat Plutus, permultosque esse ait, quibus cum heri ne obolus quidem esset, subito evaserint divites. *Idem.*

3 Οὐδὲ ὀβολὸν ἔχειν.] Inter hyperbolas posuit Erasmus, dequé eo dicitur, qui maxima rei familiaris inopia laborat. Erat autem obolus æreum numisma minutulum; ita dictum quod obelisci, *id est, veruli imaginem præferret*, testé Plutarcho in Lysandro. *Idem.*

4 Περίαλτα βεβηκέναι.] Sic fine hujus dialogi. *Bourd.*

5 Πολυτελεῖς.] Appellat eos, qui splendidè sumptuoseque vivunt à πόλις significante sumptum. Athen. lib. 2. πολεῖν. inquit, τὸ δαπανᾶν, & πολυτελεῖς οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες, & δύσπολεῖς, οἱ ὀλίγα. Notandum & hoc dicendi genus, δύο λευκὰ ζεύγη ἐξελαύνειν, quo proverbialiter eos significat, qui supra alios longe fortunatiores sunt, & honoratiores. Sic Plautus in Asinaria. *Nam si huic occasioni tempus sese subterduxerit, nunquam adeptus album quadrigis indipiscet posteà.* τὸ ζεῦγος non tantum de bigis, sed & generalius de trigis ac quadrigis, adeoque quovis vehiculo usurpatur. Torquent se Grammatici, quid per *albas quadrigas* intelligat Comicus. Sunt qui *Iovis* interpretantur, ut quæ celerrimo per cœlum cursu ferantur, si quando tonat vel fulgurat. Quod & confirmare videtur Bourdelotius, qui ad hunc locum & Heliodorum notat, ideò quadrigis albis in triumpho usos fuisse veteres, quod Iovis quadrigas crederent albas, ad cujus morem se componebant οἱ τεθριαμβεύοντες. Quod ita censuisse priscos etiam tradit Suetonius in August. cap. 49. Hinc invidiam sibi conflarat Camillus, quod in triumpho curru ejus albis equis juncto urbem invectus esset: quasi humano fastigio ampliorem vindicare honorem, paremque supremo Iovi videretur. τὸ ἐξελαύνειν, quod obiter notandum, de equitatu dicitur. ut ἐξάγειν & ἐπεξάγειν de peditatu. *Bail.*

[1] ἐπὶ λάμυκῶν ζεύγους ἐξηλαύνοντας, οἷς οὐδὲ κάνθον ὑπῆρξε πώποτε· ἐμοὶ δὲ ὅμως πορφυροῖ, καὶ [2] χρυσοχείρες πεῖρανται. μέλλω οὖν πιστεύοντες εἶμαι, ὅπῃ ὄναρ πλουτῶσιν. [4] Πλοῦτ. ἑτεροῖον τοῦτ' ἐστὶν ὦ Ἑρμῆ, καὶ οὐχὶ πῖς ἐμαυτῷ ποσὶ βαδίζω τοπ. οὐδὲ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ Πλούτων ἀποστέλλει με παρ' αὐτούς, ἵππ πλουτοδότης, καὶ μεγαλοδώρος καὶ αὐτὸς ὤν. δηλοῖ γοῦν καὶ τῷ ὀνόματι. [5] ἐπειδὰν τοίνυν μετοικισθῆναι δέῃ με παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον, [6] εἰς δέλτον ἐμβαλόντες με, καὶ κατασημηνάμενοι ἐπιμελῶς, φορτίδων ἀπάμενοι, [7] μετακομίζουσι. καὶ ὁ μὲν, νεκρὸς σὺν σκοτεινῇ πυρῇ οἰκίας

albis quadrigis vehantur, quibus ne aſellus quidem ante ſuppetebat: ii tamen purpurati, & manibus aurum geſtantes obambulant: qui ne ipſi credere poſſunt, quin [4] per ſomnium divites ſint. *Plut.* Iſthæc alia res eſt, ô Mercuri, neque enim tum meis ipſius ingredior pedibus: nec à Iove ſed à Dite tranſmittor ad eos, qui & ipſe opum largitor eſt, magnaque donans: quod ſuo etiam nomine declarat. Itaque quoties eſt mihi ab alio ad alium demigrandum, in tabellas injiciunt me ac diligenter obſignatum, & ſarcinæ in morem ſublatum tranſportant. Interea defunctus ille, alicubi in tenebricoſa ædium parte

1 Ἐπὶ λάμυκῶν ζεύγους] Sic de Merced. cond. dixi ad Heliod. fine operis. *Bourd.*

2 Χρυσοχείρες] Intelligit eos qui digitos auro ſeu aureis annulis ornant. χρυσοδακτυλίους eleganter appellat Apoſt. Iacobus epiſt. ſuæ cap. 2. *Barl.*

3 *Per ſomnium divites*] Vt piſcator apud Theocrit. Eclog. 9. *Cogn.* Paroemia eſt uſurpaturque de immodicis votis. Nam quicquid optant aliqui, id ſomniare contingit. Sic Micyllus cerdo apud Lucianum ſe divitem ac præpotentem ſomniat. Apud Theocritum piſcator ſomniat aureum piſcem. Hujuſmodi omnes κατ' ὄναρ μακαρίους, id eſt, ſomnio beati ſunt, quemadmodum loquitur Tullius, vel quiſquis auctor declamationis in Salluſt. *Vnde tu*, inquit, *qui modo ne paternam domum redimere potueris, repente tanquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, villam Tiburti & Cæſaris reliquas poſſeſſiones accepiſti?* Sunt igitur per ſomnium divites, qui repente divites facti, nec ipſi ſciunt, unde tanta opulentia obvenerit. *Barl.*

4 Πλοῦτ. Ἑτεροῖον τοῦτ' ἐστὶν ὦ Ἑρμῆ] Reſpondet Plutus ad objectionem Mercurii per diſtinctionem. Fatetur quidem ſe cum à Iove mittitur, tardum eſſe pedibus, ſed à Plutone ablegatum non ſuis, ſed alienis pedibus incedere ac velocem eſſe. Hinc fieri, ut improbi & ſceleratí homines repente divites fiant, feliceſque præ cæteris conſpiciantur. Nam tales Diti, hoc eſt, Plutoni ſunt grati, Orciquetandem victimæ futuri. Notandum ruſſus, etſi Plutus à Plutone diverſus ſit ſecundum poetas, utrumque tamen divitias largiri creditum. Vnde πλουτοδότης hic & μεγαλόδωρος appellatur, hoc eſt, *opum largitor & magna donans.* Quinimo & nomen ſuum debet τῷ πλοῦτῳ, id eſt, *divitiis*, eſtque nihil aliud Plutо Phyſice conſideratus, ut ſupra diximus, quam interior terra quatenus metallifera eſt. *Idem.*

5 Ἐπειδὰν τοίνυν μετοικισθῆναι δέῃ με παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον] Deſcribit tandem Plutus, quo pacto ab uno ad alium tranſeat hæredem teſtamento vel codicillis. *Idem.*

6 Εἰς δέλτον ἐμβαλόντες] Eſt hæredem bonorum conſtituere. δέλτος Lucianus accipit pro *tabula* vel *cera teſtatoris*, in qua teſtamentum perſcribitur, κατασημαίνεσθαι eſt obſignare & ſigillo ſuo confirmare. ὀπισθογράφησις, quod poſt ſcriptionem fiebat. *Idem.*

7 Μετακομίζουσι] Teſtamenti à teſtatore obſignati tranſportatio deſcribitur, ſimul-

ἀποθνήσκει), ὑπὲρ τὸ γήραπι παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ σκεπόμενος, [1] ὥσπερ ὑπὸ τραπέζῃ τοῖς γαλαιῖς. [2] ἐμὲ δ' οἱ ἐπιλαπίσοντες, ὁ τῇ ἀγορᾷ ὠθούμενος [3] κεχηνότες, [4] ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσιπτάμενον [5] τετριγότες οἱ νεοττοί. [6] ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῇ, καὶ [7] τὸ λῖνον σύλλη-θῇ, καὶ ἡ δίαλος ἀνοιχθῇ, καὶ ἀνακηρυχθῇ μου ὁ κληρος διαστὰς, ἤτοι συγγενής τις, ἢ κόλαξ, ἢ κηδεμών, ἢ ὑπηρέτης, ἢ ὅλως ὁ τὰ πλείστα ἐπιτρεπόμενος, ἐγὼ δὲ ἐκ τοῦ πλησίον ἀκούσας, ὅτι ἐμὲ κληρονομεῖ, ἐπιπηδήσας τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἀσπασάμενος, καὶ ἐπιφιλήσας, καὶ ἐπιπλακεὶς, ἐπὶ τὸν τάφον ἀκολουθήσω, καὶ ἐπιθήσω τῷ κηδεύματι, καὶ ἐπιδακρύσω, καὶ ἐπιστενάξω, καὶ ἐπιμνησθήσομαι τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ἐπιδείξω τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, καὶ τὸν ἀνεψιὸν, καὶ τὸν ἐξάδελφον, καὶ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, καὶ τὸν ἐκ τοῦ πατρός. ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος ἐπὶ τῷ ἀκούσματι ἀναπηδήσας, καὶ ἀναβοήσας, καὶ ἀναστενάξας, καὶ ἀναδακρύσας, καὶ ἀναμνησθεὶς τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ἀναδείξας τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτοῦ, καὶ τὸν ἀνεψιὸν, καὶ τὸν ἐξάδελφον, καὶ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, καὶ τὸν ἐκ τοῦ πατρός, ἐπὶ τὸν τάφον ἀκολουθήσει, καὶ ἐπιθήσει τῷ κηδεύματι, καὶ ἐπιδακρύσει, καὶ ἐπιστενάξει, καὶ ἐπιμνησθήσεται τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ἐπιδείξει τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, καὶ τὸν ἀνεψιὸν, καὶ τὸν ἐξάδελφον, καὶ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, καὶ τὸν ἐκ τοῦ πατρός. ἐπὶ τούτοις ἐγὼ ἐπὶ τῷ ἀκούσματι ἀναπηδήσας, καὶ ἀναβοήσας, καὶ ἀναστενάξας, καὶ ἀναδακρύσας, καὶ ἀναμνησθεὶς τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ἀναδείξας τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, καὶ τὸν ἀνεψιὸν, καὶ τὸν ἐξάδελφον, καὶ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, καὶ τὸν ἐκ τοῦ πατρός

πεπύγων οἰκέτης, [1] ἐκ παιδικῶν τιμῆς, [2] τιλξυσμένῃ τὴν γνάθον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤδη [3] ἐξωρὸς ὢν ὑπηρέτησεν αὐτῇ, μέγα τὸ [4] μίδωμα ὁ χρυσᾶς δπλαξέων, [5] ἑκὼν δέ μιν, ὅπως ἂν ἢ ποτε ἀποπασάμενός με [6] αὐτῇ δίλτῳ, [7] θὲς φέρων, ἀντὶ δὲ [8] τίος Πυρρίης ἢ

vulus obſcœnus, qui puerili obſequio favorem meruerit, etiam tum mento ſubraſo, pro variis omnigeni que voluptatibus, quas ipſi jam obſoletus ſuppeditavit, ingens ſcilicet præmium ferens generoſus quiſquis tandem ille fuerit, nonnunquam me ipſis cum tabellis arreptum, fugiens adportat nomine commutato, ut qui modò Pyrrias, vel Dro-

tabulæ Teſtamentariæ colligabantur, & craſſius erat eo, quo ſuitur. *lineum funiculum* vertit interpres. *Barl.*

1 Ἐκ παιδικῶν τίμιος] Id. Dial. Mort. interpretes Martial. & Petronii. *Bourd.* Sic & in Dialogo mortuorum loquitur. τὰ παιδικὰ de præpoſtera Venere intelliguntur: *catamitus* Latini vocant, & *ſtorta maſcula*. Barl.

2 Τιλξυσμένῃ τὴν γνάθον] Mollium & cinædorum erat mentum reliquaſque corporis partes ξυρῷ, id eſt, *novacula* radendas & lævigandas tradere, quod & παρακνᾶν τὰς γνάθας dixit Ariſtoph. in Ranis, *vellicare genas*, pro depiles reddere. Ita Clitthenem quendam traducit hominem γυναικώδη & pathicum. Idem παρακνᾶσθαι dicebant, nec tantum viris, ſed & fœminis impudicis utitatum fuit, quæ & ſuas item habebant παρακνᾶτρίας, hoc eſt, ejuſmodi mulieres, quæ turpi miniſterio pilos evellebant, glabramque reddebant eam corporis partem, *per quam ſexus fœmineum & ſoboleſ prodire & nomen ſolet acquirere geniti*, ut Arnobius loquitur, *iique in morem hiſtriculi & nondum duri puſiones*. Nec ſolum novacula fiebat illa corporis depilatio, ſed & pice calida, (πίσσαν Græci vocant) item dropace: medicamentum eſt, quo piloſa loca ad tempus levia ac glabra redduntur. *Idem.*

3 Ἐξωρὸς ὤν] Iuvenem deſignat qui amabilem ætatem exceſſit: ὥρα tempus id ætatis ſignificat, quo maxime vegeti ſumus. *Exoletum* Latini vocant. Cicero de Clodio: *Ille qui ſecum ſemper ſtorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.* Orat. pro Milone. Id genus homines non paucos circum ſe habuiſſe Heliogabalum ferunt, quos deinde Alexander Severus rerum potitus, partim in inſulas deportandos, partim naufragio mergendos curavit. teſtis eſt Herod. lib. 5. & Dion in Fragmentis. *Idem.*

4 Μίδωμα] Turpe verbum & meretricis capturam ſignificat. Diſtinguitur à voce μισθὸς, ut merces vel quæſtus à captura. Ammonius de differentiis vocum: μισθὸς μισθώσεως διαφέρει. μισθὸν μὲν ἔστιν ὁ δίκαιος· μίσθωμα δὲ τὸ ἀτοπώτερον. hinc μίσθωμα λαβεῖν idem eſt quod ἑταιρεῖν. Et μισθώτειρα γυναῖκας pro meretricibus, quæ ſimiliter à merendo apud Latinos nomen accepere. *Idem.*

5 Ἑκὼν δέ μιν] Quam ſæpe in manus devolvatur ſervuli alicujus lorarii, quamque indignis modis ab eo excipiatur, pluribus oſtendit Plutus. ἑκὼν δὲ μὴ: Hi enim ſunt qui per libidines ditantur, & *teſtamenta merentur Noctibus*, ut luvenalis loquitur. *Idem.*

6 Αὐτῇ δίλτῳ] Deeſt præpoſitio σὺν. Sic Homerus in Iliade: αὐτοῖς τοῖς ἵπποισι καὶ ἁρμασιν, id eſt, *cum equis & viris.* Idem.

7 Θὲς φέρων] Attice, pro φέρε θέων. *aſportat currens*, vel *currendo*. Sic ἀνύσας πέμψε, apud Ariſtoph. in Pluto, pro πέμψων ἀνυσον *currendo*, hoc eſt, *confeſtim perfice.* Idem.

8 Τίος Πυρρίης] Dixerunt ad Perſium viri clariſſimi: de his nominibus copioſe Ariſtoph. *Bourd.* Pyrrhias, Dromo, Tibius ſervorum apud Comicos nomina

Δρόμων, ἢ Τίβιος, [1] Μεγακλῆς, Μεγαβύζου, ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς, τὰς μὰν τλω κεχηνότας οὐδενὸς εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντας καταλιπὼν, ἄλλης [2] ἄγοντας τὸ πρᾶγμα, εἷς αὐτὰς ὁ [3] θύννος ἐκ μυχῶ τῆ σαγήνης διέφυγεν, σὺκ ὀλίγον τὸ δίλεαρ [4] καταπιών. [5] ὁ δὲ, ἐμπεσὼν ἀθρόως εἰς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ [6] παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τοῖς [7] πέδαις πε-

Dromo, vel Tibius, jam Megacles, aut Megabyzus, aut Protarchus appelletur. Cæterùm illos nequicquam hiantes, neque mutuum intuentes relinquit: ac verum luctum agentes, quòd ejusmodi thynnus ex intimo sagenæ sinu effugit, devorata non exigua esca. Atque hic repentè totus in me irruens, homo ineptus & rudis, compedes adhuc

mina sunt, qui vel à capillitio rufo, vel cursu aut gente sic appellati. *Τίβια* enim ἡ ὅλη φυγάς Suidæ. *Barl.*

1 Μεγακλῆς] Fuit Megacles ex illustri Alcmæonidarum genere, qui tertiæ parti Atticæ regionis præfuit, nempe Paraliæ sive oræ maritimæ, de quo Aristophanis interpres in Nebulis, itemque Vespis. *Megabyzus* autem nobilis Persa, unus ex septem, qui Magorum tyrannidem sustulerunt, à Dario rege dux exercitus in Europa relictus. Fuit & alter Sopyri filius, qui dux exercitus extitit in Ægypto adversus Athenienses & socios, de quibus legere est apud Herodotum lib. 3. *Protarchi* nomen imperii præfectum sive principem sonat. *Idem.*

2 Ἄγοντας τὸ πρᾶγμα] De frustratis hæredipetis hoc dicit, quibus nihil relictum præter luctum. Sic Horat. Sat. lib. 2. de Corano:

Tum genter hoc facies: tabulas socero dabit atque
Vt legat, orabit, multùm Nasica negatas
Accipiet tandem, & tacitus leget invenietque
Nil sibi legatum præter plorare.

πλὼ ἢ τὸ οἰμώζειν, Græco more. *Idem.*

3 Θύννος ἐκ μυχῶ τῆ σαγήνης] Ælian. hist. animal. Proverb. sic id. Piscat, inde σαγηνεύειν. Bourd. Proverbium: de hoc pisce Plin. lib. 9. c. 15. Athen. lib. 7. *Cogn.* Vtimur hoc loquendi genere, quoties commoditas aliqua, quæ jam propemodum tenebatur, præter exspectationem subito præripitur. Extat etiam in Piscatore. Simili figura dixit Terentius: *Crucior bolum tantum mihi esse ereptum subito e faucibus.* Est autem thynnus piscis, qui magno numero capitur in portu Lusitano ad Vlyx bonam & juxta mare Herculeum, sic dictus παρὰ τὸ θύειν, quod est ὀρμᾶν. hinc θύνος, & geminata littera Æolice θύννος, à motus vehementia. nam impetu & furore quodam fertur & æstro agitatur sub ortum Canis. Inter cete numerat Galen. 3. de alim. facult. *Barl.*

4 Καταπιὼν] Pro καταπεπωκώς. Degeneravit hoc verbum à simplici πίνω, & sæpius de carnibus & piscibus usurpatur pro *devorare.* δίλεαρ esca proprie dicitur qua pisces capiuntur. hinc δελεάζειν pro *inescare*, quod κωλάζειν simitur de occulta & insidiosa captione: cui respondet Hebr. רמה, id est, escam, vel ejusmodi quicquam projiciendo fallere ac decipere. *Idem.*

5 Ὁ δὲ] Describit porro Plutus servuli hæredis conditionem & habitum. ἀστεῖος vocat, hoc est, *vita mundiori atque eleganciori expertem*, cujusmodi esse solent servilis ingenii homines. In Glossis exponitur *insanus*, *insolens.* Et infrunitus quasi ἄφρων vel infrons, ut placet Lipsio. *Idem.*

6 Παχύδερμος] Aptum servis epitheton, quod cum plagis perferendis, tum oneribus & farcinis portandis destinati sint (unde παιδαγωγοὶ Comicis dicti) cutem habere soleant crassiorem & callosiorem. *Idem.*

7 Πέδαις περιέλκων] Quod παιδηγοὺς esse consuevenant, ut supra ostendit.

φελκὼς, καὶ εἰ παρεὶς ἄλλο [1] μαστιξείη τις, [2] ὀρθὸν ἵστησι τὸ ὦς καὶ [3] τὸν μυλῶνα, [4] ὥστε τὸ ἀνάκτορον σεσωκὼς, οὕτω ἐπ φοντὸς ἐν τοῖς σὺν τύχαισιν· [5] ἀλλὰ τὰς π ἐλαύνῃ ὑβρεις, καὶ τὰς ὁμοδούλας, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῷ π τοιαῦτα ἔξεστι. ἄρχῃς ἂν [6] ἢ ἐς πορνίδιον π ἐμπεσὼν, ἢ ἱπποτροφίας ἐπιλυμήσας,

huc horrescens, & siquis alius loro increpet, stans arrectis auribus, & pistrinum tanquam templum adorans, non amplius iis in quos incidit, est tolerabilis: sed & ingenuos contumelia afficit & conservos flagris cædit, experiens num sibi quoque similia liceant: donec aut in scortulum illapsus, aut alendorum equorum studio captus, aut

Lucianus. hinc σίδων & τριπλῶν pro servo maligno & verberone, qui sæpius in carcerem conjectus fuit. *Bisl.*

1 Μαστιξείη τις] Servi item μαστιγίαι dicti quod ob maleficia loris cæderentur. Vnde *lorariorum* frequens mentio apud Plautum, qui & *cottabos bubulos* per jocum vocat verbera, quæ cum crepitu ingeruntur servili tergo. Quin & ὑστριχίδι olim flagellari, id est, loro e setis suillis confecto: ut ex Aristoph. liquet. Item, *virgis ulmeis*, unde *ulmitribas* & *ulmorum Acherontes* eosdem appellat Comicus. Sic ille in Rud. *Tergum obtestor tuum, ut tibi uberem ulmeam esse speres virgindemiam.* Idem.

2 Ὀρθὸν] Vernilitatem ejus porro indicat, cum arrectis illum auribus stare dicit, siquis vel loro increpet equi ad initar, qui simulatque flagelli strepitum audit, *micat auribus, & tremit artus*, ut Maro loquitur 3. Georg. *Idem.*

3 Τὸν μυλῶνα] Solebant item servi à Dominis in pistrinum dedi ob noxam. Vnde, *pistrino dignus*, apud Terentium. Erat autem locus, in quo panis pinsebatur, seu mola quam versabant mancipia, pro quibus hodie jumentis utimur, aut molis pneumaticis aquaticisve. Apulejus in asinum transformatus, molas pistrinenses per circuitus multivios circumegisse se festiviter scribit, describens quales essent ministri in pistrinensi contubernio: *Sunt homunculi*, inquit, *vibicibus lividinis totam cutem depicti, dorsumque plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quam obtecti: nonnulli exiguo tegmi tantummodo pubem injecti, cunctis tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti, frontes literati, & capillum semirasi & pedes annulati.* Idem.

4 Ὡς τὸ ἀνάκτορον σεσωκὼς] Facete pistrinum ut templum adorare dicuntur servi, quod in eo ad fidem & obsequium edomantur, Deosque scelerum suorum vindices revereri discunt. Plautus similiter dixit, servos *carcerem habere pro domo sua*, in Captiv. τὸ ἀνακτορον, proprie regia est. hic templum ita vocatur sed peculiariter Cereris. Hetychius: ἀνάκτορον, τὸ τ Δημητρός. scil. ἱερόν. Quidam pro ἀνακειον hic positum putant, quod templum est τῆς δεσποίνης, de quo supra dictum. *Idem.*

5 Ἀλλὰ τὰς τοιαύτας ὕβρεις] Docet Plutus servo, cum ad lautiorem fortunam pervenit, nihil esse arrogantius, nihil intolerabilius. Paulo ante dixit, eum non esse φορητὸν πῖς σὺν τύχαισι. Nunc quam insolens sit quamque contumeliosus non modo in conservos suos, sed etiam homines liberos, ob oculos ponit. Vere Claudianus in Eutrop. *Non bellua terrior ulla est: Quam servi rabies in libera colla furentis.* Vnde paræmia celebratur quam & Ioseph. Scaliger refert in Stromateo suo, Μήποτε δεσπόσασα γυνὴ, δέσποινα γένοιτο, id est, *Nunquam ancilla fiat domina.* Solent enim ejusmodi homines, qui servitutem serviverunt, cum ex humili fortuna subvehuntur ad res amplas, multo esse insolentiores, minusque ferendi, quam qui divites vel felices nascuntur. *Idem.*

6 Ἢ ἐς πορνίδιον] Docet item Plutus, male parta, male dilabi. Nam ser-

vus

τῇ κόλαξι παραδὺς ἑαυτὸν ὑμνύειν, [1] ἢ μὲν δίμορφόν τε ῥᾴθ' Νιρέως εἶναι αὐτὸν, δίγλωσσον δ' Ἑρμοῦ Κέκροπος, ἢ Κόδρου, συνετώτερον δ' Ὀδυσσέως, πλουσιώτερον δὲ σωφρονοῦς Κροίσου ἰκκαίδεκα, οὐ φέρουσι δ' ὅλως ἄθλιοι ἐκ πολλῶν ἐπαρχιῶν, καὶ ἁρπαγῶν, καὶ πανουργιῶν συνειλεγμένα. [2] Ἑρ. οὕτω πως χρὴ φῆς τὰ πράγματα. ἀτὰρ πῶς ἂν ἐν αὐτοῖς βαδίζοις, πῶς ἂν τυφλὸς ὢν δι' ἐρήμους τοὺς ἀγροὺς; ἢ πῶς ἀφιγνώσεις ἐφ' ὃς ἄν σε ὁ Ζεὺς πέμψειε, κἄπειτα δ' πλουτεῖν ἀξίους; Πλοῦ. οἶσθα γὰρ δι' ἐρήμους με οἱ πόδες ἴσασι; Ἑρ. μὰ τὸν Δία ἀ πάνυ. [3] ἐγὼ γὰρ Ἀριστείδου καταλιπὼν, [4] Ἱππονίκου δὲ Καλλίᾳ συσκήσας, δ

aut adulatoribus ſeſe tradens, dejerantibus Nireo formoſiorem eſſe, Cecrope, Codrove generoſiorem, callidiorem Vlyſſe, ditiorem verò ſedecim ſimul Crœſis, momento temporis ſemel effundat infelix, quæ minutatim multis ex perjuriis, rapinis, & flagitiis fuerant collecta. Iſta fermè ſic ſe habent uti narras. Verùm ubi, tuis ipſius ingrederis pedibus, quî tandem cæcus cùm ſis viam invenire potes? aut quî dignoſcis ad quoſnam Iupiter te miſerit, dignos illi viſos qui divitiis abundent? *Pl.* Enimvero credis me reperire iſtos ad quos mittor? *Merc.* Per Iovem haud quaquam. Neque enim Ariſtide præterito ad Hipponicum, & Calliam acceſſiſſes, tum ad multos

vus Domini ſui bonorum hæres factus, ea quæ multis ex perjuriis, rapinis & flagitiis corraſa fuere, ſcortis iterum, aut equis alendis diſſipare ſolet, idque momento temporis ſimul ac ſemel. *ἱππονομίας* meminit, quod equorum alendorum ſtudium magno conſtet, ut in Phidippide ſuo oſtendit Strepſiades apud Ariſtoph. in Nebul. *Barl.*

1 Ἢ μὲν δίμορφόν τε ῥᾴθ'] Id. Dial. Mort. & copioſe in Somnio ubi de Simonide. *Bourd.* Proverbium eſt, quod ab Eraſmo prætermiſſum miror. Fuit Nireus Charopi & Aglaiæ filius, omnium Græcorum poſt Achillem formoſiſſimus, de quo Homerus Iliad. β. Νιρεὺς δὲ κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. De reliquis, quæ ſequuntur, adagiis conſulatur eruditiſſimus Chiliadum ſcriptor. *Barl.*

2 Ἑρ. οὕτω πως χρὴ φῆς τὰ πράγματα] Approbat ſermonem Pluti Mercurius, ſed mirari ſe dicit, quo pacto cum cæcus ſit, viam invenire poſſit, vel dignoſcere eos, ad quos mittitur. *αὐτόπους* ire dicitur qui ſuis ipſius pedibus iter facit, non indigens ductore aut vectore. *Idem.*

3 Οὐ γὰρ Ἀριστείδου καταλιπών] Hac de re oratores Græci. Idem Iove confutat. *Bourd.* Fatetur Plutus ſe cum oculis ſit captus, non repetire eos, qui digni videantur, ut opibus abundent: alioquin haud futurum, ut Ariſtide præterito ad Hipponicum, Calliam, ſimiliſque farinæ nequam homines ſe conferat. De Ariſtide quod ait, vir fuit Athenienſis nobilitate & juſtitia inſignis. Vnde & Iuſti cognomentum adeptus eſt. Hujus juſtitiam non ferens Themiſtocles exilio decem annorum damnari curavit. Tandem ab exilio revocatus cum multas præfecturas geſſiſſet, in tantâ paupertate obiit, ut vix tantillum pecuniæ corradi potuerit, quæ vespillonibus, & vilibus cadaverum funeratoribus daretur. Sic de eo Cornelius Nepos lib. 3. *Ariſtides*, inquit, *qua fuerit abſtinentia, nullum eſt certius indicium, quam quod, cum tantis rebus præfuiſſet, in tanta paupertate diſceſſit, ut qui efferretur, vix reliquerit.* Barl.

4 Ἱππονίκου δὲ Καλλίᾳ] Callias & Hipponicus duo itidem viri Athenienſes, pater & filius, ob luxum & libidinem celebratiſſimi, quorum meminit Ariſtophanes

πολλοῖς ἄλλοις Ἀθηναίων οὐδὲ ὀβολοῦ ἀξίοις. [1] πάλιν ἄλλα πρᾶττεις καταπεμφθείς; Πλοῦ. [2] ἄνω κἀκ κάτω πλανώμενον [3] Περιόντων, ἄχρις ἂν λάβῃ τινὶ ἐμπτῶν. ὁ δ', ὅστις ἂν τοιοῦτος μὴ ὑπάρχῃ, ἀποχαλᾷ ἐᾷ, [4] σὲ τ' Ἑρμῆν ἐπὶ [5] τῷ παραλόγῳ δ' κέρδει σώσαντα. [6] Ἐρ. ἀκὰν ἐξαπατᾷ ὁ Ζεὺς φιλομυθῶν σε καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα, πλουτίζειν ὅσους ἂν οἴηται δ' πλουτεῖν ἀξίους; Πλοῦ. καὶ μάλα δικαίως ὦ χρῆμα. ὃς γὰρ τυφλὸν ὄντα εἰδώς, ἔπεμπεν ἀναζητήσοντα δυσευρέτους

tos alios Athenienſes, ne obolo quidem dignos. Cæterùm quid facis emiſſus? *Plut.* Surſum ac deorſum circumcurſans oberro, donec imprudens in aliquem incidero. Hic autem quiquis ille ſit, qui forte primus me nactus ſit, abducit ac poſſidet, te Mercurii pro lucro præter ſpem objecto adorans. *Merc.* Num ergo fallitur Iupiter, qui credat ex ipſius ſententia, ditari abſte eos, quos dignos exiſtimarit qui diteſcerent. *Plut.* Et jure quidem optimo fallitur ô bone, quippe qui cùm me cæcum eſſe probè ſciat, emittat veſtigatum rem uſque adeò

phanes in Avib. & Concion. Item Athenæus lib. 12. In Calliam vulgaris jocus extitit: Καλλίας πτερορρυεῖ, Calliæ defluunt pennæ, de quo Scholiaſtes apud Comicum, & Eraſmus in magno opere. Fuit & alter Phamphi filius, ὁ γνησικὸς ἵππον πῶλ' ταπέρην καὶ πέντακις ὴν Ὀλυμπάδα ut idem refert interpres. De Hipponico, quem ob inſanos amores ἱππόδινον appellat Ariſtophanes ad nomen alludens, ſcribit Lyſias, quod totius Græciæ fuerit opulentiſſimus. *Barl.*

1 Πάλιν ἄλλα τι φαῦλα πράττεις καταπεμφθείς] Docet Plutus, opes non ſemper optimis & cordatiſſimis, ſed pro Iovis arbitrio nunc bonis, nunc malis contingere. At cum cæcus ſit Plutus, contingit ſæpius, ut improbis obveniat, quam probis. Hinc Theognis: Πολλοὶ πλοῦτον ἔχουσιν ἀίδριες, οἱ δὲ τὰ καλὰ ζητοῦσιν χαλεπῇ πειρώμενοι πενίῃ, id eſt, *multi divitias habent imperiti: alii autem honeſta quærunt gravi oppreſſi paupertate.* Idem.

2 Ἄνω κἀκ κάτω πλανᾶσθαι] De eo dicitur, qui cæco impetu huc illuc fertur. Terentius pro eodem dixit, *ſurſum prorſum curſare*, i. e. huc illuc. Proverbiale ſchema eſſe notat Donatus. *Idem.*

3 Περιόντων] Verbum περιοσεῖν de iis uſurpatur, qui ſic ingrediuntur, ut unde profecti ſunt, eodem ſæpe videantur reverti. Hinc feſtive admodum Chremylus apud Ariſtoph. reſpondet Pluto, qui cum vereretur, ne perderetur à Iove, ſi viſum reciperet: *Non te perdet*, inquit, *ſed jam perdidit*, ὅστις σε προσταίοντα περιοσεῖν ἐᾷ. Nam fieri non poteſt, quin, qui cæcus ſurſum deorſumque oberrat, ſæpe impingat, & tandem perdatur. *Idem.*

4 Σὲ τ' Ἑρμῆν] Sic poſt hoc Dial. Inde cognomentum Mercurii κερδῶο. Bourd. Si quid lucri præter exſpectationem obveniret, id Mercurio lucri Deo acceptum ferebant veteres. Tradit Heſychius in jactu quodam ſolere priſcos boni ominis gratiâ præfari Mercurium: *dexter nobis ſit Mercurius*: in convivio ἀγαθὸν δαίμονα, vel Διὶ σωτῆρι. hinc κερδῶο Ἑρμῆς, *Mercurius lucrifer*, de quo infra. Et κοινὸς Ἑρμῆς dicebatur, cum duo pluresve in via aliquid reperiſſent, quod in commune dividendum erat. *Barl.*

5 Τῷ παραλόγῳ τε κέρδει] Attica conſtructio pro, παραλόγῳ τῷ κέρδει. Latini hoc imitati ſimiliter dixere: *albi piſcium*, *degeneres canum*, & ſimilia. παράλογον vocat τὸ παρὰ λόγον συμβεβηκός, quod præter opinionem vel exſpectationem obvenit. *Idem.*

6 Ἐρ. ἀκὰν ἐξαπατᾷ ὁ Ζεύς] Plutus, ut Iovis numen elevet, ignorantiam & errorem illi intrepide tranſcribit. Virum bonum vocat χρῆμα δυσεύρετον, id eſt,

ἔστιν χρῆμα, καὶ [1] περὶ πολλοῦ ἁλιλοιπὸς εἶναι δοκεῖ. ὅταξ [2] δὲ καὶ ὁ Λυγκεὺς ἂν ἐξεύροι ῥᾳδίως ἀμφυρῆ ἔστιν ἢ μικρὸν ὄν. [3] τυφλοῦσθαι μὲν τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ὀλίγον ὄντων, πονηροὺς δὲ πλείους ἐν ταῖς πόλεσι [4] τὸ πᾶσι ἐπικρατοῦντας, ῥᾴον εἰς τοὺς πολίτας ἐμπίπτειν εἰκέναι, καὶ [5] σαγηνευόμενα τοῖς αὐτῶν.

adeò repertu difficilem, & jam olim è vita sublatam, quam ne Lynceus quidem facilè inveniret, cùm adeò sit obscura & minuta. Quare cùm rari sint boni, improbi verò in civitatibus omnia obtineant, oberrans facilè in istius farinæ homines incido, & ab illis irretior. *Merc.*

est, rem inventu difficilem, ob eorum penuriam. *Rari quippe boni*, (inquit Iuvenalis) *numero vix sunt totidem, quot Thebarum porta, vel divitis ostia Nili.* Et Horat. epist. lib. 1.

——— Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges juraque servat,
Quo multa magnaque secantur judice lites,
Quo responsore, & quo causse teste tenentur.

Eorum quam rara sit seges, omnium seculorum praxis abunde docuit. Iuvenalis Sat. 13.

Egregium sanctumque virum si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti jam sub atratro
Piscibus inventu & fata comparo mula.

Ἀμαυρὸν χρῆμα, dicitur res quæ oculis humanis vel obscure vel nullo modo videtur. Quod & apte quadrat in virum bonum. Conspicitur enim in confertâ improborum turba, ut Sol ἐν ὁμίχλῃ; hoc est, obscure & quasi per nebulam, ut Plutarchus loquitur. *Barl.*

1 Περὶ πολλοῦ ἁλιλοιπὸς] Nec minus verè dictum à Pluto, ἀνδρὰ παράδοξον rem esse veteris ævi, & jam diu exoletam. Vnde & Injustus apud Aristoph. in Neb. ἀρχαῖα & Διπολιάδη esse ait, quæ de veteri disciplina, sanctisque moribus jactaret lustus. *Idem.*

2 Οὐδ' ὁ Λυγκεὺς] Nec obscura tantum res est vir bonus, sed adeo exilis etiam, ut ne Lynceus quidem ipse eam facile repererit, cujus viri perspicacitas non ex eo paræmix locum fecit quod fodinas metallorum æris, argenti & auri primus invenerit, ut vult Lycophronis interpres; vel quod saxa & arbores oculorum acie penetraret, similemve ob caussam, sed potius, quod insignis fuerit astrologus, qui, ut Plinius refert natural. histor. lib. 2. cap. 17. novissimam Lunam primamque eadem die vel nocte, Græci νέαν vocant, primus dicitur reperisse. quam sententiam quoque confirmat alter seculi nostri Varro G. Vossius lib 2. Gentil. Theol. cap. 19. *Idem.*

3 Τυφλοῦσθαι μὲν τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ὀλίγων ὄντων] Concludit Plutus, cum boni tam rari sint, & pessimi quique in urbibus rerum potiantur, non mirum videri debere, si cæcus oberrans in homines nefarios facile incidat, & eorum retibus illigetur. *Idem.*

4 Τὸ πᾶσι ἐπικρατεῖν] Est *rerum potiri & pro potestate omnia regere*, idem quod κρατεῖν. Sic Aristoteles non semel de Deo dixit, ὁ τὸ πόσμου ἐπέχων. Alias verbum est philosophicum ex secta ἐποκεπτικῶν, significatque idem quod *retinere & inhibere assensionem*, ut interpretatur Cicero. *Idem.*

5 Σαγηνεύειν | *Nassam* significat vel *finum retis*, in quem capti pisces deveniunt. Hesychio πλέγματα ἐν καλάμοις. hinc κατὰ μεταφορὰν dicuntur σαγηνεύεσθαι, qui veluti pisces sagena, sic & alio quocunque modo capiuntur & irretiuntur. *Idem.*

[1] Ἑρ. εἶτα πῶς ἐπιδὺν καταλίπῃς αὐτούς, ῥᾳδίως φεύγεις σὺν οἷς τοιαῦτα ὠδύρω. ἐξυβρίσθης τέως πῶς καὶ ἀσπίτως γεγονὼς ἀσθενὴς τάχιστα φυγῆς. Ἑρμῆς. ἦ δῆλος εἶ τοῦτο ἀπεκδεχόμενος. πῶς γὰρ φίλος ὤν, [2] εὐπορίστῳ γὲ, καὶ πολυπόθητος ἀγαθὸς, καὶ [3] βαρὺς σὺ τοῖς σκέλεσιν, [4] τοσούτους ἐχόντων ἑταίρους, ὥστε πάντως δυσωλίπτην εἰς σὲ; καὶ

Merc. At quî fit ut quoties eos deseris, facilè aufugias, cùm viæ sis ignarus? *Plut.* Tum demum acutum cerno, pedibusque valeo, solummodò quum fugiendi adest opportunitas. *Merc.* Illud etiam mihi respondè: quî fit ut cum oculis sis captus (dicendum enim est) præterea pallidus, & cruribus gravis, tot habeas amatores, adeò ut omnes in te defigant oculos: & si potian-

1 Ἑρ. Εἶτα πῶς ἐπιδὺν καταλίπῃς αὐτούς] Quæstionem aliam movet Mercurius, rogatque Plutum, qui fiat, ut celeriter fugiat, cum improbos deserit, præsertim oculis captus & viæ ignarus? Eo docetur opes injustè partas non esse diuturnas, sed ut brevi temporis spatio, perque nefas conquisitæ sunt, sic & cito justa Numinis ultione dilabi. Quæ quam vera sint, Cicero egregie demonstrat in Antonio, cujus rapacitatem & ingluviem describens Philipp. 2. *Quam insolenter*, inquit, *statim bellua invasit in ejus viri* (Pompejum intelligit) *fortunas, cujus virtute terribilior populus Romanus exteris gentibus, justitia charior? Incredibile & simile portenti est, quonam modo ille tam multa, quam pauca non dico mensibus, sed diebus effuderit.* ἐξυβρίσθης hic opponitur non τῷ ἀμέλυτος τοῦτο, ut alias, sed τῷ πυλαπόδητι, *cautienti.* ἀμπόδα vocat *hominem integris pedibus*, ἀμπὸν τῷ πόδα, qui utroque pede valet, non mancus aut claudus. Hanc pedum pernicitatem & oculorum perspicaciam sibi adesse ait Plutus, quando tempus est ab improbis fugiendi. Videmus enim ea quæ per imbecilliorum compilationes, & scelera hinc inde corrasa sunt, in corvos iterum & milvos converti, ut in Phædone suo declarat Socrates. *Barl.*

2 Ἑρμῆς. Ἐπὶ δὴ μοὶ τοῦτο ἀπεκδεχόμενος] Scisciatur porro Mercurius causam, cur, cum adeo deformis sit Plutus, tam multos tamen habeat amatores sui & assectas, qui felices se judicant, cum ipso potiuntur: sin voto frustrentur, vitam sibi vitalem esse negent. *Idem.*

3 Βαρὺς] Hoc interfatur Mercurius χαριεντίζων, ne corporis vitia liberius notanti succenseat Plutus. *Idem.*

4 Βαρὺς σὺ τοῖς σκέλεσι] Idem est quod χωλός. uno nomine vocatur βαρυσκέλης, qui *tardis cruribus incedit.* epitheton est Vulcani in Epigrammn. qui propterea *tardipes* appellatur à Catullo. Supra etiam βοσκὸν se esse fatetur idem Plutus. τὸ σκέλος sive crus pars corporis organica est, præcipuum ambulationis instrumentum. *Idem.*

5 Τοσούτους ἑκοστὰς] Quam multos sui amatores & assectas habeat Plutus, quantaque inter mortales potentia valeat, præter Aristoph. ostendit etiam Iohannes Secundus in sua, quam elegantissimis versibus descripsit, Pecuniæ regia, ubi sic ait:

Hæc est illa, cui famulatur maximus orbis,
Diva potens rerum, domitrixque Pecunia fati,
Telluris magna Plutique facerrima proles.

Et paucis interjectis:

Prima quidem teritur concursu semita denso,
Virque viro, pede pes urgetur, & omnis eodem
Turba ruit properans juvenumque senumque virumque:
Antra sonant plausu gradientum, dura gemiscit
Et subsidit humus repetito saucia passu. Idem.

3 Εἰ-

τον χρυσὸν μὴ; [1] Εὐδαιμονῶν οἴεσθε. εἰ δὲ ἀπόρρητον, [2] οὐκ ἀνίκατος ζῶντας. [3] οἶδα γὰρ πάνυ οὐκ ὀλίγους αὐτῶν ὄντα σε [4] δυσέρωτας ὄντας, ὥστε κἂν εἰς, [5] βαθυκήτου πόντου φέρηται, ἔρριψαν αὐτοὺς, καὶ πετρῶν κατ' ἠλιβάτων, ὑπεροφρονοῦντας νομίζοντες αὐτὸ σὲ, ὅπως δὲ [6] τὴν ἀρχὴν ἔφασαν αὐτούς. [7] πολλὰ ἀλλὰ κἂν σὺ ἂν οὐ οἶδα ὅτι

tiantur, fœlices videantur; sin fruſtrentur, non ſuſtineant vivere? Ex his quidem non paucos novi, qui ſic perditè te amarint, ut ſe aëreo è ſcopulo in alta piſcoſi maris, præcipites abjecerint, rati faſtidiri ſeſe abs te, propterea quòd illos nullo pacto reſpexiſſes. Quanquam ſat ſcio, tu quoque fateberis, ſi quo modo tibi

1 Εὐδαιμονῶν οἴεσθε] Refutat hanc πλοῦ χρυσοκτησῶν opinionem Ariſtoteles lib. 1. Ethicor. ubi εὐδαιμονίαν definit *ultimum & perfectiſſimum hominis bonum*, quod divitiis competere nequit, quæ ſolum propter aliud expetuntur. *Barl.*

2 Οὐκ ἀνίκατος ζῶντας] Pro ζῆν Vita enim carere malunt homines, quàm opibus. βίον ἀβίωτον vocat Ariſtoteles, vitam, quæ vivendi ſubſidiis deſtituta eſt. Et Comicus: ὁ βίος βίου διώκῳ· οὐκ ἔστι βίος: *Vita haud vocanda eſt vita vitæ indiga.* Conducunt enim divitiæ πρὸς τὸ εὖ ζῆν, ad bene commodeque vivendum, & inſtrumenta ſunt exercendarum virtutum, ut docet Philoſophus Ethic. lib. 4. Sed ita comparatum eſt cum pleriſque mortalium, ut plenè ſe vivere haud putent, ſi non habeant affatim, unde victitent, adeoque vita illis videtur acerba & indigna nomine vitæ. Nam de phylargyris ejuſmodi hic loquitur Mercurius. *Idem.*

3 Οἶδα γὰρ πάνυ οὐκ ὀλίγους αὐτῶν] Reſpicit Lucianus carmen Theognidis, quod ſcripſit de paupertate: Χρὴ πτῶσιν φεύγοντα ἐς μεγακήτεα κύματον Ῥιπῆν ἐς πετρὴν Κύρνε κατ' ἠλίβατον. hoc eſt, *Oportet paupertatem fugere & in immenſum mare projicere, & petras, Cyrne, contra altas.* Alludit ad eundem locum in Dialogo de mercede conductis. Hallucinatur Bourdelotius, qui verſus Homeri eſſe putat. Idem Theognis paulo poſt ait: Τεθνάναι φίλε Κύρνε πενιχρῷ βέλτερον ἀνδρὶ, Ἢ ζώειν χαλεπὴν τειρόμενον πενίην. id eſt, *Mori ô amice Cyrne, pauperi melius eſt viro, quam vivere dura afflictum paupertate.* Nec deſunt exempla eorum, qui paupertatis onere preſſi, & ad deſperationem redacti ſe vel præcipites ex alto dederunt, vel laqueo præfocarunt, aut alio mortis genere peremerunt. hinc Sextus, paupertatem ferre, non cujuſvis eſſe dixit, ſed ſolius ſapientis. *Idem.*

4 Δυσέρωτας] Propriè δύσερως dicitur perdite amans, quique Venerem ſibi habet minus faventem, ut ille apud Theocrit. Idyll. 3. & 23. quod inſcribitur Δύσερως. Hic ita vocatur, qui Plutum deperit, eumque minus propitium experitur. *Idem.*

5 Βαθυκήτου πόντου] Ex Homero, ut poſtea πετρῶν κατ' ἠλίβατον, quod ex eodem eſt. *Bourd.* Theognis habet μεγακήτεα. Utrumque maris epitheton, quod in profundis ſuis receſſibus cete habeat: vel quod cete habet ingentia. *Barl.*

6 Τὴν ἀρχὴν] Non ſemper vertendum, *principio*, ut vulgo ſolet, ſed quemadmodum interpres bene tranſtulit, *nullo pacto, prorſus non.* Ita Xenoph. lib. 1. de Cyri inſtit. οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι σφαλλόμενοι δοκιμάζουσι, ὅπως πῶς ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται. Vbi perperam nonnulli, *primum hoc curant*, cum vertendum ſit: Perſarum leges curant, vel operam dant, *ne ullo modo* tales ſint. Sic δυσέρωτες ſunt amatii, quos nullo unquam pacto reſpexit Plutus. Ὀξὺν hic eſt, ὠμῶς ὀξὺν & cum effectu, quod Græcis poëtis eſt βλέπειν ὄμμασι λαμπροῖς. Idem.

7 Πολλὰ ἀλλὰ] Ex ipſius Pluti confeſſione infert Mercurius, furere eos, qui tanto ejus amore capiuntur. *Idem.*

1 Ὁμο-

[1] ὁμολογήσιας [2] εἴ τι ξωίης σαυτῦ, [3] κρυβαντιᾷν αὐτὰς, ἐμμεμήνοτας. [4] Πλάτ. οὐκ οἶδ' εἰ τοιοῦτον οἷοι εἰμὶ ἐγὼ σφᾶς αὐτοῖς χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ ὅσα ἄλλα μοι ἐφέστασιν; Ἑρμῆς. ἀλλὰ πῶς ὦ πλάτ, οἱ μὴ τυφλοὶ κ' αὐτοὶ πάντες εἰσί; Πλάτ. οὐ τυφλοὶ ὦ ἄριστε. ἀλλ' ἡ ἄγνοια, καὶ ἡ ἀπάτη, αἵτιαι νῦν κατέχουσι τὰ πάντα, [5] ἐπισκιάζουσιν αὐτούς. ἴσθι δ' καὶ αὐτὸς ὡς μὴ πάντα πᾶσιν ἄ-

tibi ipsi notus es, furere istos qui hujusmodi amore sunt dementati. *Plut.* At enim credis me, qualis sum, talem istis videri, nempe claudum, & cæcum, & quicquid aliud mihi inest vitii. *Merc.* Quid ni ô Plute, nisi & ipsi omnes sint cæci? *Plut.* Haud cæci quidem, ô optime, verùm insciti a, errorque quæ omnia occupant, illis offundunt tenebras. Ad hæc ipse quoque, ne per omnia deformis

1 Ὁμολογήσιας] Schemate communicationis utitur, quod facit ad extorquendam adversario veritatem, ut supra docuimus. *Bart.*

2 Εἴ τι ξωίης σαυτῦ] Facit enim sui cognitio, non solum ad philautiam diminuendam, sed etiam, ut nostra bona norimus, ne nobis vel majora, vel indigna sequamur. hinc recte Comicus: τὸ γνῶθι σαυτὸν πανταχῆ ἐστι χρήσιμον, id est, *Ubique confert, ut te ipsum noveris.* ξωίσιν genitivo jungitur Attice, ut docet Eustathius Odyss. 3. *Idem.*

3 Κορυβαντιᾷν] *Corybantiare*, ut ex Plinio docet μανιᾷν Scalig. ad Catull. *Bourd.* Est *Corybantice furore percitum esse*, vel *insanire Corybantum more.* De quo Erasmus. Erant autem Corybantes Cybelæ sacerdotes, qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitaque inter saltandum jactantes, alios in similem rabiem agebant, sic dicti, ut vult Lambinus, ἀπὸ τῦ κορυφεῖν, quod est occultare, quia tympanorum & aliorum instrumentorum strepitu partum Rheæ celarent Saturnum filios suos devorare solitum, etsi Strabo hoc factum memoret, ut in sacrificiis perterrerent homines sub administrorum specie. Ad naturæ opificium refert Gerardus Vossius libro 2. Gentil. Theolog. quem vide. *Idem.*

4 Πλάτ. οὐκ οἶδ' γὰρ τοιοῦτον οἷός εἰμι] Veram aperit caussam Plutus, cur ab omnibus tantopere ametur, totque habeat sui sectatores ac cultores. Vetur ad hoc oratione interrogativa, quæ vim habet negativæ. q. d. Tantum abest ut cæcum vel claudum esse credant, quicunque me vident, ut integrum, nulloque vitio deformem certo sibi persuadeant, quod ex *ignoratione* & *errore* oriri asserit, quia exteriorem sui larvam duntaxat aspiciunt, non ipsam faciem. Vera hæc esse vel ipse Cicero fatetur lib. 1. de Finib. ubi docet: *Ignoratione rerum bonarum & malarum maxime hominum vitam vexari.* Et Socrates in Gorgia Platonis censet: *non esse cujusque viri eligere quænam ex rebus, quæ delectant, bona sint, quænam mala: sed potius artificiosi viri opus utrumque.* Nam sapiens vera bona judicat, quæ ratio dictat solida esse ac sempiterna, quæque cadere non possunt, nec decrescere aut adimi, ut justitiam, temperantiam, & reliquas animi virtutes: cæterum honores, imperia, opes, aliaque ejus generis, opinione tantum bona censet, cum fluxa sint fuisque possessoribus sæpe noxia. Hinc utrumque conjunxit Lucianus ἀγνοίαν & ἀπάτην, cum altera ex altera proveniat. *Idem.*

5 Ἐπισκιάζουσιν αὐτούς] *Inumbrant eos*, id est, caliginem ipsis offundunt. Nam ut Iuvenalis inquit: *Vitium fallit specie virtutis & umbra.* Quod & in reliquorum bonorum delectu accidit. Hinc idem vates Satyr. 10. *Pauci dignoscere possunt Vera bona atque illis multum diversa remota Erroris nebula.* Ixiones hic sumus & pro Iunone nubem amplectimur. Quod cum videret sapientissimus Democritus, *Perpetuo risu pulmonem agitare solebat*, teste Satyrico. *Idem.*

1 Πλα-

μορφὴν ἄλλην, [1] προσωπεῖον εὐειδὲς ἐμβεβλημένος ἐφεστριμώτατον, [2] ἀλαζονευόμενον, καὶ [3] λιθοκόλλητον, καὶ ποικίλας σύνας, σεσυγχύσθαι αὐτοῖς. [4] οἱ δὲ, αὐτοπρόσωπον αἰσθόμενοι ὁρᾶν τὸ κρίμνον, ἰδόντες, καὶ ἀπαλλαττόμενοι σεσυγχύσθαι ὡς εἶχε πρὸς αὐτοὺς ὅλον ἀπεμυκτήρισας, ἐπιδείξει μι, δῆλον ὡς περιγένοιτο ἂν αὐτῶν;

mis sim, persona valdè amabili tectus, inaurata, gemmisque picturata, ac versicoloribus amictus eis occurro: at illi rati sese nativi vultus venustatem aspicere, amore capiuntur, dispereuntque nisi potiantur. Quòd siquis me toto corpore renudatum illis ostenderit dubio procul futurum sit ut ipsi se damnent, qui tantopere ex-

1 Προσωπεῖον εὐειδὲς] *Persona faciei obducta*, ut histriones solent, ne agnoscantur à spectatoribus. Quod & Plutus se facere ait, cum introrsum plane sit ἄμορφος sive deformis. Est autem προσωπεῖον *persona* aut *larva* ad similitudinem vultus alicujus efficta, deque viris propriè dicitur. προσωπίδας vocabant Græci, quibus mulieres faciem tegebant. *masquas* vulgo dicimus. *Basil.*

2 ἀλαζονευόμενον] Vocatur quicquid inauratum est, non è solido conflatum auro. Sæpè dixit, ἀλάχυτον. *Deauratum* minus Latine efferunt recentiores. *Idem.*

3 Λιθοκόλλητον] *Quicquid gemmis distinctum, aut glutinatum est*, ἀπὸ τῆς λίθου κολλᾶν. Sic λιθοκόλλητον σκοτίδιον, *poculum* dicitur *gemmis consertum*. de quo Virgil. 2. Georg. *Vt gemma bibat*. λίθων nomine non modo lapilli veniunt vulgares, sed & pretiosi, ut gemmæ, quæ distinctionis caussâ λίθοι ἔντιμοι dicuntur aliis. *Idem.*

4 Οἱ δ', αὐτοπρόσωπον αἰσθόμενοι ὁρᾶν τὸ κρίμνον] Fatetur Plutus suam deformitatem quam si homines detracta larva conspicerent, futurum ait, ut ipsum contemnerent ac rejicerent, cum res amentiquam amandas, sed fædas noxiasque. Docet idem Aristoteles lib. 1. ethic. *Complura*, inquit, *bonis accidunt detrimenta. jam enim quidam ob divitias, quidam ob fortitudinem perierunt.* Quid Senecam perdidit? nimiæ opes: ut qui hortorum amœnitate & villarum magnificentia Principem supergredieretur, ut Tacitus refert lib. 14. itemque Juvenal. Sat. 10. Quid Milonem oppressit? corporis fortitudo. Quum enim nervorum & lacertorum fiducia fretus arborem in media parte hiantem diducere vellet, deficiente conatu lupis præda fuit. Sic & Ciceroni sua nocuit eloquentia: Cassio Longino antiqua nobilitas, alia aliis, ut merito exclamet Satyricus:

——— Nocitura toga, nocitura petuntur
Militia. & torrens dicendi copia multis,
Et sua mortifera est facundia, viribus ille
Confisus periit, admirandisque lacertis:
Sed plures nimiâ congesta pecunia curâ
Strangulat, & cunctis exsuperans patrimonia census.

Sunt enim immodicæ divitiæ, ut verbis utar Apuleji, *velut ingentia & enormia gubernacula, facilius mergunt quam regunt.* Et ubi quæso latronum, furum servorumque insidiæ sunt magis metuendæ, quam apud divites? Indicat hoc Flaccus Satyr. lib. 1.

An vigilare metu exanimem noctesque diesque,
Formidare malos fures, incendia, servos,
Ne te compilent fugientes; hoc juvat?

Quasi dicat poeta, si probe nosses congenita divitiis pericula & incommoda, merito eas despiceres, nec tanto ardore consectaretis rem noxiam pestiferamque. *Idem.*

ἀμβλυώττοντες τὰ τηλικαῦτα, καὶ ἐρῶντες ἀπρεπῶν, καὶ ἀμόρφων πραγμάτων. [1] Ἑρ. τί δὲ καὶ οὐ αὐτοὶ ὅδε τοῦ πλουτεῖν χαίρουσι, καὶ τὸ σωσωπεῖον αὐτὸ τερατεύονται ὑπὸ ἐξεστηκότες; καὶ ὧν μὲν τις ἀφαιρεῖ αὐτοὺς, χαίρουσιν ὧν τοῦ σωσωπείου σφόδρα; ἃ γὰρ δεῖ καὶ πάνυ ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτοὺς ὡς ἐπίχρυσον ἡ σύμμορφία ἐστὶν, ὕστερον τὰ πάντα ὁρῶντας. [2] Πλοῦ. οὐκ ὀλίγα ὦ Ἑρμῆ καὶ σοὶ τοῦτο μοι [3] συναγωνίζει. Ἑρ. τὰ ποῖα; Πλοῦ. ἐπειδάν τις αὐτῶν τὸ σωφρόνειον, [4] ἀναπιάσας τὴν ὄψιν εἰσδὺς χαπί μι, cæcutierint, amantes res neutiquam amandas, & deformes. *Merc.* Quid ergo, postquam eò perventum est ut jam divites evaserint, jamque personam sibi circumposuerint, rursùm falluntur? adeò ut siquis illis adimere conetur, penè caput potiùs quàm personam abjiciant? Neque enim verisimile est etiam tum illos ignorare, auro bracteatam esse formam, quum intus cuncta inspexerint. *Plut.* Ad id non paucæ res, ô Mercuri, mihi sunt adjumento. *Merc.* Quænam? *Plut.* Simul atque qui me primùm nactus est, patefactis foribus exceperit, clan-

1 Ἑρ. τί δὲ καὶ οὐ αὐτοὶ ὅδε τοῦ πλουτεῖν χαίρουσι] Miratur Mercurius eos qui jam divites facti sunt, necdum videre aut intelligere, non nisi bracteatum quid esse opes, nihilque intus habere solidi aut nativi boni. Eleganter ὀπίχρυσον σύμμορφίαν appellat *formam auro obductam*, non nativam aut genuinam. Supra dixit διάχρυσον. Sunt qui hic legant ὀπίχρισον. Sic ὀπίχρισα φάρμακα medici vocant unguenta seu pigmenta, quæ corpori illinuntur exterius. Solent autem meretrices ceruſſa vel stibio fucare faciem & vitia cutis superinducto colore amasiis suis dissimulare, quod proprie est ψιμυθίον. Ceruſſa enim ψιμύθιον Græcè. Plutus igitur theatrico vel meretricio more larvatus fucatusve sese offert hominibus, non αὐτοσοφοσώπως & aperta facie, quod etsi norint divites, tamen ita ingenio comparati sunt, ut caput potius, quam personam abjiciant, quod est τὸ σωφρόνειον βέλεσθαι μᾶλλον, ἢ τὸ σωφρονεῖν, ut proverbio dicitur. *Barl.*

2 Πλοῦ.] Varios divitiarum effectus hic recenset Plutus, qui ipsum, veluti comites Dominum suum sequuntur. Primus inter Pluti satellites agmen ducit Τύφος sive *Fastus*, quem proxima sequitur Ἄνοια, hoc est, *Stultitia*. quibus ὕβρις & μαλακία succenturiat Lucianus, itemque Ἀπάτη, genuinos opulentiæ fœtus. Nam ut Seneca inquit, *Divitiæ & sapientia raram faciunt mixturam.* Quippe labores subterfugiunt divites, paucosque invenias qui virtutis se studio totos aut sapientiæ tradant: idque in νεοπλούτοις, sive recenter ditatis præcipue locum habet, qui cum sint ἀπαίδευτοι, modumque nesciant facultatibus suis recte utendi; contumelioſiores etiam & insolentiores esse solent, ut ex philosopho suprà probavimus: quinimo molliter & luxuriosè vivunt, ut hoc pacto opes suas ostentent, quasque fraudibus pepererunt, fraudibus item conservare studeant. Quæ omnia pereleganter quoque nobis ob oculos ponit Iohannes Secundus, ubi Pecuniæ comites & παρίδρους ita describit:

Proximaque accubuit Domina, quam Gratia circum,
Ventosusque favor, fallax & Opinio Vulgi,
Elatisque supercilio vultuque tumenti
Incedens, calumque oculis & inania captans
Ducit inauratam vesana Superbia pompam
Lata opibus formaque & adulatrice catervâ. Idem.

3 Συναγωνίζει] *Conferunt, conducunt: συμβάλλει.* Sumpta translatio à belli sociis. *Idem.*

4 Ἀναπιάσας τὴν ὄψιν] Studium & obviam humanitatem significat ejus, qui

συμπαρεισέρχῃ μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τύφος, καὶ ἡ ἄνοια, καὶ ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ μωλωπία, καὶ ὕβρεις, καὶ ἀπάτη, καὶ [1] ἄλλα ἄπαντα μυρία. [2] ὑπὸ δὴ τοῦτον ἁπάντων [3] καταληφθεὶς τὴν ψυχὴν, [4] δαυμάζῃ τι τὰ ὑ δαυμαστά, καὶ [5] ὀρέγεσθαι τῶ φούρτων. κἀμὲ τὸν πάντων ἐκείνων πατέρα τῶν εἰσπλυθέντων κακῶν [6] πέπαι [7] δορυφορέμενον ὑπ' αὐτῶν. καὶ πάλιν ἐκεῖνος πάθοι ἄν, ἢ ἐμὲ ἐκεῖσε ἐπιμείνειεν ἄν. [8] Ἐρ. ὡς ὄ [9] λεῖος εἶ ὦ πλοῦτε, καὶ ὀλισθηρὸς, καὶ [10] δυσκράτιστος, καὶ ἀλεξφύκτης,

clanculum unà mecum introit fastus, vecordia, insania, mollities, contumelia, fraus, aliaque sexcenta: à quibus omnibus posteaquam est occupatus animus, miratur non miranda, appetit fugienda: meque cunctorum illorum quæ introierunt, malorum patrem stupet, illorum satellitio vallatum, quidvis potiùs passurus, quàm ut me rejicere compellatur. *Merc.* Vt lævis es, ô Plute, & lubricus, & retentu difficilis, ac fugax, neque

qui aliquem domi suæ comiter excipit. Sic & Chremylus patefactis foribus Plutum admittit apud Aristoph. in principe Comœdiâ. αὐλείζων θυρῶν pro eodem dicunt alii, quod parœmiæ speciem habet. *Barl.*

1 Ἄλλα ἄπαντα] Atticum est ex Æolico ἄσσα pro ὅσα. Caninius. *Idem.*

2 Ὑπὸ δὴ τοῦτον] Hæc reliquam continent narrationis partem à Pluto inchoatæ. *Idem.*

3 Καταληφθεὶς τὴν ψυχὴν] Græcismus, ut, *sententiam rogatus, inscripti nomina*, & similia apud Latinos scriptores. verbum καταλαμβάνεσθαι eo capitur sensu, quo locus aliquis occupari dicitur ab hostibus. *Idem.*

4 Δαυμάζῃ τὰ ὑ δαυμαστὰ] Nec mirum. Habent enim divitiæ, teste Philosopho αἰσθησιμύνη, & polliceri videntur jucundam vitam, quæ tamen non ab arca, sed ab animo petenda est, ut recte docet Cicero in lib. offic. Hinc tanto eas ardore & studio expetunt homines, acquisitasque tanta sollicitudine custodiunt, ut Herculi citius clavam, quam avaro suas extorseris opes. *Idem.*

5 Ὀρέγεσθαι τῷ φούρτων] Cui opp. φύγειν τὰ ὀρικτὰ apud Peripateticos, apud Stoicos ἐκκλίνειν. Simplicius in Epictetum. ἡ ὄρεξις, inquit, ποιότης ἐστὶ, ἕκτασις ἔστι τῆς ψυχῆς ὅτι τὸ ὀρικτὸν, ἡ δὲ ἔκκλισις ἐναντία τῇ ὀρέξει, ἀποστροφὴ δὲ φυγὴ ἔστι λόγῳ τοῦ ἐκκλιτοῦ. Vbi scite definit ἔκλασιν ψυχῆς ὅτι τὸ ὀρικτὸν, alludens ad proprietatem verbi ὀρέγειν, quod est porrigere aliquid, & in porrigendo manum extendere. Vnde & ὀρέγεσθαι ἀντὶ τοῦ ἐφίεσθαι, cum mens veluti extenditur ac porrigitur ad id quod appetit. *Idem.*

6 Τέπαι] Verbum defectivum, cujus præterit. med. pro præsente accipitur; ut *odi* & *memini*, apud Latinos, quorum præsentia in usu non sunt. *Idem.*

7 Δορυφορέμενον] Satellitio stipatum, ut Principes solent. δορυφόρος Hesychio, ὁπλοφόρος, ὑπασπιστὴς, ἢ φύλαξ τοῦ τυράννου, sic dictus, quod hastam sive lanceam gestaret. hinc δορυφορεῖν, *stipare*, & κατὰ μεταφορὰν *assectari*. Idem.

8 Ἐρ.] Egregia hic instituitur collatio à Mercurio Pluti & Penix: hanc diuturnam & stabilem: illum lubricum ac fugacem difficilemque retentu esse dicit. *Idem.*

9 Λεῖος] Cum Æolico digammate λεῖϝος, hinc Latinum *levis*, pro *glaber*, priore producta, à quo differt alterum epitheton ὀλισθηρὸς, id est, lubricus, quod de loco proprie usurpatur, ab ὀλισθῶ τὸ πίπτω, *cado, labor.* Idem.

10 Δυσκράτιστος] Dicitur, quod retentu difficilis sit, quasi δυσχερὴς κατασχεθῆναι ob lubricitatem. Eâ enim sit, ut nullam præbeat ansam qua prehendi vel

ὀδεμίαν ἀπιλαβοῖ παρεχόμενον βεβαίαν, ἀλλ' [1] ὥσπερ ἐγχέλεις, ἢ οἱ ὄφεις [2] λαβὲ τῆ δακτύλων θραπτύεις σῶν οἴσω ὑπως. ἢ πενία δ' ἔμπαλιν [4] ἰξώδης τε, καὶ [5] εὐλαβὴς, καὶ μυελὸν τὰ ὀγκιστρα

que ullam certam præbes ansam qua prensus teneare: verùm nescio quomodo anguillarum ac serpentum in morem inter digitos elaberis. At contrà [3] Paupertas, viscosa, & prehensu facilis, to-

teneri queat. παρίχεσθαι dixit ἀντὶ τοῦ παρίσχειν, quod Atticorum esse proprium volunt, qui passivis loco activorum utuntur, & vice versa. *Barl.*

1 Ὥσπερ ἐγχέλεις] Pluti levitatem seu lubricitatem exemplis illustrat anguillarum & serpentum. *Anguillam cauda tenere* proverbio dicitur is, cui res est cum hominibus lubrica fide: vel qui rem fugitivam atque incertam habet, quam tueri diu non possit. hinc λεῖος ὡς ἐγχέλυς apud Athenæum, *mirè anguilla lubricus*: nec non ἐγχέλυος μᾶλλον γλοιῶ, vel ut alii legunt, χεῖρ γλοιῶ, *anguilla in strigmento* apud eundem. Anguilla enim per se lubrica est, nec facile manibus stringitur, multo minus, si fœce olei imbuta sit, vel mucco strigmentitio, ut τὸ γλοιὸν interpretatur Dalechampius. Eadem & serpentum lubricitas. Virgil. 2. Æneid.

Lubrica convolvit sublato pectore terga.

De serpente loquitur. ubi Servius. *Lubricum dicitur, & quod labitur, dum tenetur: & locus, in quo labimur.* Tales sunt divitiæ quas tantopere sectantur homines, incertæ, fugaces, & in lubrico positæ. Vere Comicus:

Τῶν μὲν ἀγαθῶν ἥ πλεῖστον ὕστατον πίθῃ.
Ἀβεβαιότατον γὰρ ἐστὶν ὧν κεκλήμεθα.

Id est,

Opes bonorum justica omnium ultimas.
Nam possidemus nil eu incertius. Idem.

2 Διὰ τῶν δακτύλων θραπτεύειν] Est *inter digitos elabi.* pro quo alibi dixit Lucianus: Διαδιδρήσκειν ἐκ τῶν χειρῶν. Idem.

3 *Paupertas.*] Artium inventrix. Aristopha. in Pluto. *Cogn.* Sequitur alterum collationis membrum priori oppositum de Penia, quam ut diuturniorem & constantiorem laudat Mercurius. Viscosam esse fingit ac prehensu facilem, adeoque hamatam, ut nullo negocio eam apprehendat, qui tetigerit, nec facile divelli queat, quisquis semel ei adhæserit. Pronior enim ad paupertatem prolapsus est, quàm ad opulentiam accessus vel regressus. *Idem.*

4 Ἐξώδης] Cod. Angl. ἰξώδης. utrumque rectum, ἰξώδης tamen legit interpres. *Bourd.* Hoc est, *visci modo lenta ac tenax*, quia, ut de seipsa loquitur Penia apud Aristophanem, ξυνοικεῖ δ' οὐτος τοῖς ἀνθρώποις πολὺ χρόνον, *conversatur cum hominibus, & cohabitat per multos annos.* Quam multi enim propter summam facultatum inopiam viri etiam ingenio & virtute præcellentes in occulto latent, quos importuna pauperies caput erigere non permittit. Notum est illud Iuvenalis:

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi. ——

Nec minus festive, quam vere dictum à Bilbilico vate:

Pauper eris semper, si pauper es Æmiliane,
Dantur opes nullis nunc nisi divitibus.

Pro ἰξώδης sunt qui legant hic ἰξώδης, quod ut probare videtur Bourdelotius, ita nusquam legere memini. Ab ἰξὸς enim viscus, est ἰξώδης per jota, non ἰξώδης, quod mendosum puto. *Idem.*

5 Εὐλαβὴς] Vox ea quod rarissimum est, hic loci propriè accipitur, pro eo qui commode prehendi possit, ac paupertati examussim optime convenit: alias religiosum fere denotat. Corpus quoque Penia tribuitur πολυάγκιστον, vel ut

Mer-

ἐκπεφυκότι ἐξ ἅπαντος. Ἔχομεν ὁμοίως ἐχόμενοι, ὡς πλησιάσαντες ἀλλήλοις ἔχασι, καὶ μὴ ἔχειν ῥᾳδίως ἀπαλυθῆναι. [1] ἀλλὰ μεταξὺ ἤδη φλυαρῶντες ἡμᾶς περιμένω καὶ μικρὸν διέλαθε. Πλοῦ. τί ποιοῦμεν; Ἑρ. ὅτι τὸ θησαυρὸν οὐκ ἐπηγαγόμεθα ἔσω; ἦ δ' ὅς. Πλοῦ. θαῤῥεῖ τοῦτο γε εἰπεῖν. ἐν τῇ γῇ αὐτὸν καταλείπων, ἀνέρχομαι πρὸς ὑμᾶς, [2] ἐπισκήψας [3] ἔνδον μόνον ἐπιλείπειν μόνον τὸν θησαυρόν. ἀπολαύειν δὲ μηδενὶ, ἢν μὴ ἐμοὶ ἀκούσῃ βούσωμαι. [4] Ἑρ. ἀκοῦν ἐπιβαίνωμεν ἤδη τῆς

toto corpore multos uncos gerit hamos, ut qui tetigerint: ilicò hæreant, nec facilè queant avelli. Verùm interea dum nugamur, rem haud parvam omisimus. *Plut.* Quam. *Merc.* Nempe quòd thesaurum non adduximus quo vel in primis erat opus. *Plut.* Ista quidem ex parte bono sis animo. Nam non nisi in terra relicto illo, ad vos ascendo: jussoque intus manere foribus occlusis, neque cuiquam aperire, nisi me vociferantem audierit. *Merc.* Iam igitur

Mercurius loquitur, *μυρία τὰ ἀγκιστρα ἔχον*, ut facile adhæreant & capiantur, quicunque attigerint. *ἄγκιστρον* hamus est, ἀπὸ τοῦ ἄγειν ut vult Etymologus, quod eo trahuntur, & educuntur ex aqua pisces. *Barl.*

1 Ἀλλὰ μεταξὺ ἤδη] Male hic notata Pluti persona, loquitur enim hæc idem qui superiora, Mercurius. Ἑρ. τὸ ποῖον, ὅτι τὸν θησαυρὸν, &c. Male notata etiam hic persona Mercurii & omissa Pluti. Esse debet Πλοῦ. τὸ ποῖον; Ἑρ. ὅτι τὸν θησαυρὸν. ἤδη σχοινίζομαι, &c. ἤδη ἀφοσιζόμεθα. Marc. Mercurius dum una cum Pluto sermones cædit, sui pæne mandati oblitus Thesaurum non duxisse inter fabulandum queritur: qua de re Plutus eum bono esse animo jubet, cum in terra ille resideat, nec injussu suo aperiatur, aut ad quemquam ascendat. Eo docetur, quid sint thesauri & opes: terræ nimirum splendentes glebulæ & *minutalia* tantum, ut ea vocat Tertullianus: quæ, sicut Bernardus ait, *solus error hominum facit aut reputat pretiosa.* Seneca de benefic. *Video ferrum ex iisdem tenebris esse prolatum, quibus aurum & argentum, ne aut instrumentum in cædes mutuas deesset, aut pretium.* Hinc & opibus nomen, à terra, quæ *Opi* vel *Opis* dicta priscis. *Thesauri* quoque etymon si spectemus, nihil aliud est, quam *χωνευτὸν χρῆμα*, quod velut eximium ac pretiosum Natura vel cura etiam humana sepositum, ex antiquo *αὐρίζω* pro *χεύω*, ut placet Salmasio, & fut. verbi *τίθημι*, licet aliis ex Hebr. potius deductum videatur אוצר transpositione litterarum, quod idem significat. *μεταξὺ φλυαροῦντας*. Insolens participii constructio, pro *μεταξὺ τοῦ φλυαρεῖν*, vel per nomen, *μεταξὺ τῆς φλυαρίας*. Pluria exempla suggerit doctissimus Stephanus, quem adi. *τὸ φλυαρεῖν*, nugari est. Sumpta tralatio à lebete vel patina fervente, *ἀπὸ τοῦ φλύειν*, quod est *cachinnare*, vel *bullire spumante strepitu.* Sic Homerus: *ἀνὰ δ' ἴφθιμοι κρῆναι ῥέεθρα, Ebulliebant verò limpida fluenta.* Iliad. lib. 11. *Barl.*

2 Ἐπαναβάς] Id est, παροξυνόμενος, in *mandandi* significatione. Hesychium consule, qui plures verbi illius notiones indicat. *Idem.*

3 Ἔνδον μόνον] Vt Pluti, sic & Thesauri (quem *γαμμωνᾶν* Chaldæi, vel Syri vocant) domicilium terra est. Posidonius Pluti habitaculum in Hispania collocavit, quod ea regio metallorum fœcunditate reliquis antecelleret. Narrat enim historiæ naturalis scriptor Plinius adeo opulentas fuisse Hispanorum venas, ut Annibal habuerit ex uno puteo quotidie tria millia coronatorum: quæ summa in singulos annos efficiebat duodecies centena millia. Quare eorum sententiæ subscribere non possum, qui nullas auri argentive venas in fœcundissimis illis regionibus fuisse scribunt. *Idem.*

4 Ἑρ. Οὐκοῦν ἀπιτέον ἤδη τ' Ἀτθίδος] Sequitur nunc διαπόμπευσις Mercurii & Pluti Auticam versus, ubi degebat Timon. *Idem.*

Α'πιπτῶς. καί μοι ἔπου [1] ἐχόμενος τῆς χλαμύδος, ἄχρις ἂν ὡδὸς τὴν ἐχομένην ἀφίκωμαι. Πλὼ. οὐ ποιεῖς ὦ Ἑρμῆ [2] χειραγωγῶν. ἐπὶ ὄγκα ἀπολίπῃς με, [3] Ὑπερβόλου τάχα ἢ Κλέωνι ἐμπεσοῦμαι ταῦτα σοῦν. [4] ἀλλὰ [5] τίς ὁ ψόφος αὐτός ἐστι, καθάπερ σιδήρου πρὸς λίθον. Ἑρ. ὁ Τίμων οὗτοσὶ σκάπτει πλησίον [6] ὀρεινὸν, καὶ τραχὺν γήδιον. πατρὶ, καὶ [7] ἡ πενία πάρεστι, καὶ ὁ πόνος σὰν αὐτῷ. ἡ καρτερία δὲ, καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ ἀνδρεία, καὶ ὁ τοιοῦτος

tur Atticam adeamus, & me ſequere chlamydi adhærens, donec extremam viam attigero, *Plut.* Recte facis, Mercuri, quum me per viam ducis. Etenim ſi me deſereres, forſan oberrans in Hyperbolum aut Cleonem inciderem: Sed quis hic fragor, ac ſi ferrum & lapis collidantur? *Merc.* Timon hic eſt, qui proximè montanum & petricoſum fodit ſolum. Papæ, & Paupertas adeſt, & Labor ille, tum Robur, Sapientia, Fortitudo, atque id genus

1 Ἐχόμενος τῆς χλαμύδος] *Laciniam ducens.* Dixi ad Petron. *Bourd. Chlamydem tenens*, quod facit Plutus, ut ducem Mercurium affectetur commodius minuſque deflectat à viâ *Laciniam ducere* dixit Petronius. *Barl.*

2 Χειραγωγῶν] *Manu ducens vel regens*, quod cæcis & ſenibus decrepitis fieri ſolet. Merito in herum ſuum ſtomachatur ſervus Cario apud Ariſtophanem, quod ipſe videns Plutum oculis captum ſequeretur: οἱ γὰρ βλέποντες, inquit, τοῖς τυφλοῖς ἡγοῦνται. Rectius igitur Mercurius, ut fidelis ὁδηγὸς Plutum à tergo non ſequitur, ſed præit, viamque cæco commonſtrat. *Idem.*

3 Ὑπερβόλου τάχα ἢ Κλέωνι] Ariſtopha. in pace. *Bourd.* De *Hyperbolo* & *Cleone* quod ait, nobile fuit improborum compar. Erat Hyperbolus genere Athenienſis, qui poſt Cleonem magiſtratum geſſit, vir perniciosus, & inquinatiſſimis moribus, nullaque re clarus aut potens, niſi vitio linguæ. M. Tull. lib. de claris Orat. ita ſcribit de Saturnino, *Homo ſimillimus Hyperboli, cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt.* Tradit Ariſtophan. interpres eum fuiſſe λυχνοποιόν, qui, ut ponderoſiores eſſent lucernæ multum admiſcebat plumbi, quâ arte & impoſtura clarior quam gladio, ingentes ſibi opes comparavit. hinc proverbio locum fecit, ὑπὲρ τὸν ὑπερβόλου πονηρός, *Hyperbolo nequior*, de quo Eraſmus. At Cleon, quem βυρσοδέψην, vel σκυτοτόμον per convicium appellat Comicus, quod patre natus eſſet coriario, traducitur paſſim ob rapacitatem, & alia flagitia, in quem ſuos *Equites* adornavit Ariſtophanes, ſicut in Hyperbolum *Maricam* ſuam Eupolis. *Idem.*

4 Ἀλλὰ] Ἐπερώτησις ſive interrogatio Pluti ſtrepitum audientis cauſſamque ſciſcitantis, cui reſpondet Mercurius. *Idem.*

5 Τίς ὁ ψόφος] Notant Grammatici ψόφον propriè ſonitum eſſe, qui fit ex colliſione duorum corporum durorum, ut hic ferri ſaxo impacti. Sic crepitantis januæ ſtrepitum, & aliarum rerum ſtridularum, ἀποψόφησιν appellant Græci. *Idem.*

6 Ὀρεινὸν] Male Baſil. edit. ult. ὀρειῶν, ut & quædam aliæ edit. *Bourd.* Erat Attica regio maximam partem ſterilis & rupicoſa, præſertim qua littoralis eſt, ut ex Strabone diſcimus. *Idem.*

7 Ἡ πενία] Deſcribitur porrò Timonis habitus & ſatellitium Pluti, in quo conſpicitur *Paupertas* eique congeneres ſocii *Labor* & *Sapientia*, quorum omnium dux eſt *Fames*. Docetur his verbis, quanta ſint paupertatis commoda, quamque ea præſtet opulentiæ. Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος, inquit ſenarius Græcus, *Magiſtra multorum improba exiſtit fames.* Nam Fames ſive Paupertas tanquam rigida quædam exactrix homines ad labores compellit, & ingenia excitat

ὄχλος ἅπας ὑπὸ τοῦ λιμοῦ πεπιεσμένων ἀκάνθιων, πολὺ ἀμείνους τῶν σῶν δορυφόρων. Πλοῦ. τί οὖν οὐκ ἀπαλλαττόμεθα ὦ Ἑρμῆ τῶν τοιούτων; ὡς ἡμεῖς δράσομεν ἄξιολόγου πρὸς ἄνδρα ὑπὸ πλουσίου τραπεζοποιοῦ περιεχομένου. Ἑρ. ἄλλως τε ἔδοξε τοῦ Διΐ. μὴ ἀποδειλιῶμεν οὖν. Πλ. ποῖ τοῦτον ἀπάγεις ὦ ἀργειφόντα χειραγωγῶν; Ἑρ. ἐπὶ τοῦτον τὸν Τίμωνα, ἐπιμεφθημένον ὑπὸ τοῦ Διός. Πλ. νῦν ὁ

nus aliorum turba quorum omnium agmen fames cogit, longè præstantius quàm tui sint satellites. *Plut.* Quin igitur quàm ocyssimè discedimus Mercuri? neque enim quicquam æstimabile præstiterimus cum homine vallato istiusmodi exercitu. *Merc.* Secus visum est Iovi: quare nihil metuam us. *Paup.* Quonam, istum Argicida, manu adducis? *Mer.* Ad hunc Timonem à Iove missi sumus. *Paup.* Itane nunc

citat ad rerum præclararum indagationem. Vnde perquam scitè Persius, *Magistrum artis ingenique largitorem* appellat *Ventrem*, in Prologo. Quod ita se habere multis solidisque rationibus demonstrat ipsa Penia apud Aristophanem in Pluto adversus Plutum, ideo se illi præferendam esse contendens. Manilii item est:

Et labor ingenium miseris dedit: & sua quemque
Advigilare sibi jussit Fortuna premendo.

Loquitur de scientiis Astronomicis, quarum inventionem, ut & cæterarum artium Divæ huic nostræ transcribit poëta. *Barl.*

1 Τὸ λιμοῦ πεπιεσθαι] Loquendi genus à militia desumptum. *Idem.*

2 Πλοῦ. Τί οὖν οὐκ ἀπαλλαττόμεθα] Plutus audito Timonis satellitio, quam ocyssime discedant, auctor est Mercurio, quia nullum operæ pretium facturus videbatur cum homine istiusmodi circumvallato exercitu, quem tamen Mercurius, ut fidelem decet nuncium, suadet Iovis mandata perficere, & Timonem intrepide aggredi. *Idem.*

3 Τῶν ταχίστων] Defectuosa locutio, pro πάχεται. desideratur præpositio χρῆ. Vide Steph. *Idem.*

4 Περιεχομένου] *Circumdatum*, *vallatum*, supra dixit, δορυφορούμενον. Verbo περιέχειν utitur eo modo auctor quo satellites circumdant aliquem. *Idem.*

5 Ἔδοξε τοῦ Διΐ] Decretorum divinorum τὸ ἀμετάθετον designat. Vnde quicquid Iovi visum statutumque est semel, τόδη ἐστὶ τετελεσμένον ἔχει, inquit Homerus, certitudinem divinæ providentiæ religiosè asserens. *Idem.*

6 Μὴ ἀποδειλιῶμεν] Meticulosus passim introducitur Plutus, quem propterea πάντων δειλότατον δαιμόνιον appellat Chremylus apud Aristophanem in ejusdem fabula. *Idem.*

7 Πλ.] Penia, ut Plutum videt accedentem, indignabunda Mercurium interrogat, quo illum abducat, perceptoque responso, miratur eum rursus adire Timonem, à quo tam contumelioſe fuerat ejectus. Vtitur oratione exacerbationis plena. *Idem.*

8 Τοῦτον] Fastidium subest huic pronomini & contemptus q. d. hunc execum & vitiis deformem. *Idem.*

9 Ἀργειφόντα] Homeric. Patet Dial. Iovis & Merc. postea. *Bourd.* Mercurium indigerat per ludibrium Homerico utens epitheto. Sic appellatur, quod Argum Iûs custodem occiderit secundum poëtas. Erat autem Argus ille pastor, totus, ut Plautus loquitur, *oculeus*, quem lyra sopitum interfecit Mercurius, & vaccam abduxit, quam fabellam ingenioſe persequitur Ovidius 3. Metamorph. Physiologi ad Naturam referunt, ut Mercurius sit Sol; Argus παντόπτης, cælum cum stellis, quæ sole adveniente quasi occiduntur, id est, obscurantur & occul-

Πλοῦτον ἐπὶ Τίμωνα ἀπιόντι αὐτὸν ἐγὼ κομίσας ἔχουσα τοῦτον τὸν τυφλὸν ἐξαλαζόνευσα, τρυφῇσι ἐξεδίδυσα, τῇ σοφίᾳ, καὶ τῷ πόνῳ, γνήσιον ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον [1] ἀπεσκεύασα; [2] Οὕτως ἄρα [3] ἀκαταφρόνητον ὑμῖν ἡ πενία δοκῶ, καὶ [4] εὐάδικον, ὥστε ὃ μόνον κτῆμα εἶχον, ἁρπασθέντα με ἀκαιρότατος πρὸς ἀρετὴν ἐξεργαστῆρον, ἵν' αὖθις ὁ πλοῦτος ἐξαλαζόνευτον αὐτὸν, ὑβρεί καὶ τύφῳ [5] ἐγχειρήσας ὁμοίου τοῦ πρώτου μαλάκιον, καὶ ἀργύνη, καὶ ἀνοησίαν ἀπρόφρασιν, ἀπίοντα πάλιν ἐμοὶ [6] ῥακὸν καὶ μεγιστηρῶν.

nunc Plutus ad Timonem, poſteaquam ego ipſum antea delitiis male corruptum ſuſcepi: & his, videlicet Sapientiæ & Labori traditum, ſtrenuum, multique precii virum reddidi? Adeone deſpicienda, injuriæque idonea Paupertas vobis videor, ut hunc quæ mihi unica erat poſſeſſio, eripiatis, jam exactiſſima cura ad virtutem excultum? ut Plutus hic ubi denuo ſuiceperit, per contumeliam, & arrogantiam illi manu injecta, mollem & ignavum, & vecordem, qualis olim erat, reddiderit: rurſum mihi reſtituat ubi jam nihili factus

tantur. de quibus diſſertantem audi Macrob. Saturnal. lib. 1. & Cl. Voſſium in ſapius à me laudato opere. *Barl.*

1 Ἀπεσκεύασα] Pro ἀπετέλεσα. Sic ſupra uſus eſt verbo ἀποφαίνειν Lucianus. *Idem.*

2 Οὕτως ἄρα] Indignatur Penia, quod ab omnibus deſpiciatur & contumelioſe excipiatur: Plutus contra ſummo cum honore recipiatur, quitamen homines reddat arrogantes, molles, omnique vitiorum genere deformes: idque probat exemplo ipſius Timonis, reipſa confirmans, quæ verbis diſputarat. *Idem.*

3 Εὐκαταφρόνητον] *Qua ab omnibus facile contemnitur.* Nam ut olim, ſic hodieque verum eſſe comperitur, quod ait ingenioſiſſimus poeta:

In pretio pretium eſt, ſolus dat cenſibus honores,
Cenſibus amicitias, pauper ubique jacet.

Pauperes enim quia minus ſapere creduntur, quam divites, à Magiſtratu & publicis muniis excluduntur. *Curia pauperibus clauſa eſt*, inquit idem Naſo. Unde eorum verba nihil ponderis habent: τῷ γὰρ πλούτῳ εἰσὶν αἱ λόγοι κανοί, dixit aliquis e Græcis Comicis: ardivitum voces, velut oracula habentur, ipſiſque ineſſe creditur illud grande ſophos. *ὁ δ' ὄλβος*, inquit Pindarus, *ἄκρον ἐχεῖ παντὸς δόξας*, id eſt, *felicitati & divitiis ſumma ineſt ſapientiæ opinio.* Idem.

4 Εὐάδικον] Sic vocatur Penia quod omnium injuriis opportuna ſit facileque opprimatur in judicio pauper. Ariſtoteles lib. 2. Rhetor. enumerat eos, qui potentiorum injuriis maxime expoſiti ſunt, quos inter præ cæteris cenſet τοὺς πένητας, id eſt, *pauperes*, cum aliis de cauſſis, tum propter illorum indigentiam, & dicendi agendique imperitiam. Contra mores deſcribit eorum, qui injuriam potius inferre volent quam pati, ut ſunt *divites* & *potentes*, qui cum ſint φιλόνεικοι, adverſus aliorum oppreſſiones ſua præſto habent præſidia & clientelas. *Idem.*

5 Ἐγχειρήσας] Variè exponunt interpretes. Eraſmus: *Per contumeliam & faſtum manu illi injecta*, ut ſubintelligatur dativus perſonæ αὐτῷ ſcil. Timoni. Sunt qui vertant: *Contumeliæ & typho in manum tradens vel dedens*, quaſi eſſet ἐγχειρίσας, niſi ita legendum, quo ſenſu paulo ante uſurpat verbum παραδῆναι. Alias rectè Pererius, ἐγχειρεῖν expoſuit, *manum injicere*, quæ propria ejus ſignificatio eſt. *Idem.*

6 Ῥακὸν] Eleganter ita vocat hominem nihili à veſte detrita rejiculaque ſumpto

[1] Ἑρ. Ἔδοξε ταῦτα ὦ πενία τῷ Διΐ. Πε. ἀπέρχομαι. κ) ὑμεῖς ὦ πόνε, κ) σοφία, κ) οἱ λοιποὶ, ἀκόλουθεῖτέ μοι. Τί δ) τάχα οὐκ) εἶσιν μετὰ τοσαῦτα λοιδορήσας, ἀγαθὸν συναρμόσαι, κ) διδάσκαλον τῶν ἀρίστων. ἢ τοιοῦτον, ὑγιαίνοντος μὲν τοῦ σώματος, ἐμμεμφῶς δ) τῇ γνώμῃ διατίλοιτο, ἀνδρὸς βίον ζῶν, κ) πρὸς αὑτὸν λογιζόμενον. τὰ δ) [2] περιττὰ κ) πολλὰ τοιαῦτα ὅσα ἐστὶν, ἀλλότρια νομιζόμενα. [3] Ἑρ. ἀπέρχου). ὑμεῖς

factus erit. *Merc.* Sic ô Paupertas Iovi placitum eſt. *Paup.* Equidem abeo: at vos Labor, & Sapientia reliquique ſequimini me. Porrò hic brevi cognoſcet, qualis in ſe fuerim, quam nunc relinquit: nempe adjutrix bona, & rerum optimarum doctrix, qua cum donec habuit commercium, ſano corpore, valentique animo perſeveravit, virilem exigens vitam, & ad ſeſe reſpiciens: ſupervacua autem & vulgaria iſta, aliena, ita ut ſunt, exiſtimans. *Merc.* Diſcedunt illi, nos eum

pro convicio. Deducitur à ῥήγνυμι, rumpo, teſte Euſtathio, cujus ptæt. ἔῤῥηχα, verſo ε in α & denſa conſonante in tenuem. Niſi forte ex Hebræo fonte derives à רקע, quod eſt, *expandit, in latum diduxit attenuando.* Ariſtophanes in Pluto per convicium ſic vocat cutem aniculæ rugoſam & flacceſcentem. Legitur & ῥαιδία, ſi proba vox eſt, in illo Poſidippi apud Athenæum: νὴ ὄχλα τοιαῦτα ῥαιδία ὑφειλόμην, id eſt, ex reſtitutione Caſauboni: *Cogita talu turba farragine convenisſe.* Galli integram vocem ſervarunt, cum *racaille* dicunt pro fæce hominum. Simillime & πίσσους appellant Græci, ſenes effætos & Reipub. inutiles, q. d. *retrita pallia.* Euripid. in Autolyco. *Barl.*

1 Ἑρ. ἔδοξε ταῦτα, ὦ πενία, τῷ Διΐ] Paupertatis querelæ reſpondet Mercurius, & Iovis imperium mandatumque obtendit, cui cedit Penia, & cum indignatione totoque ſatellitio ſuo à Timone diſcedit. Vbi vero Plutus accedit, una cum eo omnium vitiorum agmina ſuccedunt. Vere Iuvenalis ſat. 6. *Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis, ex quo Paupertas Romana perit.* Ex opulentia enim copia: ex copia luxus, hinc corruptiſſimi quique mores naſcuntur. At Paupertas optimarum rerum doctrix eſt facitque ut cultores ſui corpore ſint robuſto virilique ſemper animo præditi. Sic & eadem Penia de ſe jactat apud Ariſtoph. ὡς γενοίμεθ', inquit, ὅτι τῷ Πλούτῳ παρέχω βελτίονας ἀνδρας ἢ τῇ γνώμῃ, ἢ τῷ ἰδίᾳ. Nam Penia tenuem ſimplicemque victum præſcribit, ex quo id commodi percipit homo, ut bene valeat. Vnde non inſcite paupertatem *bona mentis ſororem* dixit antiquitas. Sed eam à mendicitate diſtinguimus. nam pauper aliquid habet, & præterea animum adjungit rebus agendis. At mendicus nihil habet, deque alieno tantum vivit, nec honeſto operi ſe applicat. *Idem.*

2 Περιττὰ ἢ ἀλλότρια] Sic vocat externa bona, quorum copia carere poſſumus, quæque vel habere vel retinere in aliena, haut noſtra poteſtate ſitum eſt. De quibus & Iuvenalis ſat. 10.

Ergo ſupervacua hæc aut pernicioſa petuntur
Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Præclare in hanc rem Euripides: ἐπὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλοῦ δυοῖν, Δήμητερ, αἰτεῖσθαι, πλὴν μετρίου δ' ὑδρηχόου, Ἃ κἂν πένησι κ) πένητ' ἡμᾶς τρέφειν. h. e. *Quid mortales deſiderant præter duo ſola, fruges & aquam? quæ in medio poſita ſunt, & ea à Natura ſunt producta, ut nos alant.* Ad quæ reſpexiſſe videtur Seneca: *Panem & aquam,* inquit, *Natura deſiderat: nemo ad hæc pauper eſt. intra quæ quiſquis deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Iove de felicitate contendit.* Epiſt. 17. *Idem.*

3 Ἑρ. ἀπέρχου)] Timon diſcedente Penia ejuſque comitibus Plutum con-

ξ. ΘΕΟΣΤΙΜΟΣ. ΑΥΤΟΣ. Τί. τίνες ἐστὲ ὦ κατάρατοι; ἢ τί βαλόμενοι δῆρ ἥκετε, [1] ἄνδρα ἐργάτην, καὶ μεθοφόρον σκηνὴν συλήσοντες; ἀλλ' [2] οὐ χαίροντες ἀπιτε, μιαροὶ πάντες ὄντες. ἰὼ γῆ ὑοῦς αὐτοῖς μόλαι βάλλων [3] τοῖς βώλοις καὶ τοῖς [4] λίθοις, [5] σωτρίψω. [6] Ε. μηδαμῶς ὦ Τίμων μὴ βάλῃς. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐκ βαλεῖς. ἀλλ' ἐγώ εἰμι, Ἑρμῆς εἰμι, ὅτῳ ὁρᾷς, ὁ Πλοῦτος. ἔπεμψε δέ ὁ Ζεὺς ἐπακούσας τῶν σῶν εὐχῶν. ὥστε [7] ἀγαθῇ τύχῃ

eum adeamus. *Tim.* Quinam estis, ô scelesti? aut qua gratia huc advenistis, homini operario, ac mercenario negotium exhibituri? sed non læti abibitis, improbi vos omnes: nam illico vos ego glebis & saxis petitos comminuam. *Merc.* Nequaquam ô Timon ne ferito: neque enim mortales ferires. Ego enim sum Mercurius, hic Plutus. Nos tuis precibus exauditis misit ad te Iupiter. Quare, quod bene

spiciens cum suis accedentem acerba & minaci oratione insectatur. *Barl.*

1 Ἄνδρα ἐργάτην] Indignatur, quod ipsum in rustico opere versantem interpellent. Solent enim τοῖς χειροβίοις & operi gnaviter intentis molestæ esse interpellationes, præsertim cum damno conjunctæ. Sic rustici senes apud Aristoph. in Pluto ægre ferunt, quod ipsos ex agro vocasset Catio, & quidem σπουδῇ ἀναχίζοντας, ὧν ἐσπ ἔσθ' ὅτε, *cum gnaviter laborarent, nec otium supperet.* Qui apud alios dicuntur ἐργάτικοι, apud Atticos vocantur ἐργάδ testæ Hesychio, proque *operarii rustici* plerumque accipitur. *Idem.*

2 Οὐ χαίροντες ἄπιτε] *Non læti abibitis*, pro, non impune feretis, i. e. οἰμώξετε, *plorabitis*, ut alibi. Litotes. μιαροὶ & κατάρατοι voces sunt abominantium. *Idem.*

3 Τοῖς βώλοις] Qualis gleba Ægyptia: de qua copiose Achill. Tat. in Clitoph. *Bourd.*

4 Λίθοις βάλλων] Vno verbo Græci dicunt λιθοβολῶν, & simpliciter lapides, in aliquem conjicere significat. Nam λιθάσαι illa ludæorum Græcis gentibus ignota fuit. *Idem.*

5 Σωτρίψω] Id est, *conteram, comminuam.* Sic Ennius: *saxo cere comminuit brum*, vocis intersectione ipsam capitis διαίρεσιν exprimens. *Idem.*

6 Ε. Μηδαμῶς ὦ Τίμων μὴ βάλῃς] Mercurius iracundum Timonis impetum sturus, quinam ipsi sint, à quo, & quem in finem missi, paucis declarat. *Idem.*

7 Ἀγαθῇ τύχῃ] *Bonis auspiciis.* τύχη, vocabulum est πρὸ μέσου, quæ nunc *bona*, nunc *mala* dicitur. Ἀγαθῆς Τύχης statua fuit Athenis juxta Prytaneum, itemque Romæ in Capitolio, quæ & Antias dicta ab Antio oppido, ubi templum famosissimum habuit multorum etiam principum donis ornatum. Vnde Horat. *ô Diva gratum quæ regis Antium.* *Mala* autem *Fortuna* in Esquiliis culta legitur. Scribit Pausanias in Bœot. Fortunæ sacellum fuisse, in quo ipsius Deæ simulacrum esset, Plutum divitiarum Deum puerum tenentis. Quo significabant Veteres, Fortunam ipsam divitiarum esse matrem atque nutricem. Non ignoravit hoc Hagiensis noster in sua regia, ubi proximam Divæ Pecuniæ Fortunam collocat:

Fortuna ante alios magnum sibi vindicat illic
Impertum, regnique tenet communia sceptra,
Instabilemque globum gemmis ornavit & auro.

Hinc Sallust. de conjurat. Catilinæ loquens: *Fortuna*, inquit, *in omni re dominatur, ea res cunctas ex libidine magis, quam ex vero celebrat obscuratque.* Erasmus ἀγαθῇ τύχῃ transtulit *quod bene vortat.* Sic enim loqui solebant antiqui & bene

pre-

[1] δεῦρο τὸ ἄλφον, [2] ἀπόστηθι τῶν πόνων. [3] Τί. καὶ ὑμεῖς [4] οἰμώξεσθε ἤδη, καίτοι θεοὶ ὄντες ὡς φατέ. πάνδεινος γὰρ ἄμφω καὶ θεὸς καὶ [5] ἄνθρωπος μισῶ. τουτονὶ δὲ τὸν τυφλὸν, ὅστις ἂν ᾖ, καὶ [6] ἐπιβλέψειν μοι δοκῶ τῇ διανοίᾳ. Πλοῦ. [7] ἀπολοῦμαι ὦ Ἑρμῆ ἐὰν ἅψῃς μου Διός. μελαγχολᾷν γὰρ ὁ ἄνθρωπος μοι δοκεῖ, μή τι κακὸν ἀπόλωμαι σωσιλαβών. [8] Ἑρ. [9] μηδὲν σκαιὸν ὦ Τίμων. ἀλλὰ τὸ πάνυ τοῦτο ἄγελον,

bene vertat, opes accipe desistens à laboribus. *Tim.* Atqui vos jam ploraveritis, etiamsi Dii sitis, ut dicitis: siquidem odi pariter omnes tum Deos tum homines. Sed cæcum hunc, quisquis is est, certum est mihi impacto ligone comminuere. *Plut.* Abeamus, per Iovem, Mercuri: quando quidem hic homo mihi videtur non mediocriter insanire, ne malo quopiam accepto discedam. *Merc.* Nequid ferociter, Timon, quin potius hac ferocitate,

precari. Cicero lib. 1. de divinat. *Neque solum Deorum voces Pythagoræi observaverunt, sed etiam hominum, qua vocant omina: qua majores nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix fortunatumque sit, præfabantur.* Barl.

1 Δεῦρο τὸ ἄλφον] Finem adventus sui esse dicit Mercurius, ut iterum ditatus Timon liberetur ab hoc acerbo vitæ genere: qualis est rusticorum. Sic & Cario apud Comicum solatur miseros senes rusticos: ὁ δεσπότης φησὶν ὑμᾶς ἅπαντας ψυχρῶς βίᾳ ἐκ δυσκόλου ζώσεις ἀπαλλαγήσεσθαι, id est, *Herus meus pollicetur, vos omnes hanc austeram & odiosam vitam cum alia suaviori permutaturos & beate delicateque in posterum victuros.* Idem.

2 Ἀπόστηθι] Ἀποστῆναι τῆς πόσεως dixit pro λήγειν. Vide Gallicæ suæ decus Budæum pag. 473. *Idem.*

3 Τί.] Timon Deorum nominibus numinibusque nihil territus utrique minas intendit. *Idem.*

4 Οἰμώξεσθε] Vt ab ὦ ὦ particulis θαυμαστικαῖς fit ὠάζειν pro *admirari*: ab οἰ οἰ, verbum οἰάζειν, *lamentari*: sic ab οἴμοι, quod adverb est hominis aliquid indigne ferentis, est οἰμώζειν, nec luctum duntaxat, sed & contemptum significat. Quos enim aspernamur, eos & jubemus plorare. Desumptum hoc loquendi genus, ut volunt, à Scythis, qui Dario regi nihil aliud respondebant, quam κλαύσειν. Imitantur Latini. Horat.

Qui me commorit (melius nil tangere clamo)
Flebit & insignis tota cantabitur urbe. Idem.

5 Ἄνθρωπος μισῶ] Inde cognomen μισάνθρωπος. pag. 47. Interp. Aristoph. ad Aves & Lysistr. *Bourd.* Inde & ei μισανθρωπία nomen. *Idem.*

6 Ἐπιβλέψειν] Translatum hoc volunt à remigibus, quorum remi assiduâ jactatione teruntur, vel ut alii, à curribus, quorum rotæ crebro circumactu alliduntur. *Idem.*

7 Ἀπολοῦμαι] Plutus metu perculsus abire conatur, ne plagis onustus, aut insigni damno mulctatus mox cogatur discedere. Sic idem sibi metuit à Chremylo, ejusque contribulibus apud Comicum: *Si cognoveritis*, inquit, *qui vir sim*, κακόν τι μ' ἐργάσεσθε, *aliquod malum mihi dabitis.* μελαγχολᾷν αὐτὸ μαίνεσθαι, ut supra. *Idem.*

8 Ἑρ.] Sequitur objurgatio παραινετικὴ seu admonitoria. Corripit Timonem Mercurius, eumque hortatur, ut depositâ illa feritate obviis ulnis oblatam divinitus fortunam excipiat. *Idem.*

9 Μηδὲν σκαιὸν] Scilicet διαφέρειν. Illud σκαιὸν varie exponitur ab Hesychio, quem consule. Vult Mercurius, nequid stolidum, improbum aut inhumanum

καὶ τραχὺ καὶ ἀπαλὸν, σκληρίας τὴν χεῖρα, [1] λαιμάσσας τῷ ἀγαθῷ τύχῳ, καὶ πλουτῆς πάλιν, καὶ ἴσως [2] Δημαίνων τις τοῦτο, καὶ ὑπερόπτης τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων, μόνῳ σοὶ τοὺς δαίμονας. [3] Τί. Οὐκοῦν ὑμῖν διοίσω. μὴ ἐνοχλεῖτε μοι. [4] ἱκανός μοι πλοῦτος ἡ δικελλα· τὰ δ' ἄλλα, δαιμονιώτατός εἰμι μηδενὸς μοι πλείονος δεῖν. [5] Ἐρ. Οὗτος [6] ὦ τῶν ἀπειθεστάτων; [7] τοῦδε Φοίβου Διὶ μῆνιν ἀπηνέστερα, κραδίην τε; καὶ μὴν εἰκὸς ἦν μισανθρωπίαν

tate, & aſperitate depoſita, bonam fortunam porrectis manibus excipe, rurſus dives eſto, rurſus Athenienſium princeps, ſoluſque fortunatus ingratos illos deſpicito. *Tim.* Nihil mihi vobis eſt opus: ne obturbate: ſat opum mihi ligo: ſum præterea fortunatiſſimus, ſi nemo ad me accellerit. *Merc.* Adeone quæſo inhumaniter? *Hæc ego ſæva Iovi refero atque immania dicta?* Atqui par erat forſitan inviſos

num committat in ſe, ἐπὶ σ' αὐτὰς. Læva manus ad opus faciendum inepta eſt, cui opponitur τὸ δεξιόν, quod contraria habet ſignificationes: *dextra* pro bonis. *Barl.*

1 Λαιμάσσας τῷ ἀγαθῷ τύχῳ] Id eſt, *felix eſto.* Supra dixit, ἀγάθη τύχη δίκε τ' ὄλεον. Studium exprimit, cum addit: σφολίγας τὼ χεῖρε, *porrectis manibus, vel ambabus, quod ajunt, manibus.* Vbi notetur τὼ pro τὰ in duali dicere Atticos per enallagen generis. Quod ex Homero & Platone in aliis etiam obſervat diligentiſſimus auctor Plutarchus. *Idem.*

2 Δημαίνων τις τοῦτο] Pro ὁ πρῶτος, vel τὸ πρωτεῖα φερόμενος, qui primus eſt, vel *primas tenet* inter Athenienſes. Ariſtoph. κᾆτ' ἐπὶ τοῦτο τὸ κακὸν μοχθηρίας, *nebulonum illic princeps eſt.* Idem.

3 Τί. Οὐκοῦν ὑμῖν διοίσω] Αὐτάρκειαν ſuam oſtendit Timon, & laborioſam paupertatem ignavis anteponit divitiis. *Idem.*

4 Ἱκανός] Iocoſe dictum, ἱκανὸς μοι πλοῦτος ἡ δικελλα. Ludit ambiguitate vocis πλοῦτος, qua & *Deus* & *divitiæ* ſignificantur. Oſtendit hic Timon ſe μισοπλοῦτον, id eſt, *divitiarum contemptorem*, quod in quo viro perſpectum eſt, (verba ſunt Tullii) *bonum virum ſpectatu arbitramur, miramurque quam maxime, quod eas res ſpernit & neglexit, ad quas plerique inflammati avaritiæ rapuntur.* Tales inter philoſophos familiam duxere Cleanthes, Ariſtippus, Diogenes, Pythagoras, & alii complures, qui cum divites eſſent vel eſſe poſſent, divitias contemptere: nonnulli in profluentem abjecere tanquam bonæ mentis impedimenta. Eodem quoque in Plutum, quo in hoſtes animo fuere invicta illa belli fulmina, Epaminondas, Curius, Scipio, Fabricius, Q. Cincinnas ab aratro ad *Dictaturam* vocatus, ſimileſque heroum non pauci. De Socrate legitur, quod cum Archelaus rex ipſum ditare vellet, ei reſcripſerit: *quod farina chœnices quatuor obolo venirent Athenis, & fontes aquam funderent. Nam ſi res mea*, dicebat, *mihi non ſufficiunt, at ego ipſis ſufficio: & ſic etiam ipſe mihi.* Idem.

5 Ἐρ. Οὗτος] Inhumanitatem Timonis redarguit Mercurius, & ſermonis acerbitatem. *Idem.*

6 Ὦ τῶν] Vocandi caſus eſt per aphæreſin, τῦ ς, & appoſitionem τῦ ν, à recto ὅτος, quæ vox *ſocium* & *familiarem* denotat, ex quo poſteriores Græci fecere ἑταῖρος, producta terminatione. Sic δῶ, κεῖ, λιτὰ, & ſimilia legas apud Homerum pro δῶμα, κεῖθι, λιτανεύειν, in quibus contra vulgus Grammaticorum non ἀποκοπὴν, ſed ἐκτατολογίαν ſtatuit ὁ κεφαλὴ Salmaſius. *Idem.*

7 Τόνδε φοίβου] Verſus eſt Homericus, qui extat Iliad. ο. ubi Iris de Neptuno ob Iovis imperium ſtomachante his verbis utitur. Hinc videmus, non ex opulentia ſolum, ſed etiam paupertate haut raro naſci inhumanitatem, & ingenii quæ-

θρωπον μὴ οἰναί σε, τοσαῦτα ὑφ' αὐτῶν δεινὰ πεποιῆτε, μισήσαντες ἅμα δαίμονας, ὅτους [1] ἐπιμελεμένους οὐκ ἔστ θεῶν. [2] Τίμων. ἀλλά σοί μὲν ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῷ Διΐ, πλείστη χάρις ἔστ ἐπιμελείας. τοῦτον δ' ἔτ πλοῦτον οὗτε ἂν λάβοιμι. Ἑρ. τί δή; Τί. ὅτι καὶ πάλαι [3] μυρίων κακῶν μοι αἴτιος ἦτον [4] κτῆσις, κόλακί τε ὠφελοῦσ, καὶ ἐπιβούλοις ἐπιτηδείων, καὶ [5] μίσους ἐπιγείρους, καὶ ἐδοκιμάσθη κατεφθαρμένους, καὶ ἐπίφθονον ἀσαφήνας. τέλος δ', ἄφνω κατέλιπεν, ἅτους ἀπίστους, καὶ [6] προδοτικῶς. [7] ἡ βελτίστη δ' πενία,

visos esse tibi homines, à quibus tam indignas injurias accepisti: nequaquam autem Deos, cùm illi tantopere tui curam gerant. *Tim.* At tibi Mercuri, lovique pro vestra cura, plurimam habeo gratiam: sed Plutum hunc recipere nolim. *Merc.* Quid ita. *Tim.* Quia mihi olim innumerabilium malorum author fuit, cùm me assentatoribus traderet, mihi insidiatores inveheret, odium conflaret, illecebris corrumperet, invidiæ obnoxium redderet: denique quum me adeò perfide & proditoriè destitueret. Contrà verò Paupertas me laboribus viro digni-

quandam morositatem. Vere Comicus: Πενία δ' ἀγαθάμαχός γε τῷ σοφῷ ποιεῖ. *Ab inopia aliquando venit inhumanitas.* Barl.

1 Ἐπιμελεμένους ἐστ] Providentiam divinam astruit Mercurius contra Epicurum, qui τὸ προνοητικὸν Deo in totum adimebat. Illius hoc effatum erat: Τὸ μακάριον & ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὐδὲ ἄλλῳ παρέχει. *Quod beatum & immortale est, negocia nec habet, nec cuiquam exhibet.* Putabat enim suam Diis non constare tranquillitatem, si rerum humanarum curis destinerentur. Vnde Didus soror apud Maron. 4. Æneid. *Scilicet is Superis labor est, ea cura quietos Sollicitat.* Sunt enim Dii ἀθάνατα ζῶντες, ut loquuntur poëtæ. Et hanc esse causam ipse Epicurus testatur in epistola ad Herodotum. ἐκ γὰρ συμφανέσι πράγμασι τοῖς, & φροντίδες, & ὀργαί, & χάριτες μακαριότητι, ἀλλὰ ἀδυναμία, & φόβῳ, & προσδοκίᾳ τῶν πλησίον τοιαῦτα γίνεται, id est, *Non enim conveniunt actiones, & cura, & ira, & gratia summa beatitudini; sed infirmitatis hæc sunt, & metus & indigentia aliorum.* Idem.

2 Τίμων. Ἀλλά σοί μὲν, ὦ Ἑρμῆ, & τῷ Διΐ] Correctione utitur Timon, & Diis quidem pro sua cura plurimam habet gratiam: cætera Plutum nequaquam se recepturum pertendit, quod innumerabilium malorum sibi auctor extiterit, quæ sigillatim recenset. Est hic præclara quædam ἀντίθεσις Pluti & Penix à diversis utriusque effectis. *Idem.*

3 Μυρίων κακῶν αἴτιος] Sic dicitur Plutus, quem ex vero magis omnium bonorum juxta & malorum auctorem facit Chremylus apud Aristoph. μανότατος, inquit, εἰ σὺ πάντων αἴτιος & τῶν κακῶν, & τῶν ἀγαθῶν. Prout enim animus est utentis, ita & divitiæ. Stoici inter ἀδιάφορα ponunt, quæ nec per se bona, nec mala sunt. Vsus dat eis nomen, sive cum virtus, quæ sola bona est, sive cum malicia accessit. *Idem.*

4 Κτῆσις] Γίγνετ. quod peculiare est verbo κεκτῆσθαι. vide Budæum pag. 480. *Idem.*

5 Μίσους ἐπιγείρους] Conflant enim odium & invidiam magnæ opes. Hinc Græci cum aliquem supra modum felicem laudarent, dicere solebant: ἀτυχεῖ φθόνου δ' ἄπεστι. *Felix es, absit invidia.* Et *invidenda opes* apud Latinos, pro ingentibus. *Idem.*

6 Προδοτικῶς] Cum perfide & proditorie se à Pluto destitutum queritur Timon, docet, quam fluxæ & inconstantes sint opes, ut vere scripserit Hieronymus: *Aurum malus est dominus, prodítor servus.* Idem.

7 Ἡ βελ-

[1] πόνοις μὲ τοῖς ἀνδρικωτάτοις κεκοινωνήκασι, καὶ μετ' ἀληθείας ἢ παῤῥησίας ἀσθενεμιλῆσαι τί τε ἀναγκαῖα κἀμοὶ παρεῖχε, [2] καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων καὶ ἀφθονίαν ἐπαίδευεν, [3] ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας ἀπαρτήσασα μοι τοῦ βίου, [4] καὶ δείξασα ὁποῖς ἐπ' ὀλίγοις ὁ πλοῦτος ἐμοί, ὃν ὑπὸ κόλακι [5] θωπεύων, ὑπὸ [6] συκοφάντῃ φοβῶν, ὑπὸ [7] δήμου δι-

dignissimis exercens, mecumque vere & liberè convivens, & quibus opus erat suppeditavit laboranti, & vulgaria illa contemnere docuit, effecitque ut mihi vitæ spes omnis ex me ipso penderet, & demonstravit quænam essent opes meæ, quas neque adulator allentans, neque sycophanta territans, neque plebs irri-

7 Ἡ βελτίων ἢ πενία] Est hæc altera collationis pars, qua continetur illustre paupertatis encomium. Eundem locum communem pertractat Aristophanes in Pluto, ubi refert, quæ commoda paupertas: quæ ex adverso mala producat rerum copia & luxus. *Barl.*

1 Πόνοις ἀνδρικωτάτοις] Id est, laboribus viro dignis, quales sunt præ cæteris rusticorum. Hinc Cleanthes suam vitam divitum vitæ solebat præferre hoc nomine: *dum illi*, inquit, *pila ludunt: ego fodiens duram humum exerceo*, ut refert Laërtius lib. 7. cap. 11. per τὰ ἀναγκαῖα intelligit τὰ βιωτικά. Iuvenal. Sat. 14.

Vivite contenti casulis & collibus istis
O pueri: Marsus dicebat, & Hernicus olim
Vestinusque senex: panem quæramus aratro,
Quod satis est mensis.

Τὸν ὀλίγον πλοῦτον supra vocavit Timon. *Idem.*

2 Καὶ τῶν πολλῶν] Sic vocant Græci vulgaria hæc & cuivis obvia bona, quæ despicere magni animi est atque excelsi. Tullius pro domo sua. *Caduca semper & mobilia hæc esse duxi, non virtutis atque ingenii, sed fortuna ac temporum munera; quorum ego non tam facultatem & copiam expetendam putavi, quam & in utendo rationem, & in carendo patientiam.* Idem.

3 Ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ] Ex se ipso pendere dicitur, qui non in divitiis aut rebus ullis externis fiduciam collocat, sed animi sui bonis acquiescit. πρὸς ἑαυτὸν βλέπειν supra dixit. Persius. *Ne te quæsiveris extra.* τὸ ἀναρτᾶν à corpore ad animum transfertur, ut *pendendi* verbum apud Latinos. *Idem.*

4 Καὶ δείξασα ὁποῖς ἐπ' ὀλίγοις ὁ πλοῦτος ἐμοί] Ostendit his verbis Timon, quænam sint veræ & solidæ opes semperque permanentes, nimirum quæ in animo consistunt, nec fortunæ casibus obnoxiæ sunt. *Idem.*

5 Θωπεύων] Κολακεύων, ἀπατῶν, Interp. Aristoph. Acharn. Hesych. *Bourd.* Id est: *blandis verbis decipiens.* Θωπ proprie vocatur ὁ μετὰ θαυμασμοῦ ἐγκωμιασμός Hesychio interprete, *qui quasi admirabundus aliquem laudat & prædicat.* Barl.

6 Συκοφάντῃ φοβῶν] Appolite Terrori erat illud genus hominum civibus, quorum nomina fallo sæpe deferebant apud Magistratum. Ita apud Aristophanem in Pluto gloriatur sycophanta, quod cives accuset, lustoque crimen intentare conatur, ut eum perdat. *Idem.*

7 Δήμου παρεξιούσης] Nec minor est plebis irritatæ potestas in bona fortunæ. Nam divitiæ, imperia, fasces, quæque ejus generis sunt alia, ab eo qui dedit, rursus eripi possunt. Horatius:

Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet: ut si
Detulerit fasces indigno, detrahet idem.
Pone meum est, inquit, pono tristisque recedo.

Vnde *aurarii* favores dicuntur, qui à populo conferuntur, i. e. *vento & aura leviores.*

πανοχλησίαις, οὔτε ἐκκλησιαζομένης ψηφοφορίαις, [1] ὑπ' ἐνίων ἐπιβουλεύσεως, ἀφελέσθαι δύνασθ' ἂν. [2] ἐρρωμένῳ τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πόνων, τυθὶ τὰ ἀγροῖα φιλοπόνως ἐπεργαζομένῳ, ἀδὲν ἐμοὶ τῶν ἐν ἄστει κακῶν, [3] ἱκανὰ δ' ἐξαρκῆ ἔχω τὰ ἀλφιτα. ὥστε παλίνδρομον ἀπιθι ὦ Ἑρμῆ, τὸν Πλοῦτον ἀπαγαγὼν τοῦ Διί. ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν ἵν' πάντες ἀνθρώ-

irritata, nec concionator ſuffragium ferens, neque tyrannus inſidias queat eripere. Itaque laboribus jam roboratus dum hunc agellum gnaviter exerceo, neque quicquam eorum malorum quæ ſunt in civitate aſpicio, abundè magnum & ſufficientem victum ligo mihi ſuppeditat. Quare tu Mercuri, quam veniſti viam remetiens recurre, Plutum hunc ad Iovem deducens. Illud mihi ſat fuerit ſi effecerit ut omnes mortales per omnem

vivere. Per ἐκκλησιάζω intelligit eum, qui in concione cœtu aut populi ſuffragium fert, quod eſt ψηφοφορεῖν, fiebatque ταῖς ψήφοις, ſive calculis. quorum alii erant λυτικοὶ & abſolutorii: alii μιάσεις & condemnatorii. *Barl.*

1 Οὐ τύραννος ἐπιβουλεύσας] Tyranni quoque meminit, cujus proprium eſt inſidiari vitæ & fortunis innoxiorum civium. Sicut enim bonus princeps, quem ποιμένα λαῶν appellat Homerus, pro ſuprema lege habet ſubditorum ſuorum ſalutem: ita ex adverſo Tyrannus ſuis tantum ſpoliis inhiat, quaſque fidi paſtoris exemplo tondere debebat oviculas, lupinum in morem deglubit, atque dilacerat. δημοβόρους βασιλῆας merito eos appellat Heſiodus. Horum omnium tyrannidi, aut inſidiis non obnoxia eſſe ea, quæ vocamus animi bona, docet Timon. Præclare Flaccus lib. 3. od. 3.

Juſtum & tenacem propoſiti virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida. ———

Et idem epiſt. 16. lib. 1.

Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum, quid me perſerre patique
Indignum coges: adimam bona. nempe pecus, rem,
Lectos, argentum, tollas licet! in manicis &
Compedibus ſavo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus, ſimulatque volam, me ſolvet. opinor.
Hoc ſentit, moriar: mors ultima linea rerum.

Notandus hic participiorum elegans perſonisque conveniens ſchematiſmus. *Idem.*

2 Ἐρρωμένῳ τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πόνων] Timon ſua ſorte contentus, nec plura deſiderans Mercurium & Plutum ad Iovem, à quo miſſi erant, redire jubet. Ita viri ſapientes opulentiam, ut gravem noxiamque à ſe procul ablegant. *Divitiæ*, inquit Seneca, *apud ſapientem virum in ſervitute ſunt, apud ſtultum in imperio: ſapiens divitias nihil permittit, nobis divitiæ omnia.* ἐρρωμένῳ· Λέγει τὸ ἰσχυρὸν roboro. Vt otium & deſidia plurimum corrupti humoris gignere ſolet in corpore humano: ſic moderata exercitia eos conſumunt atque exſudant. Hinc σύμμετρον πόνον ſuo præſcribit Demonico Iſocrates. *Idem.*

3 Ἱκανὰ τὰ ἄλφιτα] Sic ſupra dixit, ἱκανὸς ἐμοὶ πλοῦτος ἡ δίκελλα, *ſatis opum mihi ligo eſt.* Notandum τὰ ἄλφιτα propriè *farinas* denotare: per ſynecdochen *pro victu reque familiari* accipi. hinc ἀδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα, proverbio dicitur, cum de arte vel re aliqua ſermo eſt, quæ ad victum parandum nihil conducit. Ariſtoph. in Nebul. *Idem.*

1 Η'ζα-

πως [1] ἡδέως οἰμώζειν ποιῆσαι. [2] Ἑρ. μηδαμῶς ὦ γαθέ. οὐ γὰρ πάντες εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς οἰμωγήν. ἀλλ' [3] ἔα τὰ ὀργίλα παῦσαι, καὶ [4] μειρακιώδη. καὶ τὰ πλεῖστα παραίλλου. [5] ἤτοι δοτέα τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός. [6] Πλοῦ. βέλτιστε Τίμων δικαιολογήσομαι πρὸς σέ; ἢ [7] καλεπαίνεις μοι λέγοντι; Τί. λέγε. μὴ [8] μακρὰν μύθου, μηδὲ μετὰ παρασκευῆς, ὥσπερ οἱ

omnem ætatem ejulent. *Merc.* Nequaquam ô bone, neque enim omnes ad ejulandum sunt accommodi. Quin iracunda ista pueriliaque missa face, ac Plutum excipe: non sunt rejicienda munera quæ à Iove proficiscuntur. *Plut.* Vin Timon ut contra te partes defendam meas? an graviter feres, siquid dixero. *Tim.* Dicito, sed nec multis, nec cum prooemiis, quemadmodum per-

1 Ἡδέως οἰμώζειν] Interpres exponit, *per omnem ætatem plorare:* alii, *per omnem pubem*; quasi καθ' ἡλικίας. Equidem eo loquendi genere, quo & alibi utitur Lucianus, designari putem fletus acrimoniam seu vehementiam, ut ἡδὺ sit *puberum more*, quorum fletus acrior & intensior esse solet, cum cæduntur, quam virorum aut senum. *Barl.*

2 Ἑρ. μηδαμῶς ὦ γαθέ] Subest his verbis ironiæ species. χαριεντισμὸν vocant Rhetores. Cum enim plorare omnes jubeat Timon, facete respondet Mercurius, non omnes ad hoc esse idoneos, hoc est, non omnes æquo animo laturos verbera, vel Deorum τὸ ἀπαθὲς subindicat. *Idem.*

3 Ἔα τὰ ὀργίλα] Monet hominem, ut iracundiam suam cohibeat. ὀργίλος & dicitur qui facile irascitur, & quibus non decet & propter quæ non decet: & magis quam decet: cessat autem celeriter, de quo Aristoteles 4. ethicor. *Idem.*

4 Μειρακιώδη] Sic appellat juveniles impetus. recte Seneca: *Juvenile vitium est, regere non posse impetum.* Sunt enim juvenum affectus vehementiores, magisque impetu feruntur, quam ratione. μειρακιώδεις illud & σκυλακώδεις in Cyro adhuc adolescentulo notat Xenophon auctor gravissimus. lib. 1. περὶ Κύρου παιδείαν. Sic enim malo cum nonnullis codicibus, quam περὶ Κύρου παιδείας, cum non tam institutio Cyri, quam res ab eo præclare gestæ iis libris describantur. *Idem.*

5 Οὗτοι δοτέα τὰ εἰσι] Ex hoc Homeri Il. 3. versu:

Οὐ γὰρ δοτέα τ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

Heliod. lib. 5. Apol. 1. Casaub. ad Athen. c. 25. lib. 1. *Bourd.* Ex Homero desumpta sunt, ubi Paris Hectori formæ decus exprobranti respondet his verbis:

Οὗτοι δοτέα τ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
Οἷα κεν αὐτοὶ δῶσιν· ἑκὼν δ' ἐκ τίς τοι ἕλοιτο.
Id est,
Non abjicienda sunt Deorum valde illustria dona,
Quæcunque ipsi dant: volens autem non aliquis acciperet. Barl.

6 Πλοῦ. βέλτ', ὦ Τίμων, δικαιολογήσομαι πρὸς σέ] Plutus indigne habitus apud Timonem partes suas defendere conatur, & ostendere, quantum opulentia paupertati præstet. *Idem.*

7 Καλεπαίνεις] Enallage præsentis pro futuro. *Idem.*

8 Μακρὰν λέγειν] Vno verbo μακρολογεῖν. Cauſſidicos sui temporis, & Rhetores traducit, quorum garrulitatem & improbitatem quavis oblata occasione perstringit auctor. Solebant enim demagogici illi oratores, cum ad dicendum se accingerent, prooemiis uti prolixis & fastidiosis, quod hic notat Lucianus. *Idem.*

1 Ἐπὶ-

[1] ἐπίτριπτοι ῥήτορες. ἀνέξομαι γάρ σου ὀλίγα λίγοντος ὑπὲρ τοῦ Ἑρμοῦ τούτου. [2] Πλὴν ἐχέλως μέντοι ἴσως ἐν μακρῷ εἰπεῖν, ὅτου πολλὰ ὑπὸ σοῦ κατηγορήθη. ὅμως ἦ ὅρα εἴ τινα, ὡς φῄς, ἀδίκημα. ὃς εἴ μὲ ἠδέσω ἀπόντων αἰτιάς σοι κατέστην, τιμῆς, [3] καὶ στεφάνων, [4] καὶ γραφάνων, ἐν ἀκμῇ πυρῆς. εἰ δέ τοι καὶ ἀοίδιμος δι' ἐμὲ ἤνθε, καὶ εὐεστώθυσος. [5] εἰ δέ τι χαλεπὸν ἐν τῷ κολάκων πάσχεις, [6] ἀναίτιός ἐμοὶ σοι. μᾶλλον ἢ αὐτὸς ἀδίκημαι τοῦτο ὑπὸ σοῦ, διότι με ὕστερος

perditiſſimi iſti oratores ſolent. Nam hujus Mercurii gratia te feram pauca dicentem. *Plut.* Atqui mihi multis potius erat dicendum, multis nominibus abs te accuſato. Vide tamen num qua in re te, quemadmodum ais, læſerim, ego qui dulciſſimarum quarumque rerum tibi author fui, honoris, præſidentiæ, coronarum, aliarumque delitiarum. Mea etiam opera celebris, conſpicuus atque obſervandus eras verùm ſiquid ab adulatoribus moleſti tibi accidit, ego non ſum in culpa. Quin potius à te ſum ipſe affectus contumelia, propterea quòd ita ignomi-

1 Ἐπίτριπτοι] Perpetuum fere epitheton Rhetorum, quaſi ἄξιοι διατρίβειν, *digni qui conterantur, & male pereant.* De his ita ipſe rhetor Demoſthenes: ὧν (ſcil. ῥητόρων) οἱ μὲν ἐκ πάντων πλεῖστοι γεγόνασι· οἱ δ' ἐξ ἀδόξων ἐνίοις ἔνιοι δ' ἐκ τῶν ἰδίων οἰκιῶν τὰ δημόσια οἰκοδομήματα συμπεσόντα εἰσὶ κατασκευάσαντες. ὅσῳ δὲ τὰ πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τῶν ἀνδρῶν ἀμείνω, id eſt, *Quorum nonnulli ex mendicis divites, alii ex obſcuris & ignobilibus eveſerunt præclari. Sunt & qui ſibi ædes publicis quibuſlibet auguſtiores extruxerunt. Quanto autem Reſpublica facta eſt deterior, tanto horum bona facta ſunt amplior.* Barl.

2 Πλὴν ἐχέλως μέντοι ἴσως ἐν μακρῷ εἰπεῖν] Plutus in ſequentibus docet, quod quantorumque bonorum Timoni exiterit auctor, eodem plane modo, quo apud Ariſtoph. Dei illius patrocinium ſuſcipit Chremylus. *Idem.*

3 Καὶ ψηφίσεις] Sciendum apud Athenienſes decem fuiſſe πρυτάνεις, & quinquaginta πρυτανεῖς, ex quibus ſortito eligebantur οἱ ἕξ καὶ. *Decemviros* more Romano vocare liceat, quorum tanta fuit dignitas, ut cæteris præſiderent Magiſtratibus præſcribendo, poterantque in ſenatu, concione & theatro ſedem capere, quamcunque eſſet libitum, aliis etiam excuſſis, ſiquis prior occupaſſet. de quo conſeſſu, & jure ψηφιζόντων legendus eſt Demoſthenes in orat. contra Timocrat. & Ariſtoteles in Athenienſ. politia. *Idem.*

4 Καὶ γραφάνων] Præmium virtutis erat corona, non de foliis tantum, unde στεφανίται ἀγῶνες dicti, ſed ex auro etiam. Sic aurea corona decreta fuit Demoſtheni, cum propter alia ejus merita, tum quod urbis mœnia de ſuo refeciſſet. qua de oratione ſcripſit elegantiſſimam περὶ στεφάνου. De his item Æſchines in orat. de perperam obita legatione: ἐν τοῖς ψηφίσμασι inquit, ἐν τοῖς στεφάνοις, ἐν τοῖς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεσι γέγραπται. Tribus enim hiſce præmiorum generibus condecorare ac remunerari ſolebant bene præclareque de patria meritos Athenienſium Proceres. *Idem.*

5 Εἰ δέ τι χαλεπὸν] Ἀναίτιος criminum objectorum. Offendit Plutus non ſibi imputandum eſſe, quod abſumptis opibus ad egeſtatem redactus ſit Timon, ſed ſuæ potius ſimplicitati & intemperantiæ. Atque ita crimen ſibi impactum κρεῖττον torquet in ipſum actorem. *Idem.*

6 Ἀναίτιος] Cicero, quod & Stephanus teſtatur, ut vocis hujus vim exprimat, non contentus eſt dixiſſe, *extra culpam.* ſed & addit cauſſam: *extra culpam cauſamque poſitus.* nomine Græco utriuſque horum ſignificationem complectente. Hinc Caſaubonus ad Athenæum putat Latinos non habere vocem ſatis aptam, qua

ἀπίμως ὑπεβάλλες ἀνδράσι κεκαρφότοις, ἐπαινοῦσι, καὶ [1] κεκαχηκόσι, καὶ [2] πάντα τρόπον ἐπιβουλεύουσί μοι. [3] καὶ τὸ γε πλούσιον [4] ἔφηθα, ὡς [5] προδεδωκώς σε. τοὐναντίον δ' αὐτὸς ἐγκαλέσαιμί σοι πάντα τρόπον ἀπιλαθοῦς ὑπὸ σοῦ, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθεὶς τῆς οἰκίας. τοιγαροῦν ἀντὶ [6] μαλακῆς χλαμύδος, τοιαύτην τὴν διφθέραν ἡ πενιαπάτη σοι στολὴν περιέθηκεν. ὥστε μάρτυς ὁ Ἑρμῆς αὐτοῖ, πῶς ἐκείσθην τὸ Δία μηθ' ἥκειν προθύμως, ὅπου δυσμενῶς μοι [7] προσπεπλεγμένον. [8] Ἑρ. ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς ὦ

minioſe execrandis illis viris me objeciſti, qui te laudabant, & præſtigiis dementabant, mihique modis omnibus inſidias ſtruebant. Porrò quod extremo loco dixiſti, te à me proditum, illud criminis in te poſſum retorquere, cùm ipſe ſim modis omnibus à te rejectus, præcepſque exactus ex ædibus: unde pro molli chlamide ſagum hoc chariſſima tibi paupertas circumpoſuit. Itaque teſtis eſt mihi hic Mercurius, quantopere lovem oraverim ne ad te venirem, qui te tam hoſtiliter erga me geſſiſſes. *Merc.* At nunc vides, ô Plute,

qua exprimant Græcum αἴτιος. Pro eo quod hic ait, ἀπίμως ὑπεβάλλεσθαι, ſupra dixit, ἀπίμως λαβόντος. Sic & apud Ariſtoph. in Pluto idem queritur Numen. *Simulatque* inquit, *prodigi domum ingreſſus ſum, continuo foras proturbor, ἀφέρπειν & κύζοισι παραζεσλαμένου*, i. e. *meretricibus & aleis objectus.* Barl.

1 Καταγοητεύκασι] Nullum quippe falcinum efficacius eſt ad dementandos præcipue divitum animos, quam immodica laudatio, qua Suſſeni ilti plus æquo gaudent & capiuntur incauti. hinc *quæſtum illum uberrimum* non immerito dixit Terentianus Gnatho. *Quæ quid laudant, laudo*, inquit, *& ingenia eorum admiror ſimul.* Iſtorum hominum verba *mellitos laqueos* appellare ſolebat Diogenes, quod ſuaviter amplectentes hominem jugulent. *Idem.*

2 Πάντα τρόπον] Fere ſingulariter effertur, pro παντὶ τρόπῳ. Subauditur præpoſitio κατὰ. Idem.

3 Καὶ τό γε πλούσιον] Proditionis crimen à ſe removet Plutus, ſeque à Timone deſertum ejectumque ait, non contra. Qui enim ſine modo opes ſuas in quoſvis effundit, non tam deſeri à Pluto, quam deſerere ipſum jure merito dicendus eſt. *Idem.*

4 Ἔφηθα] Æolica paragoge pro ἔφης. Sic ſupra ἤθελα pro ἤθελες, *erat.* Idem.

5 Προδεδωκὼς σε] Cum de προδοσίας crimine Plutique perfidia queritur Timon, reſpicit ea quæ ſupra dixerat, ſe nimirum à Pluto fuiſſe derelictum ἀπίμως & προδοτικῶς. Addit ὅπι κεφαλῶ, ut rei indignitatem augeat, cum ſe ex ædibus præcipitatum queritur *prono capite.* Sic ſupra, quaſi *ſuſcinus* ex ædibus ſe extruſum lamentatur idem Plutus. *Idem.*

6 Μαλακῆς χλαμύδος] Opponit διφθέραν. Eſt autem chlamys, ut nonnulli putant, quam Homerus χλαῖναν vocat, Μελέαγρος Artemidorus, itemque μάντυν: unde *mantelum* Plauto, quæ habitus ſpecies eſt teſte Caſaubono, à quo German. *mantel.* Idem.

7 Προσπεπλεγμένον] Præter. Atticum ab anormi προσφέρομαι, *affectus ſum.* Dicit hoſtiliter in ſe fuiſſe animo Timonem. Nam licet prodigi amare videantur Plutum, liberaliter eum cuivis offerendo, reipſa tamen magis odiſſe illum cenſendi ſunt, quorum facultates non abſimiles eſſe dicebat Grates ficis arboribus in præruptis locis, è quibus ut homines nihil caperent fructus, ſed corvi tantum & milvi: ita ex illorum opibus tantum alerentur ſcorta & adulatores. *Idem.*

8 Ἑρ. ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς] Approbat ſermonem Pluti Mercurius, dignaſque eum ſua

πλοῦτε οἷας ἤδη γεγάμη); ὥστε δικαίων, [1] ξυνδιάτριβε αὐτῷ. καὶ [2] σὺ μὲν σπάνις ὡς ἔχεις. σὺ γὰρ τὸ θησαυρῷ ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ. ὑπακούσεται γάρ σοι. Τί. πιστεύω ὦ Ἑρμῆ, καὶ αὖθις πλουτήσω. [3] τί γὰρ ἂν ἐς πάθοιμι, ἐπὶ τοῦ οἱ θεοὶ βιώζοιντο; πλὴν ὅρα γε [4] εἰς οἷα με πράγματα ἐμβαλεῖς τὸν κηδεμόνα. ὃς ἄρχει νῦν δεδιωμένος αὐτῶν λέγων, χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐκ ἀδίκους, καὶ τοσαύτας φροντίδας ἀναδέξομαι. Plute, in cujuſmodi hominem ſit commutatus? Proinde audacter cum illo conſuetudinem habe. Tu verò fode ita ut facis: tu interim theſaurum ſub ligonem adducito: audiet enim ſi tu accerſiveris. *Tim.* Parendum eſt Mercuri, rurſuſque diteſcendum: Quid enim facias cùm Dii ipſi compellant? Tamen vide in quæ negocia me miſerum conjicies? qui cùm hactenus fœliciſſimè vixerim, nihil mali commeritus tantum auri repentè accipiam, tantumque curarum ſuſcipiam. *Merc.*

ſua profuſione pœnas luere fatetur. ὁρᾷς. Commiſerationem movet à miſero ejus habitu. Videre pro intelligere accipit: nam cæcus erat Plutus. Alioquin, ut Herodianus inquit: τὰ μὲν δεινὰ ὑπ' ὄψιν ποιοῦντα οἰκτον φυσικὸν μείζονα, id eſt, *multo magis miſericordiam provocant quæ oculis uſurpamus.* Barl.

1 Ξυνδιάτριβε] Supra dixit, φοιτᾶν καὶ συνεῖναι τῷ Τίμωνι. Apud eum commorari vel cum eo converſari dicitur Plutus, quem muneribus ſuis aliquamdiu locupletat. *Idem.*

2 Σὺ μὲν σπάνις] Timoni hæc dicuntur, quem fodere jubet. ὡς ἔχεις, *ita ut facis, ut tu* ἔχω, cum ὡς vel ὥσπερ. vide Theſaur. H. Stephani. *Idem.*

3 Τί γὰρ ἂν πάθοιμι] Pro eo quod Latini dicunt. *Quid enim faciam?* Sic Galen. τί ἂν τις πάθοι φησὶς ἀνθρώπος μήτε ἰσχύν, μήτε λόγου ἀνειδήτου δύναμιν. Vbi τί πάσχειν pro *agere* accipitur. Terent. in Heautont. *Quid cum illo agas, qui neque jus, neque bonum atque æquum ſciunt.* Item Cicero pro Cæcina: *Quid huic tu homini facias.* Idem.

4 Εἰς οἷα πράγματα] Timon experientia jam edoctus paupertatem ut ſecuriorem divitiis præfert. Vbi enim opes ingruunt, ibi variarum quoque curarum agmina continuò ſubeunt. Iuvenalis Sat. 14.

Tantu parta malis cura majore metuque
Servantur: miſera eſt magni cuſtodia cenſus.

Notat hoc Ariſtides cognomento Iuſtus, cui quum dives quidam ſuam objiceret paupertatem, reſpondit: *mihi quidem nihil adferet mali paupertas: tibi vero divitiæ non paucas perturbationes.* Hinc & baſiorum ſcriptor in ſua Regia Curas velut individuas Pecuniæ comites facit, cujus & hi ſunt verſus ipſo nectare ſuaviores:

At circum auratæſque trabes, auratæque tecta
Aureaque inſomnes circum laquearia Curæ
Stridentes agitant pennas examine longo,
Qualiter, ut famæ eſt, Stygia per inania ripa
Pulantes volitant animæ, quas aſpera fata
Indeplorato ſparſis in funere membris
Sedibus excluſere ſuis & honore ſepulcri.

Πράγματα pro *moleſtiis.* Sic *negotium* faceſſere Latini dicunt pro moleſtiam exhibere. Deſumptum à negotiatoribus qui multis & gravibus implicati negotiis & curis, perpetuo diſtrahuntur. *Idem.*

[1] Ε῾ρ. [2] ὑπόφηθι ὦ Τίμων δί ἐμέ, εἰ καὶ χαλεπὸν τοῦτο, καὶ σὺν οἰσθήσει ἴσως, ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι [3] διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ βασκανίας. ἐγὼ δὲ [4] ὑπὲρ τὸν Αἴτνλον, ἐς τὸ ἄνω [5] ἀναπτήσομαι. [6] Πλοῦ. ὁ μὲν, ἀπελήλυθε· ὡς δοκεῖ. πτερωτίσθαι γὰρ [7] τὴν εἰρεσίαν τῶν πτερῶν. σὺ δὲ [8] αὐτοῦ τέθαμβε. ἀνακαμψω γάρ σοι τὸ θησαυρισθὲν ἀπίλων. μᾶλλον δὲ [9] παῖε. [10] σὺ φημι θησαυρὲ χρυσῦ, ὑπάκουσον Τίμωνι τούτῳ, καὶ παράσχες

Merc. Sustine Timon mea gratia, tametsi grave est illud, & intolerandum, quòd videlicet palpones illi invidia rumpantur. Ego autem superata Ætna in cœlum revolabo. *Plut.* Abiit quidem ille, ficut apparet. Nam ex remigio alarum conjicio. Tu verò hic operire, fiquidem digreſſus Theſaurum ad te tranſmittam. Sed feri potiùs. Te compello auri Theſaure, Timonem hunc exaudi: & te offer

1 Ε῾ρ.] Perſuadet tandem Mercurius Timoni recipere Plutum, vel eo nomine falſem, ut ingrati illi homines & palpones præ invidia rumpantur, ubi viderint ipſum denuo ditescentem. Nihil enim acerbius accidere poteſt ejuſmodi fucis, quam opibus florentem conſpicere eum, quem ſub amicitiæ ſpecie deceperunt, nudumque & egenum non modo juverunt, cum poſſent & deberent, ſed turpiter & malitioſe deſeruerunt. *Barl.*

2 Τ῾ποφηθι] *Suſtine.* τὸ ὑφίσασθαι pro ὑπομένειν in uſu eſſe apud λοιδορόμενα etiam tradit Thomas Magiſter hunc Luciani locum adducens. *Idem.*

3 Διαῤῥαγῶσι] *Rumpantur invidia* vel *præ invidia*, hoc eſt, dolore vel invidia crepent medii. Sic Veteres loquebantur de his, quibus male precabantur, quoſque rabie & furore agi volebant: Virgil. ecloga 7. *Paſtores hedera creſcentem ornate poetam Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro.* Quod ut hoſtibus imprecamur virtuti aut fortunæ noſtræ invidentibus κατ᾽ μεταφορὰν, ita juſto Dei judicio vere obtigit Iudæ proditori, de quo legitur, ὁπὶ πρηνὴς γενόμενος, Actor. 1. verſ. 18. *Idem.*

4 Τ῾πὲρ τὸν Αἴτνλον] Poetico more hoc inſeritur ad complementum hiſtoriæ & ornatum. Sic apud Maronem 4. Æneid. per montem Atlantis ad Æneam deſcendiſſe fingitur Mercurius à Jove miſſus. *Idem.*

5 Ἀναπτήσομαι] Id eſt, *revolabo*, vel potius *in cœlum ſubvolabo.* Fingitur autem Mercurius humeris pedibuſque alatus, quod veloces eſſe nuncios oportet: ſive etiam quod verba πτερόεντα ab Homero, id eſt alata & velocia dicantur. Nihil enim aliud Mercurii nomine intelligitur à veteribus, quam λόγον φορευτικὸν ſive loquela. Vnde & λόγιον vocarunt, eique linguam conſecrarunt antiquiſſimi Sapientes. *Idem.*

6 Πλοῦ. Ὁ μὲν ἀπελήλυθεν ὡς δοκεῖ] Mercurio in cœlum ſublato, Theſaurus mandato Pluti ex intimo terræ gremio conſpiciendum ſe tandem offert Timoni. *Idem.*

7 Τὴν εἰρεσίαν] Pro ἐκ τῶν εἰρεσίας. Deductum hoc nomen ab ἐρέσσω remigo, addito in fronte iota, ut docet Euſtath. Tralate dixit εἰρεσίαν τῶν πτερῶν, ut Virgilius, *remigium alarum.* Avibus enim alæ pro remis ſunt. *Idem.*

8 Αὐτοῦ] Genit. adverb. poſitus, pro αὐτόθι, *hic.* Idem.

9 Παῖε] *Feri*, Timonem jubet Plutus ligonem profundius in terram defigere quod eſt πολὺ βαθείας καταφέρειν, ut in ſequentibus. *Idem.*

10 Σὺ φημι] Notandum Deos omnia nutu & verbo potenter efficere. τὸ φάναι (ut apud Hebræos אמר, vel דבר) in *jubendi* ſignificatione accipitur, quod Atticorum peculiare eſſe contendunt veteres Grammatici. Sic Epictetus apud Arrianum lib. 1 cap. 14. Καθάπερ ἐν στρατοπέδῳ τῷ θεῷ, ὅταν ἐκείνῳ εἴπῃ τίς φυτεῦσαι ἀνθρώπους ἀνθρώπους· ὅταν εἴπῃ βλαστάνειν, βλαστάνουσι. id eſt, *Tanquam ex Dei pra-*

σεαυτὸν φιλίαζ. [1] σκάπτε δ' Τίμων βαθείας καὶ ζαφίρου ἐγὼ ὑμῖν [2] ὑποφήσομαι. Τί. [3] ἄγε δὴ ὦ δίκελλα, τῶν μοι ἐπίῤῥωσον σαυτοῦ. καὶ μὴ κάμῃς ἐν ᾧ βάθυς τ' ἂν θησαυρὸν ἐς τὰμφανὲς [4] ἀνακαλεμένη. [5] ὦ Ζεῦ πρόμαι, καὶ [6] φίλοι Κορύβαντες, καὶ [7] Ἑρμῆ κερδῶε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; [8] ἦπαρ ὄναρ πωτά ἐσι; δίδιαγδε [9] μὴ ὐμῖν

offer eruendum. Fodi Timon altiùs impingens. Cæterùm à vobis ego discedo. *Ti.* Age verò, ô ligo, te validum mihi præsta, nec defatigare quoad Thesaurum ex abdito in apertum evocaris. Hem prodigiorum author Iupiter, amici Corybantes, ac lucrifer Mercuri, unde nam auri tantum? Num somnium hoc est? Metuo ne carbones reperturus sim ex-

præscripto, ubi stirpes florere ille jusserit, florent: ubi germinare jusserit, germinant. Vide etiam S. Scripturæ loca Marc. cap. 5. vers. 41. Luc. 7. & alibi, ubi Servator verbis λέγειν & εἰπεῖν eodem, quo dictum est, sensu usurpat. *Barl.*

1 Σκάπτε] Docet item hoc loco Plutus, Deum non nisi laborantibus sua dona conferre. hinc vere Sophocles: πόνῳ τοι χωρὶς ἐδὲν ὠφυχῶ. Et aptissime in hunc locum Manilius:

Pro precio labor est, nec sunt immunia tanta,
At nisi perfossis fugiet te montibus aurum,
Impendendus homo est, Deus esse ut possit in illo.

Nam, *ubi socordia atque ignavia te tradideris,* (verba sunt Sallustii) *nequicquam Deos implores: irati infestique sunt.* Idem.

2 Τ' ποσῆσουμαι] Pro ὑποχωρήσω accipitur, de quo Thomas Magister, cui suas de hoc verbo expositiones debet Budæus. *Idem.*

3 Ἄγε δὴ] Notanda hic festiva Timonis ad ligonem suum apostrophe, & prosopopœia, cum inquit, ἐπίῤῥωσον σαυτοῦ, quod Budæus vertit: *confirma te.* Erasmus paulo significantius: *vires tuas explica.* nam roboris intentionem superaddit præpositio. *Idem.*

4 Ἀνακαλεμένη] Interp. *dum evocaris*, malim cum Stephano, *dum evocas.* Sunt enim verba Timonis ad suam δίκελλαν, hoc est, ad suum ligonem. *Idem.*

5 Ὦ Ζεῦ πρόμαι] Exclamatione utitur admirationis plena Timon, ubi Thesaurum è terræ sinu prodeuntem conspexit attonitus. ὦ Ζεῦ πρόμαι, Iupiter προμήθης appellatur, quod non solum prodigia cœlitus ostendit, sed etiam averrit. Plautus vocem Græcam exprimens *Iovem prodigialem* nuncupat. πρόμαι peculiariter signum est, ἀπορίας ἢ θαύματος πλέον, quo Deus nobis aliquid portendit. alio nomine δυσπομπία dicitur. *Idem.*

6 Φίλοι Κορύβαντες] Invocat Corybantes quod nutricii fuerint Iovis, & sacerdotes Cybeles, seu magnæ matris, hoc est, Terræ, è cujus gremio prodibat Thesaurus. Alii eos decem, alii novem fuisse tradunt, ut testatur Aristoph. Scholiast. in Lysistr. unde κορυβαντᾶν, de quo supra diximus. *Idem.*

7 Ἑρμῆ κερδῶε] Hic quoque loci apte producit. Nam quicquid lucri præter exspectationem obvenit, id Mercurio transcribitur. Vnde ἕρμαιον apud Xanoph. in 7. ἀναξ. idem fere est, quod ἔρμαιον, id est, lucrum insperatum sive adventitium, quasi à Mercurio oblatum: Vide quæ supra notavimus. *Idem.*

8 Ἦπαρ ὄναρ] Timon rei insolentia veluti perculsus, vix credit aurum esse quod videbat, sed ὄναρ, non ὕπαρ, ut loquitur Homerus. Nam ὄναρ vanum est somnium & visum, παρὰ τὸν τῷ ὄντι ἄρτον, ut docet Eustathius: at ὕπαρ, vera visio, quæ nimirum eventu comprobatur, quasi ὕπαρ ἄρτι, ut idem tradit Episcopus. *Idem.*

9 Μὴ δίδραξας ὦ ἐγὼ] Carbones ἀνθράκας seu prunas intelligit, quæ simi-

ἥρπασε δῦρω, [1] ἀνηγερώθω. ἀλλὰ μὴν [2] χρυσίον ἐστὶ [3] ἐπίσημον, [4] ὑπέρυθρον, [5] βαρὺ, ἐ τὼ εὐσθενὲς [6] ὑπερήδιστον. [7] ὦ χρυσὲ,

experrectus. Atqui aurum probè est insigne, fulvum, grave, & aspectu longe jucundissimum. *Pulcherrima aurum fausti-*

situdinem quandam habent cum auro, si colorem spectes externum & fulgorem, *Barl.*

1 Ἀνηγερώθω] Per syncopen, pro ἀνηγερώθω, quod Atticum esse volunt. Sic σφλω, ἄγλω, pro ὀφειλω, ἀγείρω apud eosdem. Metuit Timon, ne dilcussò somno pro auro carbones sit ablaturus, quemadmodum acciderat Micyllo cerdoni, qui cum divitem se ac præpotentem somniaret, mox experrectus nihil præter καπύσματα invenit & corii segmenta. Proverbii speciem habere videtur. *Pro auro carbones.* Idem.

2 Χρυσίον ἐστὶ] Tandem ex fulgore, pondere & colore colligit Timon genuinum esse aurum, idque obrizum, quod ignis excoctione opus non haberet: quanquam Plinius neget, aurum inveniri tam purum, contra hodiernam experientiam, quæ testatur plus auri puri semper repertum esse, quam confectum è terrarum aut lapidum generibus, cum quibus solet esse permixtum. Munster. lib. 1. Cosmograph. suæ cap. 8. *Idem.*

3 Ἐπίσημον] Exponi potest, vel *signatum*, cui opp. ἄσημον, quod *celatum* vel *certa nota parcusjum non est*; vel aurum *præstans* & *insigne* κατ' μεταφορὰν: quemadmodum hoc loco accipitur. Præstantiam metalli indicare vult Timon. non τὼ κοπὴν sive signaturam. *Idem.*

4 Ὑπέρυθρον] *Fulvum* interpretantur, qui color est ruffo & viridi permixtus, vel obscurior ruffo, ut in leone & auro visitur. πυρόχρουν alio nomine vocant Græci. *Idem.*

5 Βαρὺ] Pondere etiam præstat aurum cæteris metallis. Constat enim, ut Physici docent, partibus bene calore compactis & densis. Quin & hoc singulare habet aurum, quod ab acribus, ut nitro, sale, aceto & aliis, non corrodatur, aut diminuatur pondus, nec ærugine & sordibus vitietur. Vnde pretiosissimum semper habitum. *Idem.*

6 Ὑπερήδιστον τὼ ὄψει] Iucundissimus item auri splendor, & solari haud dissimilis. Vnde aurum Chymici confecrarunt Soli, argentum Lunæ, cujus nitorem refert. *Idem.*

7 Ὦ χρυσὲ] Iambus: cætera ex Pindaro. 1. Olympionicarum. *Bourd.* Sequitur hic auri encomium præclarè una cum exclamatione & Apostrophe ad ipsum metallum. ὦ χρυσὲ, Alludit scriptor adversus aliquos Græcos, qui leguntur apud Athenæum lib. Dipnosoph. 4.

Ὦ χρυσὲ διζήμενα κλέος βροτοῖς,
Ὦν οὔτε μήτηρ ἤδεται τοιόσδ' ἔχει,
Οὐ παῖδες ἐν δόμοισιν, οὐ φίλων πόλης,
Οἷας σὺ, χ' οἱ σὲ δυσμάσιν κεκλημένοι.
Εἰ δὲ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
Οὐ θεῶν' ἔφριξας μυελὸς αὐτὴν ἴσχειν.

Auctor horum versuum non exprimitur, sed Euripidis sunt, quos Seneca sic recitat à se versos epistol. 116.

Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris, aut blanda potest
Par esse prolis: non sacer meritis parens.
Tam dulce siquid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores calitum atque hominum movet.

Sequentia, αἰδόμενον χὸ πῦρ, &c. desumpta sunt ex Pindari Olymp. Od. 1. *Barl.*

δεξίωμαι κάλλιστον βροτοῖς. αἰδόμενον γὰρ πῦρ ἄτε λιπαρεῖσαι ἐν νύκτωρ, καὶ μηθ' ἡμέρα. ἔλθε ὦ φίλτατε, καὶ ἐρασμιώτατε. [2] νῦν πείθομαί γε καὶ Δία ποτὲ χρυσὸν. [2] τίς γὰρ οὐκ ἂν παρθένος ἀνεπιπλήκτοις τοῖς [3] κάλπαις ὑποδεξαίη ὅτῳ κάλλον ἐφαίνετο λάμπον ἐκ πύργου καταῤῥέον;

faustitas mortalibus. quippe quod ignis in morem ardens, noctes dieſque renides. Ades ô mihi chariſſimum, & deſideratiſſimum: nunc demum credo vel Iovem ipſum aurum eſſe factum. Etenim quæ tandem virgo non exporrecto ſinu uſque adeò formoſum amatorem excipiat, per tegulas ilapſum?

1 Νῦν πείθομαι] Auri fulgore perſtrictus Timon, nunc verum eſſe credit, quod de Iove in aurum converſo hactenus pro fabula habitum. Refert Pauſanias in Corinth. Acriſium Argivorum regem conſulto de liberis maſculis, ſiquos filia ſua pareret, oraculo, reſponſum tuliſſe ſe ab eo, qui è filia naſceretur, interfectum iri. Hoc igitur metuens extructo ſub terra æreo thalamo, Danaën acerrima cuſtodia ſeptam tenuit. Verumtamen Iupiter in aurum converſus per impluvium in ſinum Danaës influxiſſe, atque ita cum ea rem habuiſſe fingitur. Meminit fabellæ Pindarus in Pyth. Carm. 12. Horat. lib. 3. Od. 16. Ovidius lib. 1. amor. eleg. 7. Docet figmentum, *nihil eſſe tam ſanctum*, (verba ſunt Ciceronis) *quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari: nihil tam providum, quod non decipi à pecunia poſſit.* Basil.

2 Τίς γὰρ οὐκ ἂν παρθένος] Oratione utitur Timon erotematica, quæ vim habet ἐρωτικήν, q. d. nullam eſſe virginem adeo caſtam, cujus gremium auro expugnari non poſſit. quod & de nuptis affirmat Tireſias apud Horatium. Vnde Iuvenalis: *Turpejum limen adora Pronus, & auratam Iunoni cade juvencam, Si tibi contigerit capitis matrona pudici.* Nec eſt quod Penelopen ſuam tantis laudibus extollat fabularum pater Homerus: ſi vera ſunt, quæ de caſtitate ejus narrat poëta: dicet pro Timone idem Tireſias:

Venit enim magnum donandi parca juventus,
Nec tantum Veneris, quantum ſtudioſa culina.

Sed figmentum eſſe vatis ſuæ genti paſſim adulantis, non unus ex antiquis auctor memoriæ prodidit. Scribit Pauſanias in Arcad. Mantinenſes vulgo dicere ſolitos Penelopen ab Vlyſſe domo ejectam, & ſuas ſibi res habere juſſam, quod viros à ſe quæſitos & accerſitos domum intromiſiſſet. Tum etiam pudicitiæ ſuæ teſtimonium præbeat monſtroſus ille & hircoſus Pan, quem ex Mercurio, vel ut alii tradunt, ex promiſcuo omnium procorum congreſſu peperiſſe fertur, ideoque illi nomen inditum Panos.

3 Κάλπαις ἀναπεπλημένοις] Id eſt, Heſychio interprete ἀνεωγμέναις. Ducta tralatio ab avibus, ut vult Euſtathius, quæ alas expandunt ἐκ τοῦ ἵπτασθαι. Non poſſum non in gratiam τοῦ φιλομύσου, cum propter carminis elegantiam, tum argumenti ſimilitudinem hic adducere Pauli Silentiarii epigramma, quod repetitur in Antholog. Græca lib. 7.

Χρύσεον ἀλλαίνοιο διέτμαγεν ἄμμα κορείης
Ζεὺς ὅτε δὴ Δανάης χαλκειάτης θαλάμους.
Φαμὶ λέγειν· ἀ μῦθον ἐγὼ τόδε. χάλκεα πύργα
Δάπεδα δ' ὅλομὲς χρυσὸς ὁ παιδομάτωρ.
Χρυσὸς ὅλας ῥυτῆρας, ὅλας πλευρὰς ὀλίγῃ.
Χρυσὸς ὁππυιάμπᾳ πᾶς συζεύξλοφάρης.
Καὶ Δανάας ὀλύωσιν ὅδε φρένα. μάπις ἐραστὴν
Δυσιόδην Παρίην δεχόμενον παρέχων.

1 ὦ Μίδα, καὶ Κροῖσε, 2 καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα, ὡς ἔοδεν ἄρα

lapsum; ô Mida & Crœse, muneraque in templo Delphico dicata, ut nihil eratis ſi cum Ti-

Id Latinis verſibus ſic reddidit vir Illuſtris Ioſ. Scaliger:

Aureus intacti temeravit vincla pudoris
Iupiter, ut Danaes ferrea tecta ſubit.
Fabula ſic loquitur me judice. Ferrea ſepta
Omnipotens aurum, duraque vincla domat.
Hoc hoc nempe ferax, hoc ænea clauſtra reſignat,
Hoc frangit faſtus, dura puella, tuos.
Hoc rigidam Danaen lentavit, ſiquis amator
Fert pretium, tibi ne ſupplicet alma Venus. Barl.

1 Ὦ Μίδα, ὦ Κροῖσε] Miratur auri copiam Timon, & Midæ, Crœſi, Perſarumque opes cum ea ne comparandas quidem eſſe ait. Quod ad Midam attinet, Phrygiæ tyrannus fuit, cui Plinius principem attribuit locum inter inſignes divites. Hunc & inter præcipuos Pecuniæ ſatellites ponit Secundus noſter, cum ſic porro canit:

Stat juxtà fulgens auro Berecynthius heros
Auriculis aſini nondum inſignitus acutis:
Qualis erat, manibus cum ſe tentaverat ipſum
Aurificis, donumque Dei damnaſſet iniquum,
Incluſus, nimium propriis, jam totus in auro.

Meminit ejus quoque Cario apud Ariſtophanem in Pluto, ubi choro ſenum illudens ſervus, non divites ſolum ipſos, ſed *Midas* fore prædicit, hoc eſt, Mida opulentiores, ἀλλ', inquit, ἂν τὰ ὦτα λάβητε: *Si modo aſininas induatis aures.* Nam fabulantur poetæ Midam prætuliſſe Pana canentem Phœbo, ob quod judicium tam ſtolidum Phœbus indignatus, capiti ejus aſininas affixit aures. Crœſi item πολυχρυσία proverbio locum fecit, de quo Erasmus. Vtrumque conjunxit Papinius in Surrentino: *Vive Midagazis & Lydo ditior auro.* Ad Perſarum vero opes quod attinet, hoc intelligendum eſt, poſtquam rerum potiti Medorum regna ſibi ſubegerunt. Cum enim Cyrus Aſſyriæ & Mediæ provincias in Perſas tranſtuliſſet, totamque Aſiam debellaſſet, argenti quingenta millia talentorum reportavit, præter craterem Semiramidis, cujus pondus erat quindecim talentorum. Vnde & poſtea ipſe Cyrus, quique eum ſecuti ſunt reges, μεγάλοι βασιλεῖς appellati. Nam ante hoc tempus eorum opes tenuiores fuiſſe, vitamque frugaliorem auctor eſt Xenoph. lib. 1. de Cyri inſtit. & Plutarch. in Laconicis. *Idem.*

2 Καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα] De quibus in Charonte, diſſertatione Solonis & Crœſi. *Bourd.* Fuere Apollinis Delphici oracula non ſolum præſtantiſſimorum artificum operibus celebratiſſima, ſed & conſtructis ingentibus thesauris, in quos ſacræ pecuniæ conferebantur, opulentiſſima. Illic omnium gentium confluxus fiebat, illic regum, principum & præpotentum dona mittebantur confertiſſima. Memoriæ proditum eſt à Livio lib. 5. Decad. 1. cum ex Camilli voto ad Apollinem munus eſſet mittendum, implendo autem voto Romæ non ſatis inveniretur auri, Romanas mulieres corporis ornamenta in hanc rem contuliſſe. Delphi vel Delphys urbs eſt in Bœotia, Pytho vel Python olim vocata, διὰ τὸ πυθέσθαι, ut volunt Grammatici, quod ibi differentur futura: vel ut alii, à *Pythone*: ſerpenti id nomen fuit, quem ſagittis ſuis interfecit Apollo. Sic Dionyſius: Τῷ πάλαι πυθωνὶ δυσὶν πήχεσιν, ἧκα δεκάπηχυν Δελφύνης πρηΰθυτον ἐν παφαγκάλῃ ὀλέσσε. Hinc nonnulli (quiſquis fuerit ille ſerpens Python) deductum malunt ab Hebræo פתן, qua voce aſpis deſignatur venenatiſſima. Pſ. 58. v. 5. Hinc Pythoniſſa mulier, ſpiritum Pythonis, id eſt, Dæmonis

ἄτιτ ᾽ ὡς πρὸς Τίμωνα, καὶ τὸ Τίμωνος πλῆθος. ὦ γε οὐδὲ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος. ² ὦ δίκελλα, καὶ φιλτάτη δρέπανον, ὑμᾶς μὲν ³ τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι καλόν. ⁴ αὐτὸς δὲ ἤδη πάσσω περιάρμενος ⁵ τὴν ἐσχατιὰν, ⁶ πυργίον οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ θαλάσσης, μόνοις ἐπιτήδειον τοῖς ἀπὸ τῆς ἐρήμου τὸν βίον ἀσκοῦσιν. ἐμοὶ δὲ ἀρκεῖ καὶ τὸ ἐπιθαλάττιον τοῦτο καὶ ἀπόκρημνον, ἐν ᾧ τὸν ἐμαυτοῦ τάφον ὀρύξας, ἐνταῦθα κατακείσομαι, τὸν κλύδωνα τῆς θαλάττης ἀκούων ἐπιρρέοντα καὶ ἀναχεόμενον. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ τὸν βίον ἐπιτηδεύσω, τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος αὐτοῦ τῷ μέλλοντι ἐνθάδε ἀφορᾶν ἐπιδεικνύς. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἀπολείψω τῆς γῆς, ὅσον ἐπὶ τοσοῦτον ἀπέχει τῆς θαλάττης ἡ ἀκοντίου βολή. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἀπολείψω τῆς θαλάττης, ὅσον ἐπὶ τοσοῦτον ἀπέχει τῆς γῆς ἡ ἀκοντίου βολή. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἀπολείψω τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης, ὅσον ἐπὶ τοσοῦτον ἀπέχει τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης ἡ ἀκοντίου βολή. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἀπολείψω τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης, ὅσον ἐπὶ τοσοῦτον ἀπέχει τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης ἡ ἀκοντίου βολή.

Timone, Timoniſque opibus comparemini, cui ne Perſarum quidem rex par eſt. Oligo,& rheno chariſſime, vos huic Pani ſuſpendi bonum eſt. At ego quàm maximè ſemotum mercatus agrum, turriculaque ad ſervandum aurum conſtructa. mihi

monis habens ejuſque afflatu futura prædicens. Neque enim alius fuit Apollo, quam malus Genius ſive Diabolus, qui non modo ſub forma ſerpentis decepit protoplaſtas noſtros Adamum & Evam, ſed & τὸν ἔξωθεν reſponſis ſuis flexiloquis, planeque ænigmaticis miſerum in modum deluſit. Vnde non ſolum λοξίας ab ipſis vocatus: ſed *callidiſſimus* item *Serpens*, & *antiquus ille Draco* in ſacris litteris appellatur: nec non ὁ Ἀπολλύων, ut nominis quoque etymon indicet Spiritus Sanctus, quod eſt, ſi Latinè interpreteris, *perditor ille*. Apocal. cap. 9. verſ. 11. Vide, quæ in hanc rem conſideratione digna notavit doctiſſimus Petrus Cheitomæus in libello ſuo non ita pridem edito de barbaris N. Teſtamenti vocabulis. Ἀναθήματα dicuntur donaria Diis votiva, quod de parietibus templorum, deque columnis & lacunaribus ſuſpenderentur, ut poſteris eſſet monumentum divini alicujus beneficii, παρὰ τὸ ἀναθεῖναι, quod eſt, *ſuſpendere ac dedicare*. Euſtathius ἱερὰ πινακίδια exponit. *Barl.*

1 Ὦ ὡς πρὸς Τίμωνα] Præpoſitio πρὸς hic comparationi inſervit, præfigiturque non raro ὡς. Sic Plato: ὥσπερ πρὸς τὸ ἄπειρον χρόνον. Si cum ævo vel æternitate compares. *Idem.*

2 Ὦ δίκελλα] Sequitur nunc apoſtrophe facета ad ligonem & rhenonem ſuum, quos tantum auri cumulum nactus Timon Pani ſuſpendere decorum judicat, deſertiſque agriculturæ moleſtiis jucundiorem deinceps vitæ rationem inire τὸ πρόσπαιγμα hic ſervat, cum ruſticum inſtrumentum & indumentum non niſi ruſtico Numini conſecrata velit. Simili ratione apud Theocritum piſcatur, ubi grandiorem aureum piſcem ceperat, retibus Neptuno ſuſpenſis jurat, nunquam ſe amplius piſcibus capiendis operam daturum, ſed de aureo illo piſce in otio & luxu poſthac ſuaviter victurum:

Ὤμοσεν ἁλιεὺς λοιπὸν ὑγιὴς φίλαγρος πόδα θεῖναι
Ἀλλὰ μόνον ἐπὶ γᾶς, ἐκ τᾶ χρυσοῦ βασιλῆος. Idem.

3 Τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι] Longus lib. 1. & 2. propriè dicuntur ἀναθεῖναι & ἀνακεῖσθαι ut notavit Clariſſ. μακαρίτης Iſaac. Caſaub. ad Athen. *Bourd.* Panos nomine Natura ipſa, vel rerum univerſitas deſignatur, ut patet ex Orpheo. Eſt enim Πὰν ὁλικὸς, ἀπὸ τοῦ πᾶν, quod eſt totum vel omne. Supra aliam ejus etymologiam dedimus. Colebatur præcipuè ab Arcadibus. Vnde & *Deus Arcadia* Maroni dictus. ubi & templum habuit, quemadmodum in Attica, quod *Panæum* dicebatur, ut diſcimus ex Ariſtoph. Lyſiſtrata. *Barl.*

4 Αὐτὸς δὲ ἤδη πάσσω περιάρμενος] Quam vitæ rationem in poſterum ſit initurus, & ubinam, pluribus indicat Timon. *Idem.*

5 Τὴν ἐσχατιὰν] Sic vocat extremam terræ oram, ſive agrum ab urbe remotiſſimum. Scribit Suidas in extremo Atticæ limite ſolitarium degiſſe Timonem, eoque in loco ſibi ſepulchrum poſuiſſe, cujus epitaphium quoque ibidem refert. Supra in alia ſignificatione uſus eſt hac voce auctor. *Idem.*

6 Πυργίον οἰκοδομησάμενος] *Conſtructa turricula.* τὸ οἰκοδομεῖν cum accuſativo jungitur rei quæ ædificatur. Sic πύργον οἰκοδομεῖν dixit Servator noſter, Matth. 21. & Luc. 10. *ædificare aquam* Maro, *claſſis* Cæſar. κατασκευάζειν vocant Rhetores. *Idem.*

ποι ἐμοὶ ἱκανὸν [1] ἐνδιαιτᾶσθαι. τὰ αὐτὰ καὶ τάφον λιτὸν ἐκεῖ μοι δοκῶ. [2] δέδοχθαι ταῦτα, καὶ νενομοθετῆσθαι ἀπὸ τοῦ ἐπιλοίπου βίου, ἀμιξίαν ἁπάντων, καὶ ἀγνωσίαν, καὶ καταφυγὰς. φίλος ὁ, ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ [3] ἑλεημοσύνης, [4] ὑθλεῖν πολὺς. καὶ τὸ αἰκτίρμων δαιμόνιον, ἢ ἐπικουρῆσαι δεομένῳ, ἀδικουμένῃ, καὶ καταλιπὼν τὸν ἴδιον. [5] μονήρης ὁ ἢ δίαιτα [6] καθάπερ τοῖς λυκοις, καὶ φίλος ἐς Τίμων. οἱ δὲ ἄλλοι

hi ſoli vivendo ſatis erit inhabitare: & ibidem mihi defuncto ſepulchrum eſſe volo. Hæc igitur decreta ſunto, placitaque in reliquum vitæ: commercii cum quibuſvis fuga, ignoratio, & faſtidium omnium hominum. Porrò amicus, hoſpes, ſodalis, ara miſericordiæ, meræ nugæ: tum miſerari lachrymantem, egentibus opitulari, iniquitas, ac morum ſubverſio: unus ſibi amicus Timon: cæteri omnes

at vita ſolitaria, qualis eſt lupis,

1 Ἐνδιαιτᾶσθαι] Teſte Budæo *inhabitare* vel *vivere* ſignificat. hinc δίαιτα pro *habitatione* vel *vita*. Proprie ea vox locum denotat, in quo quis commorari, & cibum capere ſolet, *cœnaculum* Latinis. Sic Antonius ab Auguſto debellatus maritimam ſibi cœnationem ædificari juſſit, quam Τιμώνειον δίαιταν appellare ſolebat, ut refert Strabo lib. 17. & Plutarchus in Antonio. Vnde *diætarius ſervus*, qui illic menſas ornare & miniſtrare accumbentibus ſolet: nec non *diætarii fures* apud Iuris conſultos, qui ex diætis aliquid furripiunt. *Barl.*

2 Δεδόχθαι] Ex formula ψηφίσματων quam paſſim imitatur. *Bourd.* Formula decretorum uſitata, quam imitatur Timon. Quod ſubdit, ἀμιξίαν πρὸς ἅπαντας, animum oſtendit plane barbarum & efferatum, cui ſimiles reddi divites videtur docere vellè Lucianus. Iſta autem ferocitas tanta eſt in Timone noſtro, ut amicitiæ, hoſpitalitatis, ſodalitii & miſericordiæ jura atque officia omnia in poſterum ſit abdicaturus, ſibique ſoli victurus & moriturus. *Barl.*

3 Ἐλεᾶν βωμός] Ariſtoteles ad Philippum Macedonem ſcribens, nihil humanius eſſe oſtendit, quam afflictorum miſereri: immitis ac duri ingenii eſſe, pietate non tangi. De miſericordiæ ara quod ait, ſciendum, ἐλεᾶν βωμὸν apud Athenienſes fuiſſe inſtitutum, ad quem confugiebant miſeri & afflicti homines, ut teſtatur Pauſanias, item que Servius ad 8. Æneid. ubi inquit: *Poſtquam Hercules migravit è terra, nepotes ejus timentes inſidias eorum, quos avus afflixerat, Athenis ſibi primum aſylum, hoc eſt, templum miſericordiæ collocarunt, unde nullus poſſit abduci.* Quin Romani etiam *miſericordiæ* templum ſtatuerunt, tanquam perfugii locum miſeris. Vnde & Græci Latinique *aram* vocant ſummum & incomparabile præſidium, quæ vice cujuſdam inviolati ſit aſyli. Phocion dicere ſolebat: *Nec ex templo aram, nec ex humana natura miſericordiam tollendam eſſe.* Idem.

4 Ὑθλεῖν] Idem Heſychio, quod φλυαρεῖα, λαλεῖτας, hinc ὑθλητὴς apud Ariſtoph. pro *nugari*. Idem.

5 Μονήρης ἡ δίαιτα] Sic poſtea in Saturnal. μόνιοι λύκοι, quorum victus, ut ſuum μονήρης. Bourd. Vitam ſignificat ſolitariam. hinc pro μονηρίσιον, apud Heſych. disjunctis vocibus legendum, μονὴν βίον, quod exponit, μοναχικὸν βίον. Conflatur è nomine μόνος, & antiquo verbo ἴεμι impello, unde ἰμὴν pro ὁρμὴ apud poëtas, à quo productum ἰμάσθαι, de remis quibus navis impellitur & incitatur, uſurpatum. hic pro *ſolitario* accipitur. *Barl.*

6 Καθάπερ τοῖς λύκοις] Lupi enim, ut Phyſici docent, non gregatim, ſed ſolitarii incedunt, ut etiam aſini & porci ſylveſtres, qui propterea μόνιοι dicuntur ab eodem Luciano in epiſt. Saturn. Et Suidas lupum vocat μονόλυκον, & geminata conſonante μονόλλυκα Aratus, utpote cujus vita & habitatio ſit ſolitaria. *Idem.*

1 Καὶ

πεύσεσθε, ἐχθροὶ, καὶ ἐπίβουλοι. καὶ τὸ συστραφῆναί τινι αὐτῶν, μίασμα· [1] κἂν εἴ που ἴδω μόνον [2] ἀποφράδα ἢ ἡμέραν. καὶ ὅλως [3] ἀνδριάντων λιθίνων, ἢ χαλκῶν, μηδὲν ἡμῖν διαφερέτωσαν. καὶ [4] μήτε κήρυκα δεχώμεθα παρ' αὐτῶν, μήτε σπονδὰς σπενδώμεθα. ἢ ἐρημία ἡμῖν, ὁρᾷς ἵνα σοὶ αὐτός. [5] φυλέτην δὲ, καὶ φράτορες, καὶ

omnes hoſtes, & inſidiatores: cum horum quopiam congredi, piaculum: adeò ut ſiquem aſpexero duntaxat, inauſpicatus ſit ille dies. In ſumma, non alio nobis habeantur loco, quàm ſaxeæ, vel æneæ ſtatuæ: & neque miſſum ab ipſis caduceatorem recipiamus, neque fœdera feriamus. Solitudo terminus eſto. Cæterùm tribules, cognati, popu-

1 Καὶ εἴ που ἴδω μόνον] Bellum quaſi ἀσπονδον indicit humano generi Timon, diemque illum inauſpicatum reputat, in quo vel hominem adſpexerit ſolum. *Barl.*

2 Ἀποφράς ἡμέρας] Sic dicitur teſte Euſtath. quaſi μὴ οἵαπερ ἔστι φράζεσθαι, *quæ non eſt nominanda*, ut Latini *diem neſaſtum* vocant *à non fando*. Lucianus in Pſeudol. qui libellus περὶ τῆς ἀποφράδος inſcribitur. Ἀποφράδα ἡμέραν oſtendit ab Atticis appellari, τὴν μιαρὰν & ἀπαίσιον & ἀνόσιον. Ita Plutarchus in Camillo Allienſem diem vocat ἀποφράδα, quem Latini *atrum*. Solebant enim Romani Thracum more, ut Plinius refert lib. 7. & Caſaubonus ad Perſium, eos dies, quibus ſecunda fortuna uſi eſſent, creta vel albo lapillo notare, nigro contrarios. *Idem.*

3 Ἀνδριάντων λιθίνων] Ad verb. à ſtatuis lapideis aut æneis nihil nobis differant, hoc eſt, non alio loco habeantur, quam ſtatuæ ſaxeæ vel æneæ, quarum adſpectu nemo movetur. ἀνδριὰς ſtatua eſt, ſed proprie viri ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς facto nomine. *Idem.*

4 Μήτε κήρυκα] *Facialem* intelligit, qui vel belli vel pacis feriendæ cauſſa mittitur. Varia fuere περὶ κηρύκων officia temporibus Homeri, ſed poſteriori ævo tantum erant, qui præconum & caduceatorum munere fungebantur, quique, ut Legati, apud omnes gentes ſacroſancti erant. Hinc Dio Chryſoſtomus: σολὺ περὶ σπονδοφόρων & περὶ κηρύκων ἱερώτερον. Notetur & Atticum ſchema, σπονδὰς σπένδεσθαι: Latini dicunt, *fœdera ferire*, quod intercedentibus victimis ſeu libaminibus fieri ſolebat. nam σπένδειν proprie eſt θύειν, λείβειν. Et σπονδὰς vocant antiqui non ſolum *libamina*, ſed & *fœdera*, hinc Latinis *ſpondere* & *ſponſio*. Idem.

5 Φυλέτην δὲ φράτορες] Sic in Catapl. Demoſthen. Thucyd. Heliod. *Bourd.* Diſtributione hic utitur Timon, quodque κατὰ γένη dixerat, in ſuas ſpecies ſeu partes deducit. Sciendum eſt populum Athenienſem priſcis temporibus diviſum fuiſſe in φυλὰς, δήμους & φρατρίας, id eſt, *in tribus, vicos, & phratrias*. φυλὴ maxima civitatis pars erat, quæ quatuor fuere ſub primis regibus. Poſtea decem factæ, ut ex Demoſth. & Æſchine diſcimus φυλὴν vocantibus decimam urbis partem. Poſtremò Alcmæonidarum ætate ex oraculo Apollinis in duodecim tribus diviſi Athenienſes, quæ fere omnes ab heroibus ſuis nomen ſortitæ, ut alibi notavimus. hinc φυλέτης, qui ex eadem ſunt tribu, contribules. Sic Heſychius, φυλέτης, ὁ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς, ὃ ἐστιν ὁμόφυλος, ubi corrupte legitur ὁμόψυχος. Continebant autem ſingulæ φυλαὶ tres φρατρίας, hoc eſt, tres gentilitates ſimul & cognationes. Certe φρατρία in Athenienſi populo tertiam conſtituebat tribus partem, tunc cum in quatuor duntaxat tribus diſcretus erat. Euſtathius: φρατρία ἐλέγετο τρίτον μέρος τῆς φυλῆς παρ' Ἀθηναίοις. Verum apud Romanos, quum in tres φυλὰς diſtributus eſſet populus à Romulo, unaquæque φυλὴ decem

[1] δημότας, καὶ τὰ πατρῖς αὐτὴ, [2] ψυχρὰ, & ἀνωφελῆ ὀνόματα, & [3] ἀνδρῶν ἀνδρῶν φιλοτιμήματα. [4] πλουτείτω ὁ Τίμων μόνος, καὶ ἀπολαυέτω ἁπάντων, καὶ [5] τρυφάτω μονώτατος καθ' ἑαυτὸν, κολακείας & [6] ἱπποφόρβου φορτικῶν [7] ἀπηλλαγμένος, & φίλοις ἀγνώτοις, & [8] ἑταίροις [9] μόνος ἑαυτῷ γείτων καὶ ὁμορος σκοτεινὸν τὸ κῆπον. καὶ ἅπαξ

pulares, postremò patria ipsa, frigida quædam & inutilia nomina, & stultorum hominum gloriæ. Solus Timon dives esto, despiciat omnes, solus ipse secum oblectetur, abhorrens ab assentationibus, & odiosis laudibus: Diis sacra faciat, solus epuletur, sibi ipsi vicinus, sibi excussis aliis conterminus: & semel se ipsum

habebat φρατρίας sive curias. hinc φράτορες, qui ejusdem sunt ἑταιρείας, sive συγγενείας, id est, sodalitii, sive cognationis, ut pater & liberi: item fratres cum sororibus earumque maritis, idque secundum lineam rectam & transversam, ut docet Salmasius, ab antiquo nomine φρατήρ. vel, ut vulgus Grammaticorum, παρὰ τὸ φρέαρ, quasi τὸ αὐτὸ φρέατος πεπωκότες, quod eodem puteo, hoc est, patre & auctore gauderent. *Barl.*

1 Δημότ.] Sic dicuntur populares, qui ejusdem sunt δήμου. δῆμος autem pagus seu vicus est, ut supra notavimus, erantque numero 174. in Attica. Per hos olim separati vivebant Athenienses, quos tandem in unam urbem ita contraxisse fertur Theseus, ut tamen nomina δήμων remanserint, & cujusque pagi sive populi, quasi unum corpus collegii ab aliis separatum & discretum constituerit. *Idem.*

2 Ψυχρὰ ὀνόματα] Id est, *inepta* & *vana*, quæque nihil habent efficaciæ vel ponderis, ut *frigidum* apud Latinos. *Idem.*

3 Ἀνδρῶν ἀνδρῶν] Aliter judicat Cicero, qui vel eo nomine Ulyssem, ut sapientissimum prædicat, quod φιλόπατρις esset, 2. de Legib. Et Zaleucus Locrensium legislator naturam humanam cum brutâ commutasse, & perduellionis reum perhibet eum, qui patriæ suæ desiderium omne & curam depoluit. *Idem.*

4 Πλουτείτω ὁ Τίμων μόνος] Aliæ sequuntur ἀπαραμυθησίας notæ. *Idem.*

5 Τρυφάτω μόνος] Recte interpres: *ipse secum oblectetur.* nam τὸ τρυφᾶν non solum ad γαστρὸς μαγείας restringitur, sed ad omnis generis delicias & voluptates refertur. Qui enim delicate vivunt, ciborumque cupediis sese explent, in omnem lætitiam effundi solent. *Idem.*

6 Ἑππόβορος φορτικὸς] Vocatur laus onerosa, gravis & cum fastidio inepta. τὸ φορτικὸν de navi proprie dictum volunt. φορτίον, *onus.* Apud Comicum tamen φόρτος accipitur pro sanna & irrisione molesta, quæ ex fastidio alteriusque contemptu oritur. hinc φορτικοὶ Aristoteli, οἱ τὴν γαλεπὴν ὑπερβαλλόντως Ethic. 4. *Idem.*

7 Ἀπηλλαγμένος] Ab Erasmo vertitur *liberatus*: à Pererio *abhorrens.* Vtramque significationem habet verbum ἀπαλλάττομαι. Idem.

8 Ἑταίροις] Scribit Athenæus lib. 8. ἑταιρίας appellari, non ἀπὸ τῆς ἑταίρας, hoc est, *cibo* (quæ tamen sententia est multorum ex antiquis Grammaticis teste Casaubono, sed ἀπὸ τῆς κατὰ ταὐτὰ διαίτης ἔχειν. Et tunc εὖ ἔχειν est *laute epulari* & *cutem curare*, pro quo & εὖ διατίθεσθαι ἑαυτόν dicunt Græci. Nam alioquin ejusmodi convivia lanitari magis obesse, quam prodesse auctor est Gorgias Sophista apud Lucianum in Macrob. *Idem.*

9 Μόνος] Μονοφαγίαν olim pro convicio objecerunt veteres, ut videre est in illo Alexis Comici apud Athenæum. ἐξῆς ἐς κέφηκας μονοφάγε & τοιγαροῦν. Seneca item damnat vitam solitariam & victum in epist. 19. Et pulcherrime, quisquis

fuit

ἑαυτὸν [1] δεξιώσασθαι δεδίχθω, ὦ δῆτα δαπανᾶν, ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν. καὶ ὄνομα μὲ ἔστω ὁ μισάνθρωπος ἴδιον. Τὰ τρόπα δ' γνωρίσματα, [2] δυσκολία, καὶ τραχύτης, καὶ σκαιότης, ἐ ὀργὴ, ἐ ἀπανθρωπία. [3] εἰ δέ τινα ἴδιμι ἐν πυρὶ διαφθειρόμενον, ἐ σβεννύναι ἐπειγόμενον, πίτυν ἐ ἐλαίῳ κατασβεννύναι. ἐ ὦ τινα [4] τὰ χειμῶνος ὁ [5] ποταμὸς παραφέρει, ὀ ἄν, πὰς [6] χεῖρας ὀρέγων, ἀντιλαβέσθαι δέηται, οὐδὲν καὶ τοῦτον [7] ἐπικεφαλὴν βαπτίζοντα, ὡς μὴ δ

ipsum comiter excipere *decretum* esto, si sibi moriendum sit & admovenda corona. Denique nomen suavissimum esto Misanthropos, *hominum osor*. Morum autem notæ, morositas, asperitas, feritas, iracundia, inhumanitas: quòd siquem conspexero incendio conflagrantem, & supplicantem ut extinguam, pice, oleoque restinguere: & siquem hyeme flumen deferat, illeque porrectis manibus roget ut retineatur, eum *demerso capite propellere*, ne possit

fuit ille apud Romanos: qui quo die solus cœnasset, dixit *edisse se*, non *cœnasse*, tanquam cœna communionem semper & oblectantem requirat familiaritatem, unde & *convivium* à convivendo, & *cœna* quasi κοινὴ dicta. Vide Plutarch. quæst. convival. 7. & Lipsii notas ad Senecam. *Barl.*

1 Δεξιώσασθαι] Est aliquem per dextram capere, vel dextra prænensum comiter excipere. Dextra enim ut fidei, ita & charitatis atque amoris symbolum est. Vnde Pythagoras monebat suos, μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιὰν, dextram *non cuivis esse porrigendam*, hoc est, non quoslibet in amicitiam esse admittendos. *Idem.*

2 Δυσκολία] Morum γνωρίσματα quinque hic recensetur Timon, quæ talia sunt, ut ex diametro repugnent totidem virtutibus ἠθικαῖς, in quibus non minima est εὐκολία, id est, *morositas*. homo δύσκολος propriè sic vocatur, ὁ ἀεὶ τὸ κάλον, εἴτε προφὼ δυσαρίστων, *qui fastidioso est stomacho*, sive *difficilis in sumendo cibo*; *morosus*, cui omnia fere tum dicta, tum facta stomachum movent: huic vitio opponitur εὐκολία seu morum facilitas apud Aristotelem: sic asperitati contraria est suavitas; feritati mansuetudo, iracundiæ lenitas, inhumanitati humanitas sive comitas, de quibus morum magistri. *Idem.*

3 Εἰ δέ τινα ἴδοιμι ἐν πυρὶ διαφθειρόμενον] Alius animi crudelis character. Humanum est hominem in periculo versantem, si possis, juvare, eique dextram auxiliatricem porrigere, quod se facturum negat bellua nostra. πίτυν vel ἐλαίῳ πῦρ σβεννύειν, proverbialis locutio est, quando ejusmodi remedia adhibemus, quæ malum magis exasperant quam diminuunt. Catilina, cum in Senatu dixisset: *Incendium patriæ, si aqua non potuero, ruina extinguam*, respondit Cicero: *vox non hominis, sed Furiæ*. De Timone idem hic dicere liceat. *Idem.*

4 Τὰ χειμῶνος] Malum exaggerat à temporis circumstantia. hyeme enim flumina ob imbres & nives solutas rapidissime feruntur. Vnde Horatius: *ruebat, Flumen ut hybernum*. Idem.

5 Ποταμὸς παραφέρει] Exemplo illustrat quod ait. παραφέρεσθαι dicuntur, qui cum natandi sint imperiti, undarum violentiâ transversi rapiuntur. Virgil. *Atque illum in præceps prono rapit alveus amni*. Idem.

6 Χεῖρας ὀρέγων] Id est, προτείνων, *manus extendens* seu *porrigens*. Sic Homerus: Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων. Iliad. primo, & alibi. *Idem.*

7 Ἐπικεφαλὴν βαπτίζοντα] Demersionem significat qua quis prono capite sub aquas detruditur. ὅτι προσωπεῖον, & σφλῶ pro eodem usurpant alii. quasi dicat Timon: Tantum abest ut eum manu prehensum ex aquis extraham; ut con-

[1] ἀνακύψας διωμοθείη. ὅτω γὰρ ἂν [2] τῶν ἴσων ἀπολαύσειεν. [3] εἰσηγήσατο τὸν νόμον Τίμων Ἐλαιοκρατίδης κολυτεύς, [4] ἐπεψηφίσατο τῇ ἐκκλησίᾳ Τίμων ὁ αὐτός. εἶεν. ταῦτα ἡμῖν διέδοχθω· καὶ ἀνδρικῶς ἐμμένωμεν αὐτοῖς. [5] πλοῦ ἀλλὰ πλεῖ πολλῶν ἂν ἐποιησάμην ἅπασι γνῶναι πῶς ταῦτα [6] γνώσεσθαι, διότι ἐπιπλωτῶν. [7] ἀγχόνη γὰρ ἂν [8] τὸ πρᾶγμα χθόνιον αὐτοῖς. [9] καίτοι τί τοῦτο; φεῦ τῆς τάχους.

possit emicare. Hoc pacto parem gratiam reportent. Hanc legem tulit Timon Echecratides Colytensis, & Timon ipse concionis subscripsit suffragiis. Age hæc decreta sunto: hæc fortiter tueamur. Cæterùm magni fecerim, si hoc omnibus innotescat, quòd opibus abundo: eos enim illud præstocaverit. Sed quid illud? Eheu, quæ celeritas ista? un-

contra penitius sim demissurus & ad fundum usque detrusurus, quod extremæ crudelitatis est argumentum. Præfractos ejusmodi & immitis ingenii homines eleganter Plato κεφαλίλλους vocat, seminum instar, quæ cum in cornu inciderint, dura redduntur nulloque modo coctibilia teste Plinio, cujusmodi cives à republica sua abesse vult, lib. 9. de legum initio. *Earl.*

1 Ἀνακύψαι] Est proprie oculos & caput erigere, ut aves bibentes solent teste Budæo. Aristoph. interpres à tonsoribus desumptum putat, qui sub novacula sedentibus hoc dicebant, quo latentes sub mento crines abraderent commodius. emergendi hic significationem habet. Plato eleganter de anima usus est sese depressam quasi erigente, in Phædro. *Idem.*

2 Τῶν ἴσων] Subintellige μείζονα ἢ χάριν, quæ ellipsis Græco sermoni est usitatissima. *Idem.*

3 Εἰσηγήσατο τὸν νόμον] Sequitur διεψηφίσατο sive confirmatio decreti, quod ad instar legis ratum esse vult Timon, totiusque quasi concionis subscriptum suffragiis. εἰσηγήσασθαι τὸν νόμον, Sic dicitur is, qui legem proponens suasit. hinc *suasor legis* & *lator rogationis* appellatur ὁ γράφων καὶ εἰσαγόμενος, ut docet Budæus. Habet verbum *præeundi*, vel *introducendi* significationem. Ita Cicero dixit: *introducere deliberationem*, pro auctorem ejus esse & suasorem. *Idem.*

4 Ἐπεψήφισεν] Qui legem latam confirmat, dicitur διαψηφίζειν, id est, ταῖς ψήφοις δικαιοῦν ἢ κυροῦν. Erasmus vertit: *concionis subscripsit suffragiis.* Stephanus mavult, *astipulatus est decreto*, vel *confirmavit suo suffragio decretum concionis*, relicitque ad morem priscum calculos per infundibulum conjiciendi in hydriam sive fictellam. ψῆφος enim calculus. *Idem.*

5 Πλοῦ ἀλλὰ πλεῖ πολλῶν] Εὐχὴ sive votum. Exoptat Timon, ut omnibus innotescat se opibus abundare, quia hoc vel maxime cruciarit invidos & ingratos. *Idem.*

6 Γνώσεσθαι ἄν] Pro γνώσεσθε. Aoristum pro futuro, quod facit particula ἐπιπλωτῶν, ut supra diximus. hic exprimitur in antecedentibus, alibi subintelligitur. *Idem.*

7 Ἀγχόνη γὰρ] *Inde laqueus illis paretur:* laqueus pro quolibet mortis genere. Vt alibi observamus. *Bourd.* Quicquid angit vel cruciat hominem ἀγχόνης nomine significant Græci, ut *crucis* Romani. Sic Aristoph. in Acharnens. Ταῦτα δητ' ἐκ ἀγχόνης; *nonne hæc sunt, quæ me ad suspendium adigant?* Proprie *laqueum* denotat, ab ἄγχω, strangulo, unde & Latinum *ango*. Scholiastes interpretatur χαλινόν, ἢ ἱερόχυτον. Solent enim homines ex desperatione ad laqueum ut plurimum redigi. hinc pro quovis mortis genere accipi recte notat Bourdelotius. *Idem.*

8 Τὸ πρᾶγμα] Articulus vim habet pronominis demonstrativi. *Idem.*

9 Καίτοι τί τοῦτο; φεῦ τῆς τάχους] Oratio θαυμαστικὴ sive admirationis plena.

Mi-

πάντα χόην [1] σωρήσι κεκονιμένοι, ἢ πιδησῶντες, οὐκ οἶδα ὅθεν [2] ὀσφραινόμενοι ἢ χρυσίε. [3] πότερον οὖν [4] ἐπὶ τὸ πάγον τοῦτον ἀναβὰς ἀπιλαύνω αὐτοὺς τοῖς λίθοις [5] ἐξ ὑπερδεξίων [6] ἀκροβολιζόμενος, ἢ τὸ γε νυνὶ τὸν ὦδε σκοπήσομεν, εἰσιόντας αὐτοῖς ὁμιλήσοντες, ὡς πλέον ἀπιόντας παροξύνοντες; τοῦτο εἶμεν καὶ ἄμεινον. ὥστε δεχόμεθα ἤδη αὐτούς, ὑποσύροντες. φέρε ἰδωμὲν ὁ πρῶτος αὐτῶν ἡμῖν ἐστι;

undique concurrunt pulverulenti atque anheli, haud ſcio unde aurum odorati. Vtrum igitur hoc conſcenſo colle ſaxis eos abigo, è ſublimi dejaculans: an hac tantùm in re legem violabimus, ut ſemel cum illis congrediamur, ut contemti, magis angantur? ita ſatius eſſe duco. ideoque reſtemus quo illos excipiamus. Age propiciam, primus eorum iſte quis eſt? Nempe Gna-

Miratur Timon, tot undique ad ſe concurrere homines, tantoque ſtudio feſtinare. Idem illi accidit, quod Chremylo apud Ariſtoph. qui, cum lautiore uteretur fortuna, ſtatim plurimos habebat amicos, ſed ollares tantum, qui divitias ſequuntur, ut umbra corpus. *Barl.*

1 Σωρήσι κεκονιμένοι] Ardens eorum in currendo ſtudium & feſtinationem indicat. Eſt enim à κονία, *pulvere impleo.* Solent quippe properantes inter currendum pulvere impleri. hinc ἀγχονᾶν ἀντὶ τοῦ σπεύδειν apud Comicum in Pluto. pro quo & ἀγχονεῖν idem dixit in Lyſiſtr. Ab eo verbo eſt ἄγχιστος pro famulus, miniſter: & fortaſſe ancillari. Fervens illud in Pecuniæ ſectatoribus ſtudium expreſſit etiam poeta Batavus:

Pari magnis enixa animis obdurat iterque
Rumpit anhela, urgens.

Alibi dixit Lucianus, κεκονιαμένοι ἢ πιδησῶντες. Idem.

2 Ὀσφραινόμενοι] Notandum ὀσφραίνεσθαι per metaph. hic accipi pro *intelligere* aut *reſciſcere.* Sic Plautinus Euclio in Aulul. de Megadoro ſiniſtre ſuſpicans: *Aurum*, inquit, *huic olmat.* quod propriis verbis effert Chremylus in Pluto, ubi Menedemum videns accurrentem ait: Δῆλός ἐστι, ὅτι τι πράγματος ἀκήκοέ τι τὰ βαδίσε ἢ τῆ ταχέ. id eſt, *Certum eſt ex inceſſu propero, quod jam aliquid de iſthoc reſcivit negocio.* De Pluto loquitur, cujus beneficio jam factus erat locupletior. *Idem.*

3 Πότερον οὖν] Ἀπορία ſive dubitatio. Deliberat ſecum Timon, utrum facturus ſit, an conſcenſo colle adventantes à ſe ſaxis ſit abacturus; an ſimul cum illis ſermone congreſſurus, ac deinde jejuno eos ſtomacho dimiſſurus, ut tanto magis angantur faſtiditi & repulſam paſſi. quod poſterius conſultiſſimum illi videtur. *Idem.*

4 Ἐπὶ τὸ πάγον] Hic πάγος collem deſignat, non villam. Vnde Ἄρεως πάγος, Marti ſacer collis. minus recte alii *vicum Martium* interpretantur. *Idem.*

5 Ἐξ ὑπερδεξίων] Suppl. τόπων. Sic dicitur locus teſte Stephano, in quo dextra poteſt attolli ſupra aliquem. Polybius lib. 1. ὑπερδέξιον λόφον appellat, in quo ſuperiores vel altiores eſſent hoſtibus. Igitur non ſatis vim vocabuli illius exprimunt, qui ſimpliciter ita vocant *locum editum* vel *opportunum.* ὑπερδέξιος dicitur reſpectu hoſtium, qui ex inferiore loco aut de plano celſiores oppugnant. *Idem.*

6 Ἀκροβολιζόμενος] Ἀκροβολισμὸς hic latius accipitur, nec tantum ſignificat è longinquo jaculis petere, ſed & lapidibus. Vide quæ ſupra notavimus ad vocem ἀκροβολισμῶ, pag. 59. *Idem.*

[1] Γναθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ [2] πρῴην δεῖπνον αἰτήσαντί μοι [3] ὀρύξας τὸ βρόχον, [4] πίθους ὅλους πᾶν ἐμοὶ πολλάκις ἐμέσαντος. ἀλλ' εὖγε ὅτι πέπωκεν ἀφικόμενον· οἰμώξεται γὰρ καὶ τἄλλων. [5] Γνα. σὺ γὰρ οὐκ ἐγὼ ἔλεγον ὡς οὐκ ἀμελήσουσι Τίμωνος ἀγαθοῦ ἀνδρὸς οἱ θεοί; [6] χαῖρε Τίμων

Gnathonides adulator, qui mihi nuper cœnam petenti, funem porrexit, quum apud me sæpe numero solida dolia vomuerit. Sed bene est quod ad me venit: nam primus omnium vapulabit. *Gnat.* Nonne dicebam fore ut Dii Timonem bonum virum non negligerent? Salve Timon for-

1 Γναθωνίδης ὁ κόλαξ.] Hoc nomen parasiticum. Terent. Liban. Long. *Bourd.* Sequitur *διξιωσις* contumeliosa, sed festiva, & sycophanticis hominibus condigna. Primus omnium sese offert Gnathonides adulator, quem suis coloribus ad vivum depingit Timon. Patronymicum est hoc nomen à Γναθων, sic dicitur parasitus apud Terentium, vel à Gnathone quodam Siculo, ut placet Turnebo Adversl. lib. 18. cap. 4. vel ex eo quod adulatione, ut Antiphanes loquitur, μάττωμεν quærat παῖς γνάθους, hoc est, *aliquid, quod buccis mandat.* γνάθος enim *maxilla*, vel *bucca*. Hinc Stalimus apud Plautum in Trinum. *Pol ego, etsiamsi vetet, edim atque ambabus malis explectis vorem.* Barl.

2 Πρῴην δεῖπνον] Copiosè Clariss. Casaub. ad Theophrasti Char. pag. 281. *Bourd.* Notandum hic vocem ἐράνου male versam ab interpretibus pro cœna. Pecuniæ genus est, quam amicus amico adversam fortunam passo erogabat ea lege, ut si Deus aliquando meliora daret, quantum illi erogatum esset, tantumdem ipsi restitueret. Eratque veluti medium quoddam inter id, quod δάνειον, creditumque proprie dicitur, & stipem illam quotidianam, quæ mendicis & æruscatoribus sine ulla recuperandi spe erogabatur. Græci ἐρανισούλλω vocant. Et tenebatur amicus, ubi lautiorem nactus esset fortunam, singulis amicorum acceptas pecunias reddere. hinc ἐρανικὴ δίκη apud Athenienses. de quibus vide Casaubonum ad Theophrasti charact. & Cl. Salmasium in observat. huis ad jus Atticum. Alias significat quoque vox ea convivium, quod instruitur à symbolarum collatoribus, sive ab uno paratum sit ad plures excipiendos, sive a pluribus ad unum, & sæpe epulum denotat sumptuosum, ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν, vel ἐράσσειν, quod antiquum est verbum significans κενοῦν, evacuare, profundere, ut exponit Hesychius. *Barl.*

3 Ὁ ὀρύξας τὸ βρόχον] Ingratum hujus parasiti animum notat Timon, quod sibi pecuniolam ejusmodi vel stipem poscenti funem porrexerit, quod est, ut proverbio dicitur, laqueum mandarit. Nam laqueum mandamus iis, quos usque adeo negligi a nobis significamus, ut si vel suspendant se, nihil ad nos attineat. hinc ad rectum redisse dicitur res eorum, quorum facultates absumptæ sunt vel periere. βρόχος proprie funis est, seu rectis ad suspendium aptus, quod circumponitur τῷ βρόγχῳ, id est, gutturi, ut volunt Grammatici. *Idem.*

4 Πίθους ὅλους ἐμεμικώς] Indicat his verbis temulentiam hominis Timon. Pari hyperbola de M. Antonio scribit Cicero Philipp. 2. quod *vomendo fructis esculentis vinum redolentibus gremium suum, & totum tribunal impleverit.* De talibus & idem loquitur Tullius lib. 2. de Finibus. *Notum*, inquit, *mihi fingere asotos, ut soletu, qui in mensam vomant, & qui de convivio auferantur, crudique postridie sursum ingurgitent.* ἐμεμικώς præt. Atticum, quod cur minus usitatum dicat Stephanus, non video. *Idem.*

5 Γνα. Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον] Timonem blandis verbis compellans Gnathonides, eum, ut virum optimum Diisque gratum prædicat, quo benevolentiorem sibi habeat paratioremque ad obsequium. *Idem.*

6 Χαῖρε Τίμων] Vere scripsit Cassiodorus in epistola quadam: *Adulatio blanda*

[1] Εὐμορφότατε, καὶ ἥδιστε, καὶ [2] συμποτικώτατε. Τί. νὴ καὶ σύγε ὦ Γναθωνίδη [3] γυπῶν ἁπάντων βορώτατε, καὶ ἀνθρώπων [4] ἐπιτριπτότατε. [5] Γνα. ἀεὶ [6] φιλοσκώμμων σύγε. ἀλλὰ [7] πᾶ τὸ συμπόσιον

formosissime, suavissime, convivator bellissime. *Tim.* Tu quoque salve Gnathonides vulturum omnium voracissime, atque hominum perditissime. *Gna.* Grata semper tibi dicacitas: sed ubi est con-

blanda omnibus applaudit: omnibus salve dicit. Nec minus scite Seneca: *Malum hominem blande loquentem agnosce tuum laqueum esse. habet enim suum venenum blanda oratio.* Barl.

1 Εὐμορφότατε] Laudat primo Timonem à pulchritudine corporis, eum appellans εὐμορφότατον, hoc est, *formosissimum.* Ita Iuvenalis de Græculis assentatoribus Sat. 3.

Quid quod adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amica.

Huc quadrat quod subdit Cassiodorus loco supra citato: *Adulatio prodigos vocat liberales; avaros, parces; garrulos, affabiles; obstinatos, constantes.* addo & Thersitas, formosos: *qua sagitta leviter volat, certoque infigitur.* Vnde cautior Diogenes, ut Seneca refert in epistolis, cum supra modum ab aliquo laudaretur, opportune respondit: *Adulator, desine me laudare, nihil proficis, cum te intelligam.* Idem.

2 Συμποτικώτατε] Secundo deprædicat eum à morum suavitate. σωματικὸν vocant Græci, qui libens ac bene lauteque convivatur, ut exponit Budæus. nam convivia sua Græci dixerunt συμπόσια: vel potius ita appellatur, qui novit quo pacto se gerere oporteat inter compotatores, ut illis sit jucundus. Docet hoc Plutarch. lib. 1. Sympos. *δεῖ μήτε τὸν ματαίων διδάσκαλον ἅπτεσθαι, μήτε πρὸς τὸν πένητα ἀπαρέσκεσθαι.* Item, *si sit commodis potentium oiκείως, & παιδιᾶς μὴ ἀλλοτρίως, si numerum serio bibentium studiis sit accommodatus, tum à jocis eorundem haud alienus, sed ad utraque probe temperatus.* Idem.

3 Γυπῶν βορώτατε] Sic vocat Gnathonidem Timon perspecta ejus assentatione. Diximus supra *vultures* appellari per convicium, qui vel ob hæreditatis vel alterius emolumenti spem insidiantur cuipiam. Est enim vultur avis rapax, prædæ furtoque semper intenta. Vnde & Imperatores subditorum spoliis inhiantes, itemque avaros provinciarum præfectos Cicero *vulturios* appellat in orat. pro Sextio, βορᾶς, vel ut alii scribunt, βερᾶς eadem significat, à quo Latinum *vorax*, verso β in υ consonantem, ut à βιῶ, *vivo*, βιᾶ, *vis*. Exponitur ab Hesychio, ἁρπαγᾶς, ἅλυσις, qui inexplebilis est voracitatis, edax. nomen parasito conveniens. *Idem.*

4 Ἐπιτριπτότατε] Sic antea διατριπτοὶ ῥήτορες, quod epitheton philosophis passim accommodat. *Bourd.*

5 Γνα.] Gnathonides male exceptus à Timone, dicteria ejus, quæ parasitorum patientia est, in bonam partem interpretatur, quasi ab ingenii quadam urbanitate profecta. *Barl.*

6 Φιλοσκώμμων] Dicitur qui dicteriis mordacibus & scommatis gaudet, διῤῥαπίλης alio nomine. De Athenienſibus refertur, quod essent σκωπτόλοι, & κερτόμοι. Vnde dictum à quopiam: κακῶς λέγειν, μᾶλλον ἢ τὸ Ἀθηναῖον. Eo etiam ingenio fuisse leguntur Antiocheni, itemque Alexandrini, quos φιλοσκώμμονας appellat Herodian. lib. 1. & Athenæus lib. 4 c. 25. De διῤῥαπιλίᾳ, quatenus laudanda est, vel vituperanda, legatur Aristot. Eth. lib. 4. cap. 8. itemque Beza ad Ephes. cap. 5. vers. 4. ubi damnare eam videtur Gentium doctor. *Idem.*

7 Πᾶ τὸ συμπόσιον] Male eo nomine audiebant Græci, quod compotationes amarent, essentque φίλοινοι. *Laudibus arguitur vini vinosus Homerus*, inquit Horatius.

σιον; ὡς [1] καινόν τι σοι ἆσμα τῶν νεοδιδάκτων [2] διθυραμβῶν ἥκω κομίζων. [3] Τί. καὶ μὴν ἐλεγεῖα γε ἄσῃ μοι λοιπὸν [4] ἀθλιαπαθῶς ὑπὸ τουτῳ τῷ διδασκάλῳ. [5] Γνα. τί τοῦτο; παίεις convivium? nam novam tibi adfero cantilenam ex his quos nuper didici dithyrambis. *Tim.* At elegos canes admodum miserabiles, ab hoc doctus ligone. *Gna.* Quid istuc? feris δ Titius. Et notum est illud eorum tabernis inscriptum omnibusque decantatum symbolum: ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι, aut *bibe aut abi*. Priscos tamen Lacedæmonios excipe, quorum phiditia seu convivia, cum in publico haberentur, scholæ erant sobrietatis & virtutis omnis, ut testantur Xenophon in Rep. Lacedæm. & Plutarchus in Laconic. *Barl.*

1 Καινὸν ἆσμα] Novam cantilenam affert Gnatonides, qua Timonem oblectare studet. Novit enim palpator homines rerum novarum esse cupidos. hinc Telemachus apud Homer. Odyss. α.

Τίω γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ὄπηλείῃς' ἀνθρώποις,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέλῃται.

Id est:

Hanc cantilenam magis celebrant homines,
Quæ audientibus novissima est.

Et Pindarus in Olymp. hymno 9. Αἰνῶ παλαιὸν οἶνον· ἀνθεῖα δ' ὕμνων νεοτέρων, id est: *laudo vinum vetus, sed novorum hymnorum flores.* Sentit enim ἀοίδιμος poëta gratiores esse hymnos, qui res nuper gestas celebrant, quam qui prisca tractant. Plerasque commendat novitas, præsertim apud imperitos. *Idem.*

2 Διθυράμβων] De quibus fuse Clariss. Marcil. ad Horat. Alii ad artem poëticam. Gl. Mss. διθύραμβος· ὕμνος εἰς Διόνυσον. Bourd. Νεοδίδακτον διθύραμβον] Id est, τὸν νεωστὶ διδασκόμενον, *quem recens didici.* Vox ea in Lexicis prætermissa ut & aliæ complures. Nec apud Stephan. extat, quod miror, cum nihil sit vulgatius. Dithyrambus autem chorus, vel carmen dicitur in honorem Bacchi compositum, quod non nisi furore quodam affectis & lymphaticis convenisse scribit Plato in Phædro. magnam vim ad animos concitandos & perturbandos habuisse fertur. Sic dicitur à Baccho, qui & διθύραμβος appellatur ab antiquo quodam διθύρα in quo educatus traditur: vel ex eo quod bis natus, & è duabus quodammodo januis egressus sit, nempe ex utero materno, & Iovis femore. cujus figmenti varias interpretationes vide apud Diodor. Siculum & Eusebium, nec non Macrob. Phurnutum, & alios. *Barl.*

3 Τί. Καὶ μὴν ἐλεγεῖά γε ἄσῃ] Responsio Timonis apposita & festiva. Dithyrambis opponit elegos qui miserabiliter sonant, ideoque οἱ ἐν τοῖς ὀδυνηροῖς olim adhiberi solebant, sic dicti ἀπὸ τοῦ ἴ ἰὴ λέγειν, quæ flentium vox est. hinc *elegia flebilis* apud Ovid. οἰκτίστας vocat Apollon. Argon. 2. *miseros* Horat. lib. 1. Od. 23. Postea vero omnibus promiscue rebus applicari cœpit hoc metri genus, nullamque hodie materiam respuit. Sic idem Flaccus in arte poët.

Versibus impariter junctis querimonia primum:
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Iocose autem ad significationem hujus vocabuli alludens Timon, gemitus & ploratus seu ejulatus, vocat *elegias*, aut etiam querulas voces. *Idem.*

4 Ἱερεμπαθῶς] Id est, *miserabiliter*, & cum magna vi affectuum. Vult significare modum Timon, quo canturus sit elegos, nempe συμπαθητικῶς & μετὰ πάθους, quem doloris affectum illi inditura esset ἡ δίκαιμα, simulque parasitum ligone suo percussit. *Idem.*

5 Γνα. Τί τοῦτο] Gnathonides præter exspectationem ligone sanciatus Timonem in jus vocare minatur ob datum vulnus. Ob simplicem verberationem apud Athenienses dabatur δίκη αἰκείας, id est, actio ob verbera, quæ privati erat judicii,

ὦ Τίμων; [1] μαρτύρομαι. ὦ Ἡ'ρακλεις. ἰώ. ἰώ. [2] προσκαλοῦμαί σε πρωΐμοτον εἰς [3] Ἄρειον πάγον. Τί. καὶ μὴν ἂν γε μικρὸν ὑποθρύψῃς, φόνῳ τάχα προσκληθήσῃ μοι. [4] Γνα. μηδαμῶς, ἀλλὰ σύ γε πάρ-

ὁ Timon? anteſtor ὁ Hercules, hei hei, te quòd mihi vulnus inflixeris apud Areopagitas in jus voco. *Tim.* Atqui ſi cunctère pauliſper, mox cædis me reum ages. *Gna.* Nequaquam, quin plano vul-

dicii, & pecunia fere mulctabatur. Actio vero ob datum vulnus, publici erat judicii, & graviore ſupplicio plectebatur. βεκελῶ τρώμα appellant Græci, & quidem ἐκ προνοίας, ut hic factum à Timone Vulneris autem conſulto dati olim pœna fuit bonorum publicatio cum relegatione, ita ut ab exilio in patriam redux morte lueret. Talio tamen in certis quibuſdam cauſſis ac vulneribus lege Solonis obtinebat. Sed hac de re fuſius diſceptantem audi Salmaſium in lib. jam ſæpius memorato de Iure Attico. *Barl.*

1 Μαρτύρομαι] Ad circumſtantes hæc loquitur. q. d. Vos qui præſentes hic eſtis, teſtes cito, quod Latinis *anteſtari* dicitur. Gloſſæ, *Anteſtor*, μαρτύρομαι, *teſtem facio*. Fiebat id apud Romanos auriculam prehendendo ſeu vellendo ejus, quem teſtem ſumebant. Cujuſce ritus meminit Horat. Serm. lib. 1. Satyr. 9. ubi vide Lambinum. *Idem.*

2 Προσκαλοῦμαί σε] *Voco te in jus*, ſcil. εἰς Ἄρειον πάγον: aliquando additum reperitur εἰς κρίσιν, vel δίκην. Budæus in his & ſimilibus locis reponendum ſuſpicatur προσκαλεῖσθαι, quod tamen contra optimorum codicum fidem temere faciendum non eſt. Alioquin fateor alterum ſæpius inveniri. Sic Ariſtophanes in Veſpis, Plutarchus item & Ariſtoteles locuti: cujus eſt illud. 5. Politic. προσκληθεὶς φόνῳ εἰς Ἄρειον πάγον. Vide Theſ. Steph. *Idem.*

3 Ἄρειον πάγον] Nomen πάγου, ut jam ante monuimus, pro colle ſeu petra accipitur à πήγνυμι, cujus indef. 2. eſt ἔπαγον. hinc πάγος, quod lapides vi caloris aut frigoris in unum compingantur & condenſentur, ut docet Ariſtoteles probl. 24. ideoque non producenda eſt princeps ſyllaba, ſed corripienda, ut contra vulgares Grammaticos optime probat præceſſor meus Ieremias Hoelzlinus vir Græcè doctiſſimus ad Apollon. ſuum lib. 2. Ἄρειος appellatur, quod cum Mars, qui Græce dicitur Ἄρης, homicidii crimine reus fieret, judicantibus duodecim Diis, in eo colle ſex ſententiis (Græci ἴσας ψήφους vocant) abſolutus ſit, cujus rei teſtis eſt Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 5. Metonymice hic deſignantur ipſi Areopagitæ, quorum judicum ſumma erat auctoritas, deque capitalibus cauſſis pronunciabant tanta integritate, ut noctu atque in tenebris, non interdiu cauſſas cognoſcerent: quo non dicentes, ſed duntaxat ea, quæ dicerentur, ſpectarent, ut auctor eſt Lucianus in ſectis. Scribit Ariſtoteles in lib. de Rep. Ephialtem & Periclem minuiſſe authoritatem Senatus Areopagitici & ſtudio auræ popularis pauperis admiſiſſe in ordinem Senatorium, denique eum, ut & alios judicum conſeſſus feciſſe μισθοφόρους. Stipendium cujuſque judicis quotidianum erat triobolus. *mercedulam* appellat Cicero lib. 1. de Orat. *Idem.*

4 Γνα. μηδαμῶς] Duriora Timonis verba & dolorifica verbera gratioſis iterum dictis emollire ſtudet Gnathonides, æqui bonique omnia conſulens, modo vulneri imponatur emplaſtrum aureum. Sic paraſiti ſolent commodi gratia quævis & facere & pati. Iuvenalis Sat. 5.

Omnia ferre
Si potes & debes: pulſandum vertice raſo
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati his epulis, & tali dignus amico.

De eo loquitur Satyricus, qui opiparas divitum menſas ſectabatur. *Idem.*

πως τὸ τραῦμα ἴασαι [1] μικρὸν ἐπιπάσας ἅ χρυσίε. ἐνίοις γὰρ [2] ἴχαιμόν ἐστι τὸ φάρμακον. [3] Τί. ἦπ μόνες; Gna. ἄπιμι. σὺ δ' [4] ὦ χαιρήσεις [5] ὅτω σκαιὸς ὢν χρήσῃ γνώμῃ. [6] Τί. τίς ἔτός ἐστιν ὁ σωσπών, [7] ὁ ἀναφαλαντίας; Φιλιάδης, κολάκων ἁπάντων ὁ [8] βδελυρώτατος. ὅτος δ παρ' ἐμοῦ ἀργὸν ὅλον λαβὼν, κἀμ τῇ ψυχαγωγίᾳ

vulneri medere paululum auri inſpergens: præſentiſſimum enim illud eſt remedium ad ſiſtendum ſanguinem. *Tim.* Etiam manes. *Gna.* Abeo. Sed malè tibi vertet quòd ex viro commodo tam ſævus factus ſis. *Tim.* Quis hic eſt recalvaſter ille qui accedit? Philiades, aſſentatorum omnium execratiſſimus. Hic cùm à me ſolidum acceperit fundum, tum *in*

1 Μικρὸν τῷ χρυσίῳ] Pro ὀλίγον. ὐπιπάσαι propriè eſt *inſpergere*. Eraſmus eleganter per *inungendi* verbum expoſuit more Latinis uſitato, quanquam inungere Græcis ſit ἐγχείειν. Et apud medicos φάρμακον ἐγχριστὸν & ὐπιπαστὸν diſtinguuntur. Nam ἐγχριστὸν vocant, quo corpus extrinſecus inungitur: ὐπιπαστὸν quod inſpergitur exterius corpori vel vulneri. *Barl.*

2 Ἴχαιμον] *Sanguinem ſedans.* Vox medica. Hippocr. Galen. ut θυμὸς, θύαμος, Tzetz. ad Lycoph. *Bourd.* Facete & per jocum ſic vocat aurum. Eraſmus vertit, *præſentiſſimum remedium*. Pererius rectè, *præſentiſſimum remedium ad ſiſtendum ſanguinem*, expreſſo nomine ἰχαιμον, quod eſt, παρὰ τὸ ἰσχειν τὸ αἷμα. Vnde & herba ἴχαμος vel ἰχαίμων dicta a ſiſtendo ſanguine, quam Euſtathius putat eſſe radicem illam ab Eurypylo Patrocli vulneri adhibitam, quæ, ut Homerus eam deſcribit Iliad. γ. ἀπάσας Ε'χ' ὀδύνας· τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο παύσατο δ' αἷμα. Sunt qui *Achillejam* vocant: alii *Ariſtolochiam*, de quibus οἱ ῥιζοτόμοι. Barl.

3 Τί. ἦπ μόνες] Gnathonides, ubi videt nihil à Timone obtineri poſſe præter plagas, & contumelias, ſumma cum indignatione diſcedit, inſolitam hominis ferociam admiratus, quo tam commode uſus fuerat antea. *Idem.*

4 Οὐ χαιρήσεις] *Non gaudebis* i. e. dolebis, facti illius te pœnitebit. Supra dixit, ὦ χαίροντες ἄπιτε. Litotes vocatur Rhetoricæ magiſtris. Sic & Homerus Iliad. 20. Οὐδὲ τιν' οἶον Τρῳῶν χαιρήσειν ὁσις θεὸν ἐγχεσπάλον ἔλθοι. Notetur utrobique fut. Atticum pro communi χαρεῖς vel χαρεῖν. Eſt enim Atticis proprium ex gravitonis facere inflexa. *Idem.*

5 Οὕτω σκαιὸς] Σκαιὸν hic opponit τῷ χρησίμῳ. Sic vocatur homo commodis moribus. *Benignum* interpretatur Horatius, ut de Tigellio: *Quippe benigno erat.* Alibi σκαιὸς & δεξιὸς inter ſe opponuntur. Vide pag. 122. *Idem.*

6 Τί. τίς ἔτός ἐστιν ὁ σωσπών] Poſtquam diſceſſit Gnathonides, accurrit veſtut ad prædam alter, nempe Philiades ejuſdem plane farinæ homo, id eſt, ad aſſentationem factus, cujus ingratum animum & ſordidas adulationes lepide perſtringit Timon. *Idem.*

7 Ὁ ἀναφαλαντίας] Deſcribit eum à capitis deformitate, quod recalvaſter eſſet, cujuſmodi homines derideri ſolent, unde illud: μωρὸν ὀρᾷς φαλακρόν. Et nota eſt hiſtoria de Eliſæo Propheta, 2 Reg. 2. Sed diſcrimen ponunt Grammatici inter ἀναφαλαντίασιν & φαλακρὸν. hanc capitis glabritiem eſſe volunt, ad quem tegendam κῶλια περικρόνια geſtare ſolent ſeniores, vulgo *calautas* vocant: illam ſolius frontis aut ſuperciliorum. *Idem.*

8 Βδελυρώτατος] *Impuriſſimus.* Legend. Caſaub. ad Char. Theoph. *Bourd.* Characteriſmum hominis βδελυροῦ habemus apud Theophraſtum. Vox ea impuritatem & fœditatem continet. deducitur enim ἀπὸ τοῦ βόδεσθαι, ut hominem ſignificet proſtituti pudoris, & flagitioſe turpem. *Barl.*

1 Περίεσ-

[1] Περίκα δὸς πάλαι μισθὸν ἔπαινε, ἐπεὶ ἄσαιτό με, πάντων σιωπώντων, [2] μόνος ὑπερεπῄνεσεν, ἐπιμομφόμενος [3] φθονώτερον εἶναι τὸ κύκνειον, ἐπειδὴ νοσοῦσα σφόδρα εἰδέ με, καὶ σφοδρὰν ἐπιπλῆξαι διόμενος, [4] πλαγὰς ἐφ' ἡμῖν ὑπὸ σφοδρότητος. [6] Φι. Ἀπὸ τῆς εὐαρεστίας. τὸν Τίμωνα γνωρίζετε; τὸν Γναθωνίδης φίλον καὶ συμπότην; τοιγαροῦν δίκαια πέπονθεν ὑπὸ ἀχαρίστου. ἡμεῖς δὲ πάλαι ξενισθέντες καὶ ξυμφρέσει, καὶ δημῷ, [7] ὅμως μετριάζομεν ὡς μὴ ἐπιπη-

in filiæ dotem talenta duo, laudationis præmium, cùm me canentem reliquis omnibus silentibus solus supra modum laudasset, dejerans me oloribus longè magis canorum, postquam me nuper ægrotantem vidit (nam adieram opis indigus) plagas egregius ille vir impegit. *Phil.* O impudentiam! nunc demum Timonem agnoscitis? nunc Gnathonides amicus & conviva: enimvero digna se accepit, cùm sit ingratus. At nos qui jam olim familiares sumus, æquævi, ac populares, tamen modestè agimus, ne in-

1 Περίκα] Sic vocat παμήλιον δῶρον, quod pater filiæ dat, cum eam elocat παρὰ τὸ φερνιεῖδη εἰς τὸ γαμβροῦ οἶκον, ut vult Stephanus, quod in domum generi à socero præmittatur. *Barl.*

2 Μόνος ὑπερεπῄνεσεν] Notetur etiam, quod & Theophrastus docet in charact. κολακείας, Philiadem solum cæteris omnibus tacentibus laudasse Timonem, hoc est, ut proverbio dicitur, fulicam olori comparasse. Nec sine caussa inquit, ὑπερεπῄνεσεν. Nam & hoc adulatoribus proprium est supra modum laudare, nec tam encomiis suis ornare divites quam onerare. ἐπαίνους φορτικοὺς eleganter supra vocavit. De isthoc hominum genere sic Iuvenalis:

Miratur vocem angustam, quâ deterius nec
Ille sonat quo mordetur gallina marito. Idem.

3 Ὡς δικαίως τὸν κύκνειον] Eodem proverbio passim utitur. Sic in Cycnis. *Beurd.* Hinc proverbium *cycnea cantio* pro dulcissima & ultima, de quo Erasmus in Chiliad. Dicuntur cycni instante morte mirandos quosdam cantus edere, quod ut omnium litteris celebratum est, ita nulli, ut credo, repertum. Certe testatur Athenæus lib. 9. Alexandrum Mindium tradidisse, multos se moribundos prosecutum, sed nullius audisse cantum. Idem sensit Plinius. lib. 10. cap. 23. & Iul. Scaliger contra Cardanum exercitat. 232. Non defuere tamen Philosophi nonnulli, qui hujus rei causssam dare conantur, affirmantque id accidere propter spiritus per collum procerum & angustum erumpere laborantes. Hinc Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantatur cycnus funeris ipse sui.

Quin & Ægyptii, cum significare vellent Musicum senem, *cycnum* pingebant teste Oro Niliaco in Hieroglyphicis. *Barl.*

4 Πλαγὰς ἐφῃνίττετο] Præpositio ἐφ' in verbo suam habet emphasin. q. d. Non satis illi fuit verbis procacibus me inanem dimittere, sed & insuper plagas addidit, vel colaphos impegit. Articum dicendi genus, ἐπαίνων πλαγὰς vel absolute ἐλεύειν pro, *cadere*. Idem.

5 Ὁ γνώριμος] *Generosus ille* per ironiam, ut supra. Articulus vicem præstat pronominis ἐκεῖνος. Idem.

6 Φι. ἀπ' εὐαρεστίας] Philiades ut favori velificetur Timonis, Gnathonidem merito ab ipso rejectum fatetur ob ingratitudinem ejus, ut de suo erga eum candore & benevolentia certus esse possit. *Idem.*

7 Ὅμως μετριάζομεν] En parasiticam modestiam. μετριάζειν hoc loco est

δὲν ἀκώμβρ. χαῖρε ὦ ἑταῖρε. [2] καὶ ὅπως τὰς [2] μιαρὰς ταύτας κόλακας φυλάξῃ, [3] τὰς ἐπὶ τῇ τραπέζῃς μόνον, τὰ ἄλλα ὄρνεα, κορώνας ἐόντ' ἀφειδοῦσας. [4] οὐκ ἔστι [5] πιστότης ἀνθρώποις, καὶ πονηροί. ἐγὼ δ' [6] τάλαντόν σοι κομίζων ὡς ἔχοις [7] ποῦ τὰ κατεπείγοντα χρήματ', καὶ ὀλίγῳ πλησίον ἥκουσι ὡς πλουτίσῃς ὑπερμεγάθη τινὰ πλοῦτον. ἥκω τοιγαροῦν τοῦτό σε νουθετήσων. καίτοι σύ γε ἄπορος εἶ, εἰδὼς ἴσως διήκοντα τὸν παρ' ἐμοῦ λόγον, [8] ὃς καὶ τῷ Νέ-

insilire videamur. Salve here, fac ut adulatores istos obſerves nefarios, qui nuſquam niſi in menſa adſunt: præterea à corvis nihil differunt. Nulli hominum hujus ætatis eſt amplius fidendum: ingrati omnes & ſceleſti. At ego cùm tibi talentum afferrem, quo ad urgentem neceſſitatem uti poſſes, in via accepi te ſummas quaſdam opes eſſe nactum. Proinde veni his de rebus te moniturus, quanquam fortè tibi me monitore nihil erat opus, cùm vel ipſi Ne-

moderatione uti, non inſultare miſero, opponiturque τῷ ὑπερηφάνῳ, vel ut alii codices habent, ἐμπαθῶν, quod idem valet. *Barl.*

1 Καὶ ὅπως φυλάξῃ] Defectivum loquendi genus, ſed Atticum, pro ὅρα, vel μελέτω σοι ὅπως φυλάξῃ. Exempla paſſim obvia. recte interpres, *fac ut obſerves*. Idem.

2 Μιαρὰς] Sic fere appellat adulatores, hoc eſt, ſceleratos, & nefarios. propriè μιαρὸς ſanguine pollutum ſignificat, à μιαίνω, *polluo*. Heſychio exponitur, ὁ μιμολυσμῷ αἵματος ἀκαθάρτου, ſic locum corrigo, pro quo legitur αἵματος ἀκαθάρτου, nullo ſenſu. *Idem.*

3 Τὰς ἐπὶ τῇ τραπέζῃς] Vocat paraſitos: *qui bona ſumma putant aliena vivere quadra.* τραπέζιας olim appellatos fuiſſe tradit Plutarchus in Sympoſ. Philoſtratus pro eodem dixit, τοὺς ἐπὶ τῇ τραπέζῃς. Cicero *omnium menſarum aſſeclas* ſcite appellat, qui, ut Plautinus ille Gnatho ait, *vocati, non vocati* ſolent eſſe in convivio. *Idem.*

4 Οὐκ ἔστι] Nemini fidendum eſſe monet Philiades, quod plerique omnes ſui ævi homines eſſent ſubleſta fide & improbi: ſe tamen unum ut ſincere amicum excipi vult. *Idem.*

5 Πιστότης] Atticum eſt, pro πιστότητος. plurale pro ſingulari. Sicut omnibus fidere, ſtultum eſt: ita nulli fidere, inhumanum. Tamen cum tanta ſit perſonatorum amicorum turba, præſtare ait Philiades, nulli fidere, quam facile credendo ruſſus decipi. Nam ut ille inquit apud Theognidem: Πίστις χρήματ' ὄλιστα ἀπίστων δ' ἰσόσασα, id eſt, *Nimia fiducia pecunias amiſit: diffidentia vero eas retinuit.* Idem.

6 Τάλαντον κομίζων] Duo fuere talentorum genera, quorum minus libras valebat ſexaginta: majus octingenta. vide Caroli Gerardi Comment. ad Ariſtoph. Plutum. *Idem.*

7 Ποῦ τὰ κατεπείγοντα] Supple, πράγματα, *rebus urgentibus, in urgenti neceſſitate.* τὸ κατεπεῖγον dicitur *negotium urgens.* Scit enim Philiades beneficium opportuno tempori collatum eſſe gratiſſimum, & bis datum cenſeri, quod inopi datur prompte & ultro. Nam *nulla res* (inquit Seneca in lib. de benef.) *carius conſtat, quam quæ precibus empta eſt, & extorta potius, quam data.* πλοῦτος πλουτεῖν Atticiſmus, ut ſupra, ἀστρολὰς ἀστρολᾶν. Sic *furere furorem, ſervire ſervitutem* & alia Græcorum more dicunt Latini. *Idem.*

8 Ὃς καὶ τῷ Νέστορι] Laudat Timonem à prudentia, eumque Neſtori tantum non confert, ſed præfert. Fuit Neſtor Pyliorum rex, qui ob tria maxime celebratur ab Homero, quod eſſet omnium hominum vivaciſſimus, quod longo rerum uſu pru-

σοφε [1] τὸ δίον Νεστόρειος ἄν. [2] Τί. [3] ἴσῃ ταῦτα· ἀ Φιλιάδη. πολλὰ [4] ἀλλὰ σοφιστὴ, ὡς ἢ σὺ [5] φιλοφρονήσομαι τῇ δικίλλῃ. Φι. [6] ἄνθρωποι, [7] κατάρας δ' κεφαλὴν ἔχω δ' ἀχαρίστου, διὸ τὰ συμφέροντα ὑποδείξω αὐτῷ. [8] Τίμων. ἰδοὺ τρίτος ὅτος ὁ ῥήτωρ Δημέας προσέρχεται, [9] ψηφίσμα ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ [10] συγγλῶς ἡμίτροφος εἶναι λέγων. ὅτος ἐκκεκίδηκε παρ' ἐμοῦ τάλαντα μιᾶς ἡμέρας σκήπτους τῇ πόλει, [11] κατεδεδίκασο γὰρ, καὶ ὑπὸ-

Neſtori, ſi neceſſe eſt, conſilium dare queas. *Tim.* Ita fiet Philiades. Verùm accede quo te ligone comiter excipiam. *Phil.* Viri, caput mihi ab hoc ingrato effractum eſt, propterea quòd illum quæ in rem illius erant, admonui. *Tim.* Ecce, tertius huc orator Demeas accedit, tabulas dextra tenens, ſeque profitens mihi cognatum eſſe. Hic una die de meo ſedecim talenta civitati dependit, nam damnatus erat, ac vinctus. At quum ſol-

prudentiſſimus: ac denique quod facundiſſimus. Vnde ad Trojanæ urbis excidium non decem Ajaces, ſed Neſtores habere optabat Agamemnon, eo docens, plus in bello poſſe prudentiam, quam fortitudinem, & *parum arma foris prodeſſe, niſi prudens domi conſilium fuerit.* Tullius lib. 1. offic. *Barl.*

1 Τὸ δίον] Interpretes vertunt, *ſi neceſſe eſt*, puerili errore. nam τὸ δίον cum articulo *officium* denotat, quaſi dicat Philiades Timonem tanta pollere prudentia, ut ipſum Neſtorem ſui officii commonefacere poſſit. quod eſt τὸ δίον παραινεῖν. Infra dixit, τὰ συμφέροντα ὑποδείξω. Idem.

2 Τί.] Conceſſio ſeu approbatio ironica quæ ſequitur. *Idem.*

3 Ἴσῃ ταῦτα] Concedentis formula, *ſic erit, ita fiet, ut dicis.* Idem.

4 Ἀλλὰ σοφιστὴ] Per illuſionem σχηματικὴν, ut apud Terent. *Adeſdum bona vir.* Idem.

5 Φιλοφρονήσομαι τῇ δικίλλῃ] Feſtive. quo pacto Galli dicunt, *careſſer quelqu'un à coups de baſton.* Idem.

6 Ἄνθρωποι] *O viri.* Quiritantis vox & opem implorantis. *Idem.*

7 Κατάρας τὸ κεφαλὴν] Atrocitatem injuriæ declarat, cum caput ſibi comminarum queritur. κατάρας per dialyſin Atticam ponitur, ἀντὶ τῦ κατῆρα. Sic Ariſtoph. in Veſpis:

Ἀνὴρ Συβαρίτης ἐξέπεσεν ἐξ ἅρματος,
Καίπως κατῆρε τὴν κεφαλήν.
id eſt:
Homo Syharita nuper è curru excidit,
Cadenſque capite vulnus accepit grave.

Τὸ κεφάλιον proprie *calvaria.* recte interpres *caput* interpretatur, ut patet ex Comici loco. Sic & Herodian. ξύλῳ σκαιδὶς χ' τῷ κεφαλίῳ ἐπελθόντος, quod politiſſimus vertit Politianus: *fuſte capiti illiſo vitam finiit.* Idem.

8 Τί. ἰδοὺ τρίτος ὅτος ὁ ῥήτωρ Δημέας προσέρχεται] Tertius ad Timonem ſe recipit Demeas orator, cujus ἀλαζονείαν, & gnathonicas artes ingenioſe ob oculos ponit Lucianus. *Idem.*

9 Ψήφισμα] Quod à legis ſanctione differt; hic tabulæ ſunt, in quibus conſcriptæ erant laudes & merita Timonis; vel quibus continebatur decretum ſeu plebiſcitum de aurea ei erigenda ſtatua, ut in ſequentibus declarat. *Idem.*

10 Συγγλῶς ἡμίτροφος εἶναι λέγων] Græca ſermonis ſtructura, quam & imitatur Ovid. 3. Metam. *Rettulit Ajax Eſſe Iovis pronepos.* Cognatum ſe eſſe fingit Timonis, quo facilius hominem auro emungat. *Idem.*

11 Κατεδεδίκασο] *Damnatus erat*, nempe pecuniæ quam debeat civitati, eaque de cauſſa vinctus. hinc καταδικασθεὶς, *condemnatus*, *addictus.* Heſychio

δὲ, σὺν δικαιοδόσει, καὶ ἐγὼ ἐλεήσας, ἐλυσάμην αὐτὸν. ἐπειδὴ [1] τοῦτον ἔλαχε [2] τῇ Ἐρεχθηίδι φυλῇ [3] διανέμειν τὸ θεωρικὸν, καὶ ἐγὼ

solvendo non esset, ego misertus illum redemi. Porrò cum illi sorte obvenisset, ut Erechtheidi tribui distribueret ærarium, atque ego adiens,

chio ἀγώγιμον. Sic dicebatur, qui abducendus condemnabatur, & in potestatem tradebatur ejus a quo ducebatur, ut de ipso posset facere, quod libitum erat. Licebat olim creditori debitorem confessum ob æs alienum venundare, & capitis supplicio afficere, tam apud Athenienses ex lege Solonis, quam apud Romanos ex lege 12. Tabular. quod cum immitius videretur, postea in desuetudinem abiit, & pro trucidatione & sectione corporis debitorum æstimatio judici permissa fuit. Salmas. ad ius Atticum. *Bart.*

1 Ἔλαχε ἐλαχε | Verbum λαχεῖν, ut & Hebr. לכר, propriè *sortiendi* vel *sortes proponendi* significationem habet: frequentius tamen accipitur pro *sorte* vel *sortito obtinere*. Hinc Latinum *nancisci* e Græco λαγχάνειν, verso λ in ν, ut docet Caninius. *Idem.*

2 Τῇ Ἐρεχθηίδι | Athenienses, cum non viderentur sibi satis una Ἀθηνᾷ, id est, Pallade nobiles, variis etiam sui populi partibus, hoc est, tribubus, nomina ab eponymis dedere. Erant vero ἐπώνυμοι heroes, primi scil. illi, quos suprema hominum memoria noverat, quique virtutis ergo statuas habebant Athenis. Et cum duodecim essent tribus, decem ex Apollinis oraculo à principibus suis seu regibus fama clarioribus nominatæ, in quibus fuit tribus *Erechtheis* ab Erechtheo rege nomen adepta, ut *Cecropis* à Cecrope, *Pandionis*, à Pandione, &c. *Idem.*

3 Διανέμειν τὸ θεωρικὸν | Pecunia primum bellica, dein χρήματα εἰς θεῶν τιμὰς ἐ ἑορτὰς δεδομένα ἐν τοῖς Παναθηναίοις ἐ Διονυσίοις. Helych. hæc autem pecunia dividebatur in solos cives ut pararent sibi πτηλώματα & alia vel ad sacrificia vel ad spectacula necessaria, ut patet lin. seq. distributio videtur μισθ. ἐπιδόσεις τοῖς ἐκ πατρῶν ἢ φυλῶν θεωρικὰς εἰς ἄκεσιν μισθ. εἰς θυσίας. Demost. ex quibus verbis non omnibus civibus distributum videtur τὸ θεωρικὸν, sed τοῖς θεωρικοῖς. Vocabant autem θεωρικὸς σὺν τοῖς θεοῖς ἀπάρχας ἀπάγοντας, ἐσταφανωμένους. Helych. sive θεωρικοὶ ἢ θεωροὶ erant oratores illi quos extra fines ad sacra, vel ad trium dierum continuorum ludos, vel ad oracula Senatus mittebat. Sept. Flo. Christia. ad pac. Aristoph. Locus alius hac de re fusius dicendi. *Bourd.* Interpres vertit *ærarium*. proprie sic dicebatur pecunia, quæ pauperibus è publico ad emendam in theatro sedem erogabatur, quod est θεᾶν ἀγορεύειν apud Theophrast. in charact. Helychius: θεωρικὸν ἀργύριον τὸ εἰς θεῶν τιμὴν ἐ ἑορτὴν διδόμενον θεωρίας ἕνεκα, τὸ ἐ πένησιν μετέχειν τῶν θεωρίων. Pretium vero quod pendebatur spectaculorum conductoribus sive locariis erant duo oboli. Sic Libanius: ἑκάστοτε δύο διδόναι δύο ὀβολοὺς, ἐ ἔτιμον ἦσαν. Postea & in alios usus conversa fuit, præcipue tamen theatrales, eratque distributio μισθὸς, nec omnibus & singulis dividebatur, ut vult Stephanus, sed tantum τοῖς θεωροῖς, vel θεωρικοῖς, qui hoc πτηλώματα, vel alia ad sacrificia & Deorum honorem necessaria comparabant, ut ad hunc locum notat Bourdelotius. *Barth.* Hæc ultima verba immendo deliteunt. Lege, αὐτῶν τὸ γ' ὠνούμενον, & videtur bene legisse Erasmus, qui vertit, *id quod ad me redibat, percerem*. Sed non tam bene ei succellit, quando θεωρικὸν interpretatus est *ærarium*. Debebat potius interpretari *donativum*. Erat enim τὸ θεωρικὸν pecunia, quæ ex publico populo tribuebatur ad spectaculorum impensas Panathenaicorum, Pythiorum & Olympiacorum tempore. Sed ex hoc loco emergit non mediocris difficultas. Timon supra non semel Κολυττεὺς dictus est. At Κολυττὸς demus seu pagus Atticæ vel potius pars Athenarum Harpocrationi & Suidæ Ægeidi tribui tributior, quomodo igitur hic Timon dicit se accessisse ad illum, qui Erechtheidi tribui donativum Theoricum distribuebat, ut

ἀπῆλθον αὐτῶν [1] τὸ μεγιόμβριον, οὐκ ἔφη γνωρίζειν πολίτην ὄντα μι. [2] Δη. χαῖρε ὦ Τίμων. τὸ μέγα ὄρεμμα [3] ἦ ἥβης. [3] τὸ ἔρεισμα τῆς Ἀθηναίων. τὸ [4] προβλημα τῆς Ἑλλάδος. καὶ μὴν πάλαι σε [5] ὁ δῆμος [6] ξυνειλεγμένος, καὶ αἱ [7] βουλαὶ ἀμφότεραι προεμένουσι. [8] πρότερον δ' ἄκυρον τὸ ψήφισμα, ὃ ὑπὲρ σοῦ μέγραφα. Ἐπειδὴ Τίμων ὁ Ἐχεκρατίδου κολυττιεύς, ἀνὴρ οὐ μόνον καλὸς κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφὸς, ὡς οὐκ ἄλλῳ σὺ τῇ Ἑλλάδι adiens, id quod ad me redibat poscerem, negabat se civem me agnoscere. *Dem.* Salve Timon, præcipuum tui generis præsidium, fulcimentum Athenienſium, propugnaculum Græciæ; profectò jam pridem te populus frequens, & utraque curia operitur. Sed prius decretum audi, quod de te conſcripſi. Quandoquidem Timon Echecratidæ filius Colyttenſis, vir non modò probus & integer, verùm etiam ſapiens, quantum alius in Græ-

ſuam legitimam partem acciperet, qui cum eſſet Colyttenſis domo, non erat Erechtheidis tribulis. Certe hoc videtur ἀσύστατον. Ergo vel falſus eſt Harpocration, & qui eum ſequitur Suidas, & male Colyttum pagum accenſuerunt Ægeidi (quod magis puto) vel male Lucianus Timonem Colyttenſem facit, quod non eſt veriſimile, cum id non ſemel dixerit. *Palm.*

1 Τὸ μεγιόμβριον] Ita vocatur rata pars, ſeu debita portio, quæ alicunde provenit; ſive lucrum ex negotiatione ortum. Subauditur nomen μέρος quod aliquando exprimitur. Xenoph. lib. 7. hiſtor. Græcar. ἐκ αὐτοῦ τὸ μεγιόμβριον μέρος εἰς τὸν Ἐπαρείτας ἐπὶ τὴν πόλιν ἐμπορεύσαντες ἀπέπεμψαν τοῖς ἄρχουσιν. id eſt, *Et ipſi quum partem ratam, quæ ſuo nomine debebatur Eparitis ex urbe capiſſent, eam præfectis miſere.* Barl.

2 Δη. χαῖρε, ὦ Τίμων] Rhetor Demeas blanda & fucata oratione aggreditur Timonem præmiſſa ſalutatione, eumque magnificis elogiis condecorat. *Idem.*

3 Τὸ ἔρεισμα ἦ Ἀθηναίων] Ex Pindaro, ἔρεισμα. Bourd. Sic Pindarus Theronem appellat ἔρεισμα Ἀκράγαντος, Olymp. oda. 2. Et Athenas, ἔρεισμα Ἑλλάδος, *Græciæ fulcimentum*, ad quæ reſpexiſſe videtur Lucianus. Sumpta tralatio à fulcris illis, quibus innititur & firmatur ædificium. hinc Ariſtot. de part. animal διὰ τοῦτο, inquit, τῷ ἐλέφαντι μόνῳ ἐρείσματός εἰσι χάριν, id eſt, *pedes elephanto ſolum pro fulcimento ſunt.* Idem.

4 Πρόβλημα] *Propugnaculum* hoſtibus quaſi pro munimine objectum. Ita Homerus Ajacem vocat ἔρκος Ἀχαιῶν, *ſeptum Achivorum.* Et Hector Τρώων κίων appellatur à Pindaro. Sunt enim viri fortes tamquam στύλοι ἦ πόλεων, *columnæ & firmamenta civitatum.* Idem.

5 Ὁ δῆμος] Refert porro Demeas Senatum populumque Athenienſem jam dudum exſpectare Timonem, & ſuum in ordinem velle cooptare ob ingentia ejus in Remp. merita, quæ omnia ab ipſo finguntur, ut homini incauto fucum faciat. Solent enim adulatores, ut Theophraſtus quoque notat in Charact. referre, quanti quiſque fiat ab omnibus, & narrare etiam ea, quæ nunquam ab aliis aut dicta, aut facta ſunt. *Idem.*

6 Ξυνειλεγμένος] Prxt. Attic. Heſychio, συναγμένος, συνηθροισμένος, in unum congregatus. *Idem.*

7 Βουλαὶ ἀμφότεραι] Quingentorum ſc. qui πρυτάνεις dicebantur, & Heliæenſium, de quibus poſtea loquitur Demeas. Fuere plures Curiæ apud Athenienſes. *Idem.*

8 Πρότερον δ' ἄκυρον τὸ ψήφισμα] Decretum recitat Demeas, quo viri illius probitatem & bellicam virtutem mirifice deprædicat. *Idem.*

δι, ὃς πάντα χρόνον ἀθλητὴς τὰ ἄριστα προέτιον τῇ πόλει [1] νενίκηκε ὑπὸ πυξ, [2] καὶ πάλιν, καὶ δρόμου τὸ ὁλυμπίαδα μιᾶς ἡμέρας, καὶ πλείω ἅρματι, καὶ [3] συνωρίδι πωλικῇ. [4] Τί. ἀλλ' [5] οὐδὲ ἐθεώρησας ἐμὲ πώποτε εἰς ὁλυμπίαδα. Δη. [6] τί δέ; θεωρήσεις ὕστερον. τὰ τοιαῦτα γὰρ πολλὰ εὐδοκιμοῦντα ἄμεινον. καὶ [7] ἠρίστευσε γὰρ ὑπὲρ τὴν πόλεως πάντα

Græcia nemo, nunquam per omnem vitam destitit optimè de Republica mereri: præterea pugilatu, lucta, cursuque die eodem adhæc solenni quadriga, equestrique certamine in Olympicis vicit *Tim.* At ego ne spectator quidem unquam in Olympicis sedi. *Dem.* Quid tum? spectabis posthac. Sed ista communia add. satius est. Tum anno superiore apuc

1 Νενίκηκε] Ead. narrat. de Merc. cond. *Bourd.* Νενίκηκε δὲ πυξ] Id est., τὴν πυγμὴν. Hinc Pollucem Homerus vocat πυξ ἀγαθὸν, hoc est, pugillatu strenuum. Exercebatur pugillatus ille cæstibus tam apud Græcos, quam Romanos, ut videre est apud Theocr. in ἐγκωμίοις, & Virgil. 5. Æneid. fuitque hæc concertatio discriminis plena, nec nisi viris fortissimis tentata, ut de Darete & Entello ibidem legitur. *Barl.*

2 Καὶ πάλιν] Gymnica quædam certamina hic recensentur à Demea. Notanda insolens constructio, νικᾶν πάλιν ἓξ δρόμον, pro πάλη ἓξ δρόμῳ, sicut postea tertio casui junctum dixit: νικᾶν ἅλμασι, ἓξ συνωρίδι πωλικῇ. Per τέλειον ἅρμα, curule certamen intelligit, quod institutum fuisse legitur vigesima quinta Olympiade, non quod priscis Homeri temporibus ignotum esset, sed quod prius in Olympiam fuerit admissum. τρίππιον sive quadrigas ea voce designari putat Budæus, accipiendo τὸ τέλειον, pro eximio & amplo: vel pro equis justa ætate & magnitudine præditis, ad differentiam τοῦ ἀζύγου, qui dentem ætatis indicem nondum ejecerunt. de quo Pausanias 1. Eliacōn. *Idem.*

3 Συνωρίδι πωλικῇ] Interpres vertit, *equestri certamine*, generatim nimis, cum propriè sic dicantur bigæ pullorum equinorum. Pausanias συνωρίδα πώλων appellat. qua voce etiam certamen ipsum continetur, q. d. Demeas Timonem non modo quadriga victorem extitisse, sed & biga. Συνωρὶς vocatur duorum equorum conjunctio, quasi συνωρεῖς à συναείρω τὸ συζεύγνυω, conjungo, ut docet Eustathius. Nec sine caussa adjicitur πωλικὴ, quod συνωρίδος nomine etiam significentur bigæ mulares, quæ & ἡμίονοι, hoc est, ἅρμα ἐξ ἡμιόνων ζεύγνυσθαι, ut Pindari Scholiastes exponit. *Idem.*

4 Τί.] Timon audita laudum suarum recitatione, ruditatem suam candide fatetur, & adulatoriam Demeæ rhetoricationem merito coarguit. *Idem.*

5 Οὐδὲ ἐθεώρησα] Simili ratione apud Theocrit. respondet pastor in ecloga, quæ νομεῖς inscribitur: ἓξ αὖθις τὴν ἅλιον ἐς ὀφθαλμοῖσιν ὁπώπῃς; *Et quando ille oculis oleum conspexerat unquam?* per oleum significatur certamen. solebant enim athletæ, quo membris evaderent duriotibus, oleo se inungere certaturi. *Idem.*

6 Τί δέ] Rhetor, cum nihil haberet, quo putidam suam adulationem palliaret, nihil quicquam referre ait, si nunquam spectarit; fore aliquando tempus, quo spectet victoriaque potiatur, imo eo impudentiæ prolabitur, ut etiam εἰς ὑπερβολὴν ea audeat commemorare prælia, quibus nunquam interfuit Timon. Tales plerœque sunt Rhetorum nostrorum declamationes, κολακευτικαὶ & ad ostentationem seu pompam duntaxat compositæ. *Idem.*

7 Ἠρίστευσε] Verbum ἀριστεύειν non tantum usurpatur de eo, qui rem fortiter in bello gerit, sed & qui vincit. Hinc ἀριστεῖς sunt viri rebus præclare gestis conspicui & multarum palmarum, quibus debentur nimirum τὰ ἀριστεῖα, id est, victoriæ præmia. *Idem.*

1 Ke-

ΤΙΜ. Ἀχαρνίοις, ἢ [1] κατέκλυσε Πελοποννησίων [2] δύο μοίρας [3] Τί. πῶς; λέγε γὰρ τὸ μὴ ἔχειν ὅπλα, [4] οὐδ' ἀποχειροτονῶ ἐν τῇ καταλόγῳ. Δη. μίτρια τὰ τοιαῦτ' ἀλλ' ἐκεῖνοι ἂν εἰπεῖν ἡμεῖς ὄ, ἀχάριστοι ἐσμεν ἐπιμὴ ἀμεμφιόντως. [5] Ἔπι ὄ δὲ [6] ψηφίσματα γράφων, ἐ συμβουλεύων, ἢ στρατηγῶν, ἐ μικρὰ ὠφέλησε τὴν

apud Acharnenſes pro Rep. fortiſſimè ſe geſſit, & Peloponneſiorum duas acies concidit. *Tim.* Qua ratione? quippe qui nec unquam arma geſſerim, nec miles unquam conſcriptus fuerim. *Dem.* Modeſtè quidem de te loqueris: Nos tamen ingrati futuri ſumus, niſi meminerimus. Præterea ſcribendis plebiſcitis, & in conſultationibus, & in adminiſtrandis bellis, non mediocrem utilitatem attulit

1 Κατέκλυσε Πελοποννησίων] Belli Peloponneſiaci, cujus hic meminit Demeas contra Athenienſes, origo cæpit ex occaſione trium meretricum, ut refert Thucydides. Quæ cauſſa licet minus honeſta fuerit, tamen vetus eſt, & omnium ſcriptis celebrata, ſic tamen ut & aliæ fuerint aliis memoratæ auctoribus, de quibus præter Athenæum conſulendi Plutarchus in vita Periclis, Diod. Siculus lib. 12. A. Gellius, itemque Ariſtophanes in Acharnenſ. qui occaſionem hinc ſumpſit Comœdiam illam adornandi, quæ inſcribitur Ἀχαρνῆς. Erat autem Acharnæ civitas Græciæ in Attica regione totius ejus tractus potentiſſima, apud quam Peloponneſios contudiſſe & victoria potitum Timonem fingit Demeas. κατακλύειν militare verbum eſt & emphaticum. Dicitur enim teſte Euſtathio ὅπ' σφαγῆς, de mactatione, & plus eſt, quam ἀπλῶς occidere. nam τομὴν ſive ſectionem ſignificat in corpus penetrantem, & διαίρεσιν. Barl.

2 Δύο μοίρας] Vox μοῖρα hoc loco deſignat certum quoddam militum σύνταγμα, pro quo μόρας dicunt Lacedæmonii extrito ι. habebatque, ut Xenophon docet in Lacedæm. republ. Polemarchum unum, centuriones quatuor, quinquagenum præfectos octo, manipulorum duces ſexdecim, vel ut Diodorus Siculus tradit lib. 15. quingentos milites. *Idem.*

3 Τί. πῶς] Continetur his verbis alter ἔλεγχος τῷ ψεύδει ab abſurdo. *Idem.*

4 Οὐδ' ἀποχειροτονῶ] Neque nomen dedi militiæ. ἀποχειροτονεῖσθαι ἐν τῷ καταλόγῳ dicuntur milites, qui ſtipendia merentur. Pro eodem quoque Græci dicunt, ἐγγράφεσθαι, μεταγράφεσθαι, vel ἐπιγράφεσθαι ἐν καταλόγῳ. Ariſtophanes in Equit.

Ἔπειθ' ὁ σωλίτης ἐπιδεὶς ἐν καταλόγῳ,
Οὐδὲν χρῆν ἀποτρέπεις μεταγραφήσεσθ'.
Ἀλλ' ἄπιθι λαβὼν τὸ ψήφισμα, ἐγγραφήσῃ.

Vbi interpres, καταλογοι, inquit, *ſilvanæ erant, hoc eſt, tabellæ, in quibus deſcribebant nomina eorum, qui ſtipendia faciebant.* Vnde οἱ ἐκ τοῦ καταλόγου Demoſthenis dicuntur *milites emeriti*, qui ætatem exceſſerunt, quam στρατιώτιμον vocant Græci, *rudi donati* Latinis. Inſcribere vel delere militum nomina penes ταξίαρχον erat, hinc *miles ſcriptus* & *deletus* apud Livium lib. 7. *Idem.*

5 Ἔπι ὄ] Continuat palpando vaniſſimus Rhetor, Timonemque non bellica virtute ſolum, ſed & conſilio, rerumque militarium adminiſtratione haud exiguam Reip. utilitatem ac decus attuliſſe ait, quo gratiam ejus demereatur. *Idem.*

6 Ψηφίσματα γράφων] *Plebiſcitum*, i. e. rogationem à plebe ſciram ferens. Rogationes apud Romanos vocabantur leges illæ, quas rogante conſule plebs ſciſcebat. Formula rogandi erat: *Velitis, jubeatis Quirites.* Apud Græcos, præſertim Athenienſes, ſiquid populo eſſet placitum, χειροτονία declarabatur,

πόλιν. ἐπὶ τούτοις ἅπασι [1] δίδεχ τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, καὶ [2] τῇ Ἡλιαίᾳ καὶ φυλαῖς, ἑκὶ πᾶς δήμοις ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πᾶσι, [3] χρυσοῦν ἀνασῆσαι τὸν Τίμωνα ἐν ἀκροπόλει, κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα, καὶ ἀκτῖνας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. καὶ στεφανοῦσαι αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις ἑπτὰ, καὶ ἀναγορεύσαι τοὺς στεφάνους σήμερον [5] διονυσίοις [6] τραγῳδοῖς καινοῖς ἀγῶνα· γὰρ δὴ αὐτὸν δεῖ σήμερον τὰ διονύσια.

lit Reip. Quamobrem visum est omnibus, curiæ, plebi, magistratibus tributim, plebejis singulatim, communiter omnibus, aureum statuere Timonem juxta Palladem in arce, fulmen dextra tenentem, & radios super capite habentem: eumque septem aureis coronis coronare, hasque coronas hodie in Bacchanalibus per novos Tragœdos promulgari: siquidem hodie illi Bacchanalia sunt agenda. Tu-

id est, *manuum elevatione*, quod postea Senatus auctoritate confirmabatur. *Barl.*

1 Δίδοχ τῇ βουλῇ] Scita fictio, sed adulationis plena, quam & in charact. suis notat Theophrastus. Nec Oratoriæ suæ oblitus est Demeas. Nam ut orator sæpe aliam personam facit loquentem, vel fidei caussa, vel ut invidiam fugiat: ita & adulator ea narrat, quæ ab aliis de amico audierit, quæ nunquam audivit. *Idem.*

2 Τῇ Ἡλιαίᾳ] Erat Heliæa maximum Athenis tribunal. In quo publica judicia ultro citroque caussis agitatis tractabantur à mille quingentis primæ notæ civibus. Nomen accepit ab ἥλιος, quod locus ille sub dio esset & soli expositus. De Heliastis hoc singulare notandum, quod calculos haberent duûm generum, condemnandi & absolvendi, solidum unum, perforatum alterum. Interpres tamen orationis καὶ Τιμοσθένης loco calculorum fabis usos fuisse scribit, nigris & albis, ut differrent, quo spectare putatur illud Pythagoræ monitum: *A fabis abstinete*, quasi per fabarum abstinentiam non legiminis illius flatuosi & pudenda referentis usum interdixerit, sed significarit ei, qui velit in pace degere & fortunæ istibus non subjici, ambitiosè Magistratus & dignitates non esse appetendas. *Idem.*

3 Χρυσοῦν ἀνασῆσαι] Sic Virgil. eclog. 7. *Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto*, id est, *aurea tibi statua collocetur.* Viris de patria optime meritis, præsertim Ducibus statuæ erigi solebant. Quod cum apud Athenienses in Ceramico, vel prope Prytaneum fieret, Demeas nequid ingeniosæ adulationi deesset, honorationem ei assignat locum, nempe in arce urbis juxta Minervam, Joviisque Servatoris instar divino cultu prosequendum docet. Erat autem ἀκρόπολις peculiari ratione arx Athenarum, in qua ærarium fuit, & Pallados Πολιάχου simulachrum. *Idem.*

4 Ἐν τῇ ἀκροπόλει] Dixi ad illud Petro. *vident Tritonidis arces.* Bourd.

5 Διονυσίοις] Deest præpositio ἐν. Dionysiacum festum apud Athenienses celebre fuit, omnique libidinum & comessationum genere refertum, cujus utinam hodie in Christianorum encæniis nulla extarent vestigia: Agitari solebat Athenis initio veris mense Elaphobolionis, qui in nostrum Martium incidit, nec annuum erat, sed trietericum in memoriam scil. triennalis expeditionis, quam in Indiam susceperit Bacchus: licet Arrianus lib. 8. in dubium vocet, an Bacchus unquam in Indiam venerit. *Barl.*

6 Τραγῳδοῖς καινοῖς] Tragœdorum quoque novorum meminit, quod tum maximus foret hominum concursus spectandi novas fabulas cupiditate. Sic à Senatu populoque Athenienſi decretum erat, ut Demosthenes aurea corona donaretur in theatro, cum novæ Tragœdiæ agerentur. *Idem.*

1 Εἶτα

[1] εἶπε τὴν γνώμην Δημέας [2] ὁ ῥήτωρ συγγενὴς αὐτῶν, [3] ἀγχιστῆς, & μαθητὴς αὐτῷ ὤν. καὶ γὰρ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων. καὶ τἄλλα πάντα [4] ὁπόσα ἂν ἐθέλοι, τοῦτο μόνον ἔστι τὸ ψήφισμα. ἐγὼ δέ σοι [5] καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν ἂν δή σε, ἢν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ἀνόμασα. [6] Τί. πῶς δ' Δημέα, ὃς οὐδὲ γεγάμηκας, ἔστω γε ἡμῖν [7] εἰδέναι; Δη. ἀλλὰ [8] γαμῶ, διὰ δὲ θεὸς, εἰς νέωτα, & παιδοποιήσομαι. καὶ τὸ

Tulit hoc ſuffragium Demeas orator, cognatus illius propinquus, & diſcipulus. Etenim orator optimus eſt Timon, præterea quicquid voluerit. Quare hoc tibi ſuffragium attuli. utinam & filium meum ad te adduxiſſem, quem tuo nomine Timonem denominavi. *Tim.* Qui potes illud Demea, qui nunquam uxorem duxeris, quantum nobis ſcire licuit. *Dem.* At ducam novo ineunte anno, ſi Deus dederit: liberiſque operam dabo: tum quod naſcetur

1 Εἶπε τὴν γνώμην] Demeas, ut cœperat, ita aſſentando concludit. Modeſtiam ſuam declarat, cum ſe diſcipulum Timonis profitetur; quem oratorem vocat optimum. *Barl.*

2 Ὁ ῥήτωρ] Rhetoris voce, ut obiter hoc dicam, non ſolum intelligitur, qui præcepta tradit bene dicendi, ſed etiam orator, qui in concione populi verba facere poſſit. Sic & Demoſthenes ῥήτωρ appellatus. Et ῥητορικὸς vocat Iſocrates, τὸν ἐν τῇ πλήθει λέγειν δυναμένην. Aliquando tamen vilius ſonat, cum ῥήτωρ & δημαγωγὸς conjunguntur, in quos paſſim invehitur Lucianus noſter & Ariſtophanes. *Idem.*

3 Ἀγχιστῆς] Generale nomen per ſpecialius reſtringit, vultque dicere, proximo ſe cognationis gradu contingere Timonem. *Idem.*

4 Ὁπόσα ἂν ἐθέλοι] Hæc divitum prærogativa. Horat. 2. Serm. 3.

——— *Quas qui conſtruxerit, ille*
Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens, etiam rex,
Et quicquid volet.

De opibus loquitur. *Idem.*

5 Καὶ τὸν υἱόν] Dolere ſe ait Demeas, quod filium non adduxerit Timoni cognominem. Scit enim vererator gratiorem inter cognatos eſſe eum qui idem nomen gerit, talemque ab orbis in familiam ſubinde adſciſci, bonorumque hæredem ſcribi. Plutarchus de amore prolis. Ῥωμαίων πολλοὶ γαμοῦσι, καὶ ἵνα κληρονόμους ἔχωσι, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται. Vidit hoc, & in ſua gente damnavit Cicero: *Hæreditatis ſpes quid iniquitatis ſerviendo non ſuſcipit? quem nutum ludupletis orbi ſenis non obſervat?* Hinc & Iuvenalis de cælibe:

——— *Dominus tamen, & domini rex*
Si vis eſſe, nullus tibi parvulus aula
Luſerit Æneas. ——— Idem.

6 Τί. Πῶς δ' Δημέα] Timon hominis vanitatem, & inſulſa mendacia porro eludit. *Idem.*

7 Εἰδέναι] Supp. ἔξεστι, quantum ſcire licet. *Idem.*

8 Γαμῶ] Pro γαμήσω. Demeas τὸ γαμεῖν & παιδοποιεῖσθαι, conjungit ex Stoicorum doctrina, qui non niſi prolis cauſa matrimonium ineundum eſſe præcipiebant. unde Seneca: *Cogitet libidinem non voluptatis cauſſa homini datam, ſed propagandi generis.* Quod & in Catone ſuo agnoſcit Lucanus: *Veneriſque huic maximus uſus, Progenies; urbi pater eſt, ubique maritus.* Hinc ſcite Iocaſta matrimonium appellat ἥδονὰν παιδοποιοῖς, *voluptatem liberorum procreatricem*, apud Euripidem in Phœniſſ. *Idem.*

1 Ἄρρεν

ἐγυησόμην, [1] ἄῤῥεν γὰρ ἔσται, Τίμωνα κἀγὼ κελῶ. [2] Τί. σὺν οἷδα εἰ γαμήσεις ἔτι ὦ δέσποτα, πληγαῖσι τοιαύταις μετ' ἐμοῦ πληγὰν λαμβάνων. Δη. αἴμοι. τί τοῦτο; [3] τυραννίδι Τίμων ἐπιχαιρεῖς, ἐκ τύπτεις τοὺς [4] ἐλευθέρους, ὃ κηδεμὼν ἐλεύθερος, καὶ αὐτὸς ὤν; ἀλλὰ δώσεις σὺ πρὸς τῶν δικῶν, τά τ' ἄλλα, κἀπὶ τῷ [5] πυρὸς πολιν εἰσπράξασθαι. [6] Τί. ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρησται ὦ μιαρὲ ἡ πυρὸς πολις. ὥστε [7] δῆλος εἰ συκοφαντῶν. Δη. ἀλλὰ κἀπαλαστίζῃς, [8] τὸν ὀπισθόδομον διορύξας. Τί. εἶ διώρυχ')

tur (erit autem masculus) Timonem nuncubabo. *Tim.* An uxorem tu sis ducturus, haud equidem scio, tanta à me plaga accepta. *Dem.* Hei mihi, quid hoc est rei? Tyrannidem occeptas Timon, pullaíque ingenuos, ipse nec ingenuus, nec civis? verùm pœnas dabis propediem cùm aliis nominibus, tum quòd arcem incenderis. *Tim.* At ô scelestè non conflagravit arx: proinde palam est te calumniatorem agere. *Dem.* Verùm effossio ærario dives factus es. *Tim.* Neque hoc effos-

1 Ἄῤῥεν ἔσται] En confidentiam Rhetoris. quasi de futuræ prolis sexu certus esset, audaciter pronunciat. Nec sine caussa id asserit. Scit enim inter liberos præferri masculos. Rationem dat Euripides in Iphigen. Στύλοι γὰρ οἶκων παῖδες εἰσιν ἄρσενες. *Domum columina quippe sunt nati mares.* Vnde principum filios *munimenta regni* & *præsidia dominationis* appellat Tacitus in Annal. lib. 1. & histor. 5. *Earl.*

2 Τί. οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι] Demeas eodem, quo priores, excipitur modo, hoc est, verberibus. Quod cum ægre ferret, ad ingenium se convertit sycophanticum. *Idem.*

3 Τυραννίδι ἐπιχαιρεῖς] Tyrannidem occœptare dicitur, qui civibus liberis vim infert & injustam dominationem in eos exercet. Vti apud Romanos, ita & Athenienses grande nefas habebatur civem liberum indicta caussa verberare. Contumeliam ejusmodi *aikian* vocabant Græci seu περιπλακιαμὸν. hinc & αἰκίας δίκη apud eosdem. *Idem.*

4 Ἐλεύθεροι] Sunt ingenui, qui in genere libertatem habent, non in facto, sicut liberti. ὁ κεκτημένος ἐλεύθερος appellat *qui non plane talis est*, ut Erasmus interpretatur, hoc est, non meram habens libertatem, sed mixtam, ut qui servo vel serva natus est: nec pure civis intelligitur, qui mere civis non esset Atheniensis, sed *hybrida*, ut Horatius loquitur, hoc est, patre Atheniensi natus, matre peregrina, aut vice versa. *Idem.*

5 Πυρὸς πολιν εἰσπράξασθαι] Incendii crimen, uti gravissimum est, ita & extremo supplicii genere plecti solet. Nam qui dolo malo incendium excitarat, gladio olim feriebatur: hodie juxta legem talionis incendio absumitur, qui incendium facit. Ejusmodi *incendiarios* Græci ἐμπρησταὶς vocant. Crimen exaggerat sycophanta, cum non domum privatam, sed arcem civitatis à Timone incensum calumniatur. *Idem.*

6 Τί. ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρησται] Criminis objecti falsitatem diluit Timon, meramque calumniam esse probat, quum arx civitatis nunquam conflagrarit. *Idem.*

7 Δῆλος εἰ συκοφαντῶν] Attica σύνταξις. *Constat vel certum est te calumniari*, vel *manifeste calumniaris.* Verbum συκοφαντεῖν ab Athenienſibus tractum, & *calumniari* significat. vide Carol. Gerardi observationes ad Aristophanis Plutum. *Idem.*

8 Τὸν ὀπισθόδομον διορύξας] Ἄπλως Interpres *effosso ærario.* Sed aliud voluit hic Demeas. cum enim dixisset πλὴν ἀκροπόλιν εἰσπράξας, subjungit τὸν ὀπισθόδομον διορύξας. Nam ὀπισθόδομος locus erat ἐπίσω τῆς νεὼ τῆς καλουμένης Παλλά-

ἀδὲ ἔτω. ὕστερον θάπτεται σε ὁ πωλοῦντα. Δη. διωρυχθήσῃ μὰ ὕστερον. νῦν δὲ σὺ πάσῃ τὰ σὺ αὐτῷ ἴχνη. Τί. ὑπὸν τὴν ἀλλὰ λάμβανε. Δη. οἴμοι τὸ μετάφρενον. Τί. μὴ κέκραγθι. κατέπαιγάς σοι τῷ τέτλων. ἐπεὶ ὁ γελοῖα πάμπαν πάθοιμι, δύο μὲν Λακεδαιμονίων μέρας κατακόψας ἀνόπλων, ἓν δὲ μικρὸν ἀνδράποδον μὴ ἐπιτρέψας. μόγις γὰρ ἂν ἄλλον τὸν τοιοῦτον ἀλύμπια πατάξ, ὁ πάλλων. ἀλλὰ τί τοῦτο; ὁ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος ἔτος ἐστί; ὁ μὰ ἄλλος.

effossum est. Hæc etiam absurda dicis. *Dem.* Verùm effodietur posthac. Interim verò omnia quæ in eo condita, possides. *Tim.* Alteram itaque plagam accipe. *Dem.* Hei scapulis meis. *Tim.* Ne vocifereris, alioqui tertiam tibi inferam. Etenim res plane ridicula mihi acciderit, si cùm inermis duas Lacedæmoniorum acies fuderim, unum scelestum hominem *non* protrivero. Tum fruſtra vicero in Olympiis pugilatu & lucta. Sed quid hoc? annon Thrasycles Philosophus hic est? profecto ipsus est, promissa

ἔχων δύσει, ὅπερ ἦν Θησαυροτυλάκιον. Interpres Aristoph. ad Plut. Lucianus Herod. *Bourd.* Sycophanta Demeas, cum incendii crimen nullo colore Timoni possit intendere, aliud comminiscitur non minus grave, τοιχωρυχίας, & sacrilegii. Ita apud Aristophanem Blepsidemus Chremylum repente ditatum conspiciens sacrilegii reum peragit. κἀκλοφας, inquit, τὸ Διὰ ἐκεῖθεν ἔχων ἀργύριον ἢ χρυσὸν παρὰ τῷ Θεῷ. Fanum Apollinis innuit, ex quo tantum auri vel argenti ab ipso clam surreptum putabat. τὸ ὀπισθόδομον propriè dicitur τὸ ὀπισθεν μέρος τῦ δόμυ. Peculiariter sic appellatur postica arcis Athenienſis pars, in qua publicum erat Θησαυροφυλάκιον, cujus loci perpetuus velati custos erat Iupiter σωτὴρ, ut patet ex Aristoph. Pluto. *Barl.*

1 Οἴμοι τὸ μετάφρενον] Quid sit μετάφρενον, non satis à veteribus explicatum. Videtur esse interstitium illud inter scapulas lumbosque, ubi renes adhærescunt quasi τὸ μὴ τὸ φρένας, *pone præcordia*, ut exponit Eustath. quæ tergi pars plagis inferendis opportuna est. unde Homerus Iliad. β. Σπάσατο δ' ὤμοιϊν ἰὸν καὶ ἐκ μετάφρενα Πλῆξε. Galenus περὶ εἰσαγωγῆς scribit dorsum sive tergum continere omnes partes collo subjacentes, à cujus utroque latere sunt ὦμοπλάται sive scapulæ, quarum media pars μετάφρενον dicitur. *Idem.*

2 Κέκραγθι] Per syncopen, pro κεκράγατε, ut ἀνοίγθι pro ἀνοίγατε. Ab anormi κράζω vociferor, cui verbo πραχύπτω quandam inesse docet Demetrius Phalereus. *Idem.*

3 Τλῶ τρίτλω] Πλῆξον. Illudit homini Timon χρ μίμησιν. Quos supra Peloponnesios vocavit generaliori nomine, hic Lacedæmonios fuisse dicit. Erant autem Lacedæmonii Athenienſium hostes, ut qui de Græciæ principatu cum illis certarent. *Idem.*

4 Μικρὸν ἀνδράποδον] Per contemptum. Diminutivis enim utimur vel blandiendi gratia, vel ad vilipendium nostrum declarandum. *Idem.*

5 Εἶλον νικήσασθε] Pro νικήσαιμι ἂν periphrasi Attica. νικᾶν τὰ Ὀλύμπια, pro ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις. *Olympia vincere* pro *Olympicam victoriam repertare* etiam dixit Horatius Græco more. *Idem.*

6 Ἀλλὰ τί τοῦτον] Accedit tandem Thrasycles philosophus, quem suis coloribus ingeniosè depingit Lucianus, captata scil. occasione hoc genus hominum pro more vellicandi. Nec immeritò. Quid enim indignius minusque ferendum in sapientiæ doctore, quam supercilium & improbitas virtutis professione personata. *Idem.*

[1] ἐκπιτάσας γὰρ τὸ πώγωνα, καὶ [2] τὰς ὀφρῦς ἀναπτῆνας, καὶ [3] βρενθυόμβριός τι φθὸς αὐτὸν, ἔρχεται, [4] τιτανώδης βλέπων, [5] ἀναστοιχηδρῷ τῷ ἐπὶ τῷ μετώπῳ κόμῃ, [6] Αὐτοβορείας τις, ἢ Τρίτων, οἵους ὁ Ζεῦξις ἔγραψεν.

missa barba, subductisque supercíliis, & magnum quiddam secum murmurans, accedit, titanicum obtuens, coma super fronte crispata, Autoboreas alter, aut Triton, quales Zeuxis pinxit. Hic

1 Ἐκπιτάσας τὸ πώγωνα] Character philosophi, quem passim proponit, ut βίων ωρ. In Piscat. in Catapl. *Bourd.* Proprius character philosophorum, qui barbam promittebant, ut tanto viderentur austeriores & venerabiliores. Hinc Persius: *Barbatum credo magistrum Dicere.* Sat. 4. Socratem designat qui πωγωνοτροφῶν erat, uti & Græca testatur Comœdia. Et Horatius de Stertinio: *Solatus jussit sapientem pascere barbam.* βαθυπώγωνας eosdem appellat Lucianus, qui passim deridet eos, qui præter barbam & pallium nihil habérent philosophi. Festive Bagoas in Eunucho ait: *Si Philosophum oporteat ex barba metiri, hircos primam laudem ablaturos.* Nec minus facetum illud Herodis Attici dictum in philosophum palliatum, crinitum, barba ad pubem usque porrecta: *Video*, inquit, *barbam, at philosophum non video.* Batl.

2 Τὰς ὀφρῦς ἀναπτῆνας] Irascentium vel superbientium est. Fastum enim indicant supercilia, ibique sedem habet superbia, ut docet Plin. lib. 11. cap. 37. Solent autem placidi homines & modesti remittere supercilia, quæ fastuosi & irati contrahunt, vel attollunt. *Idem.*

3 Βρενθυόμβριός] Sic Aristophanes in Nub. Socratem inducit βρενθυόμβριον ἐν ταῖς ὁδοῖς, qui locus etiam citatur à Laertio. βρίνθῳ Hesychio τύφῳ, ubi corrupte legitur τύμβῳ. hinc βρενθύεσθαι ab eodem Grammatico exponitur, μέγα φρονεῖν, ἐπαίρεσθαι. Murmuris seu fremitus significationem hic continet. Sic in Hermot. philosophos incedere facit Lucianus τὰ χείλη διαστελλόντας κρέμα ὑποτονθορύζοντας. Daniel Heinsius vir ingeniosissimus philosophi nostri habitum gestúsque ad vivum expressit in suo peplo, ubi in Stoicum quendam jocatur lepidissimo carmine:

Τῶν Στοϊκῶν ἀνδρῶν τις ἱερατικὸς ἀτρεμοσιόμβαξ,
Ὀφρῦν ἀμφοτέρην τοξοποιησαμένῳ,
Ἐκπιτάσας τὸ γένειον ὑπερφυὲς, ἐπταζύγιον
Ὧς σάκῳ, ἐκ παφλαγὼν ἐς ποδὸς ἑκτάδιον,
Βρενθύεται οἷκόν δὲ πορεύεται νύκτα κατ' ἄκρην
Πολλὰ σορισεύων & παραδοξολογῶν. Idem.

4 Τιτανώδης βλέπων] Proverbialiter dictum de eo, qui torvo tetricoque est vultu. quod loquendi genus etiam usurpatur in Icaromenippo. Terribili enim adspectu fuisse perhibentur veteres illi Titanes. Sic dicuntur, non ἀπὸ τῶν τίτανος, id est, ultione, ut notat Servius ad 6. Æneid. sed ab Hebræo טיט qua denotatur *lutum*, velut è terra vel luto nati, quemadmodum & gigantes dicti γηγενεῖς eandem ob caussam. *Idem.*

5 Ἀναστοιχηδρῷ τῷ κόμῃ] Interpres vertit, *coma super fronte crispata*, Erasm. *Cæsariem per scapulas fluentem ventilans.* Budæus, *Coma sursum rejecta*; alii, *perturbatam habens comam.* pro diversa significatione verbi, de quo vide Budæum & Stephanum. *Idem.*

6 Αὐτοβορείας] *Ipse* vel *alter Boreas.* Philosophum hunc prolixa barba crinibusque insignem Boreæ & Tritoni comparat, qui à Zeuxide pictore celebri feruntur depicti coma super fronte perturbata aut diffusa. τὸ γράφειν tam *pingendi*, quam *scribendi* significationem habet. hinc γραφὴ modo pro *scriptura*, modo pro *pictura* accipitur apud Græcos. *Idem.*

1 Οὗτος

[1] Οὗτος ὁ [2] τὸ σχῆμα δίσταλὴς, καὶ [3] κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ [4] σωφρονικὸς τὴν ἀναβολὴν, εὖ ἴσθι [5] μυριάδα ὅσην [6] περὶ ἀρετῆς διεξιόντα, ἢ τὴν ἡδονὴν χαιρόντων κατηγοροῦντα, καὶ [7] τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινοῦντα, [8] ἐπιδὴ [9] λουσάμενος ἀφίκητο ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ ὁ παῖς [10] μεγάλλιν τὴν κύλικα

Hic habitu frugalis, inceſſu moderatus, amictu modeſtus, mane mirum quam multa de virtute diſſerit, damnans eos qui voluptate gaudent, frugalitatem laudans: at ubi lotus ad cœnam venit, puerque ingentem illi calicem

1 Οὗτος] Perſonatam hujus Philoſophi ſanctimoniam porro deſcribit ab externo corporis habitu ſive cultu, qui frugalitatem & modeſtiam præ ſe ferebat. *Barl.*

2 Τὸ σχῆμα δίσταλὴς] Heſych. dicitur ὁ καλῶς ἰσχνόμενος, qui decenter ornatus eſt. Sic in Hermotimo philoſophos idem Lucianus inducit, κοσμίως βαδίζοντας καὶ διεσταλμένους δίσταλῶς, à στέλλω ſignificante *ornare*, *inſtruere*. Idem.

3 Κόσμιος τὸ βάδισμα] Sic in Harmon. βαίνειν ἐν ῥυθμῷ. Dixit ad illud Petro. *Inceſſus tute compoſitus.* Sic in tractatu de Saltat. & in Demonact. vita. & antea. *Bourd.* Subintell. κατὰ præpoſitio. ſupra dixit: κοσμίως βαδίζων, in Sectis, *qui moderate & compoſito gradu incedit*, ut decet virum gravem & ſapientem. *Barl.*

4 Σωφρονικὸς τὴν ἀναβολὴν] Qui frugalitatem pallio præferret. ἀναβολὴ pro *pallio* uſurpatur, ἀπὸ τῆ ἀναβάλλεσθαι, quod in utrumque humerum rejiceretur. Paulo ante dixit: ἀναβαλλόμενος δίσταλῶς, in loco è Sectis allegato. Erat autem philoſophorum amictus à communi diverſus, magiſque ad modeſtiam compoſitus. *Idem.*

5 Μυριάδα ὅσην] Notanda elegans ſignificatio particulæ ὅσος, quæ adjectivo poſtpoſita vim habet adverbii λίαν. Sic Ariſtoph. in Pluto: ὄχλος ἀθρόος ὅσος, id eſt, *turba ingens & conferta admodum*. hic διαμαχικῶς exponitur: *mirum quam multa*. Idem.

6 Περὶ τ' ἀρετῆς] Stoicos præcipuè notat, qui de virtute multis diſceptabant, ſed eam moribus ſuis non exprimebant: in quos etiam invehitur Iuvenal. Sat. 2. *Idem.*

7 Τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν] Φιλοχρήματοι iſti philoſophi ἐν μόνῳ τῷ χαίρειν, nihil aliud in his dialogis laudant quam τὸ ὀλιγαρκές. Sic pag. ſeq. & paſſim, quibus tamen nihil uſquam ſatis. *Bourd.* Frugalitatem & animum paucis contentum ſignificat, quam virtutem miris item elogiis jactitabant οἱ ἀπὸ Στοᾶς, quibus tamen nihil uſquam erat ſatis. *Idem.*

8 Ἐπειδὴ] Levitatem & temulentiam damnat in hoc philoſopho. *Idem.*

9 Λουσάμενος ἀφίκητο] Solebant veteres, priuſquam cœnarent, lotione uti, tum nitoris, tum valetudinis cauſſa. Ariſtoteles, ut refert Athenæus lib. 5. ἀφροδίτες εἶναί φησιν, λύτον ἐκ κοινοῦ δεῖπνον πλὴν πινὰ εἰς τὸ συμπόσιον, hoc eſt, *indecenter facere eum, qui illotus & pulveris plenus ad convivium acceſſerit.* Idem.

10 Μεγάλλιν τὴν κύλικα] Sic Lapith. τὴ ζωγρίφ *amariore*. amabant calices amariores. μεγάλλιν autem videtur eſſe κύλικος ὄνομα, ut apud Virg. 1. Æn. Achil. Tat. lib. 2. *Bourd.* Neſcio quid Bourdelotio in mentem venerit, qui μεγάλλιν hic nomen calicis eſſe putat, idque ſimili probare conatur ex lib. 1. Æneid. ubi *ſpumantem pateram* dixit poëta, non *ingentem*, quod ſciam. Quam hic μεγάλλιν vocat κύλικα, *Neſtoreum ſcyphum* nominat Lucianus in ſect. ubi de philoſopho itidem loquitur temulento. ὁ διδάσκαλος ἐκ ὁ βίλτιος, ἂν εἶχε σκύφον Νεστόρειον πινα καταφέρε αὐτῷ. Poculi iſtius vaſtitatem deſcribit Homerus Iliad. 13. *Idem.*

1 Σω-

ἀρίξειεν αὐτῷ, τῷ [1] ζωροτέρῳ ἢ χαίρῃ μᾶλλον, καὶ πάντα τὸ λήθης ὕδωρ σκιπίων, σαπροπετῆ ἐπιδεικνὺς τοῖς ἑωθινοῖς ἐκείνοις λόγοις, ὥσθ' ἁρπάζων ὡς τάχ' [2] ἰκτῖνος [3] τὰ ὄψα, ἐς τὸ πλησίον ἀγχωνιζόμενος, [4] κρούκης [5] τὸ ἡδύσμα ἁπλοῦς, [6] κυνηδὸν ἐμφορούμενος, ἐπικεκυφὼς, καὶ πάντα [7] ἐν ταῖς λοπάσι τὴν ἀριστὴν ἐρήσιν ὥσθ' ὑπνῶν, ἀκρίβως [8] τὰ πτύελα

cem porrexit (meraciore autem maximè delectatur) perinde ut Lethes aquam ebibens, matutinis illis sermonibus maximè contraria facit, dum milvi instar præripit obsonia, & proximum oppositò cubito arcet, mento condimentis oppleto, dum canum ritu ingurgitat, & prono corpore, ac si virtutem in patinis sese inventurum speret: dumque catinos indice digito

1 Ζωροτέρῳ ἢ χαίρῃ] Scilicet ποτῷ ἢ οἴνῳ. Sic ille apud Homer. Iliad. 1. ζωροτέρως ἢ κέρασε, *meracius misce.* quem locum expressit Catullus: *Inger mi calices amariores.* Per calices amariores intelligit *meraciores*, vel *vetustioris vini*: Quod enim in vino aqueum est tempus tandem consumit. Et notum illud Diphili: τὸ ὑδατῶδες ἅπαν, τοῦτ' ἔστι τῇ ψυχῇ πανοῦργον, *quicquid aqua dilutum est, animæ noxium est.* Hinc Veronensis poëta: *Abite lympha Vini pernicies.* Barl.

2 Ἰκτῖνος] Ingluviem, & voracitatem hujus pseudophilosophi designat, cum milvo ipsum comparat. Scribit Plinius lib. 10. *rapacissimam esse alitum semperque famelicam.* Vnde & ἅρπη dicitur ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, quod est, *rapere.* Impudentia simul & rapacitas hujus avis elucet in hoc gulone, qui ut solus potiatur obsonio, proxime assidentem cubito propellit, quod est παραγκωνίζειν, ab ἀγκὼν, quo *cubitus* denotatur. Sic Martialis de superbo convivatore & importuno: *Cubitisque trudit hinc & inde convivas Effultus ostro sericisque pulvillis.* Idem.

3 Τὰ ὄψα] Interpretes *obsonia* vertunt. Sæpe tamen peculiariter eo nomine pisces intelligunt Græci, præsertim Attici, quod & imitantur Latini, Terentius & alii. Hinc ὀψοφάγοι sive *obsonivori* sunt, non qui carnibus supra modum delectantur, aut aliis eduliis, sed qui pisces ad insaniam usque appetunt. Glossæ: ὀψάριον, *piscis, us.* Vsus rationem dat Myrtilus apud Athen. initio lib. 7. Cum varia, inquit, obsoniorum sint genera, solus piscis id nomen obtinuit διὰ τὸ ἐξαίρετον εἶδος, quod eximius sit cibus. *Idem.*

4 Κρούκης] Hominis ἀδηφαγίαν pluribus amplificat. κρούκης, Condimenti genus erat, quod Galenus apud Hippocrat. exponit λύδιον ἡδύσμα ποτικόν, id est, Lydium edulium varium. Aristoph. interpres κοτύλαν interpretatur, ut ventrem fuisse significet exquisitioribus condimentis apparatum. Budæus simpliciter exponit *sorbitionem jusculo esculentioris.* Idem.

5 Τὸ ἡδύσμα ἁπλοῦς] Vt in Lapith. & Merc. Cond. quod pag. 34. dixit ἐμφορῶν. Bourd.

6 Κυνηδὸν] *Canis in morem.* Nihil enim cane gulosius, nihil impudentius, ἀκοσμώτερον animal sibique soli retinet, quod habet. nisi forte excipias canes Memphiticos, qui dicuntur rapinas in medium conferre & communiter vivere, si fides habenda Æliano. *Idem.*

7 Ἐν ταῖς λοπάσι τὴν ἀριστὴν] Festive. Simili ratione vinolentum deridet philosophum Lucianus in Hermot. ἀτεχνῶς γὰρ ὁ τὸν Θησέα μιμούμενος δικαίως ἂν ὑπὸ τοῦ Διὸς κατακρύψαι τὸ φιλοσοφίας ἀγαθὸν ὑπὸ τὴν τέχνην αὐτὴν, id est, *Nam plane in fundo dolus subipsa face mihi est visus Deus philosophiæ summum bonum abstrusisse.* Idem.

8 Τὰ πτύελα] Generaliter pro catinis apud Aristoph. ubi tamen interpretantur τὰ πτύελα εἴδη ἀγγείων, ad Pac. ad Concio. aliter etiam Hesych. *Bourd.* Pro eodem in Gallo dixit: τὰ πτύελα πεπλοίχειν. Ejusmodi catinorum exterfores five

πρὸ [1] λιχανοῦ λάσησμένον, ὡς μηδὲ ἀλλᾶσθαι [2] δ' μυτίλωτὸν ἡσυχίαν· [3] μεμψίμοιρος ἀεὶ ὡς τὸ πλακοῦντος ἕλον, ἢ [4] τὸν σῦν μόνῳ τῷ ἄλλων λάσθαι, ὅπως [5] λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος. [6] μέθυσος, καὶ παροινῶν· σὺν ἀρχῆς δὲ ὀρχηστὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας, καὶ ὀργῆς ἀφθονίαν. [7] καὶ λόγοι πολλοὶ [8] ἐπὶ τῇ κύλικι τότε δὴ καὶ μάλιστα

digito diligenter extergit, ne vel paululum alliati edulii relinquat: semper querulus, quasi deteriorem partem acceperit, vel si totam placentam, aut suem solus omnium accipiat, qui quidem edacitatis, & insatiabilitatis est fructus, temulentus, vino insanus, non ad cantum modo, saltationemque, verùm ad convicium usque & iram. Adhæc multus inter pocula sermo. Cum enim maxi-

sive linctores Eubulus Comicus scite appellat λοπαδολιχόνας vel λοπαδόλειχας. id est, *gurgites & pernicies patinarum.* Barl.

1 Λιχανοῦ] De indice digito, sive λιχανῷ, Casaub. ad Athe. c. 13. lib. 1. *Bourd.* Id est, digito indice, sic dicto, quod eum in obsonia immissum lingimus ad condimentum explorandum, ἀπὸ τοῦ λείχειν, hoc est, à lingendo. Hesych. λιχανὸς ὁ μέσος τῶν μέσων δακτύλων τῆς χειρός. Sic locum emendo, in quo μὴ præpositio desideratur. *Barl.*

2 Τὸ μυττωτὸν] Τὸ μυττωτὸν, quod Atticum est pro μυστὸν, verso σ in τ. Hesychius & Aristophanis interpres ὑπόπτιμμα esse dicunt διὰ σκορόδων, hoc est, *intritum ex alio*, adhibitis & aliis condimentis, nempe caseo, ovo, oleo, aceto, sic dictum, quod odor ejus esset μυσαρὸς, hoc est, *aversandus. Moretum*, nonnulli interpretantur, quod ex Græco deductum, quasi *mosetum*, ut vult doctissimus Caninius. *Idem.*

3 Μεμψίμοιρος ἀεὶ] Querulum insuper & rixosum hominis ingenium prævosque mores indicat. *Idem.*

4 Τὸν σῦν] Porcellum intelligit saginatum, qui magnatum seu diitiorum mensis inferri solet, σταλὸν σῦν appellat Homerus. *Idem.*

5 Λιχνείας] Hoc quid sit, satis aperte declarat Lucianus in avido isto ligurritore, qui cum philosophus esset, ostendit se magis palato sapere, quam cerebro, & eruditiorem habere linguam, aut gulam, quam mentem. *Idem.*

6 Μέθυσος] Simpliciter *ebrium* significat, παροινῶν *petulantem ex ebrietate.* Hinc Athenæus: τὸ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεσθαι. Cantus & saltationis quoque meminit, quæ Homerus vocat ἀναθήματα δαιτὸς, id est, *ornamenta conviviii.* Odyss. 1. Saltatio etsi in conviviis veterum, ut res honesta, fuerit admissa, tamen cum vitiosa sint multa saltationum genera, certè philosophum minime decebat tripudiatio. Notum est illud Ciceronis pro Muræna: *Nemo saltat sobrius, nisi forte insanit: neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto: intempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.* Idem.

7 Καὶ] Τὸ ἄτοπον hominis ob oculos ponit, qui tunc maxime de temperantia & sobrietate disputat, cum helluatur, nihilque minus quam temperantiæ studet. *Idem.*

8 Ἐπὶ κύλικι] Id est, *inter calices*, ὅθι φωτεῖα dixit Theophrastus in charact. Prudenter Horatius lib. 2. Serm. Sat. 2.

Discite non inter lances mensasque nitentes,
Cum stupet insanis acies fulgoribus, & cum
Acclinis falsis animus meliora recusat:
Verum hic impransi mecum disquirite. cur hoc?
Dicam si potero. male verum examinat omnis
Corruptus judex. ———

ἀδὲ σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας, καὶ ταῦτα φησὶν ἤδη νένη δ' ἀληθῶς [1] πονήρως ἔχων, ἐ [2] νευρωαλίζων γελοίως. [3] εἶτα ἔμετος ἐπὶ τούτοις. [4] καὶ τὸ παλάτιον, ἐξεμοῦσί τινες, [5] ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τῦ συμποσίε τῆς [6] αὐλητρίδος ἀμφοτέραις [7] ἐπειλημμένον. πολλὰ ἀλλὰ καὶ τύφου, οὐδενὶ τῶν παρόντων ἐξαρκῆσαι δύναται, ψεύσασθαι θέλων, ἢ ἀναισχυντεῖν, ἢ φιλαργυρεῖσθαι. ἀλλὰ καὶ γελάσεται ἐπὶ τοῖς ἀστείοις, ἐ ἐπορκεῖ ἐπιχαιρεκακίαις, καὶ ἢ [8] γοητείαις ἐπαγωγότερος,

maximè de temperantia, & ſobrietate verba facit, idque cùm jam à mero malè affectus ridiculè balbutit. Accedit his deinde vomitus. Poſtremò ſublatum illum de convivio efferunt aliqui, ambabus manibus tibicinæ inhærentem. Quanquam alioqui ne ſobrius quidem ulli primas partes ceſſerit, vel mendacio, vel confidentia, vel avaritia. Quin & inter aſſentatores primas tenet, pejerat promptiſſimè, anteit impoſtura, co-

Caſaubonus ad Suetonii Auguſtum, *Aretalogos* dici ait ejuſmodi philoſophos, qui in convivlis lautiorum quæ frequentabant, de virtutibus & vitiis diſceptabant. Seneca *circulatores philoſophos* appellat. *Bart.*

1 Πονήρως ἔχων] Notant Grammatici vocabulum Πόνηρος, ſi de homine miſero & afflicto dicatur, primam acuere. Si autem de improbo & malo, ultimam. hinc πονήρως ἔχειν de corpore dicitur male affecto. quod tamen ubique verum non eſt. *Idem.*

2 Ἐνευρωαλίζων] Ψωλίζων ἐ μεθύων ἔνα ἄνδρα καλῶν. Interp. Ariſtoph. ad Nub. *Bourd. Aliquantum balbutiens.* quod vel à natura eſt, ut in Alcibiade, cujus τραυλισμὸν deridet Ariſtophanes in Veſpis: vel à nimio potu, ut Thraſycli noſtro accidit, cujus ebritatem porro exaggerat, cum vomuiſſe eum dicit, quod cum, ut rem fædiſſimam in Antonio exagitet Tullius, quando minus fecendum in philoſopho, in virtutum doctore? qui *talia verbis Herculis invadis.* Bart.

3 Εἶτα ἔμετος] Idem Lapith. de his vomitibus copioſe alibi. *Bourd.*

4 Καὶ τὸ παλάτιον] Refert porro Timon, quomodo Thraſyclem è convivio perpotum efferre coacti fuerint, ut inſanam hominis temulentiam magis ob oculos ponat. *Bart.*

5 Ἐκφέρουσιν αὐτὸν] Ciceroni eſt, *auferri de convivio.* Antiphanes Comicus, ἐξαίρεσθαι τῦ οἴκου pro eodem dixit. Notandus & hic elegans luſus in verbo ἐκφέρειν, quod ut de aliis rebus, ita & de funere uſurpatur. Significat eum non ſecus ac cadaver de convivio elatum fuiſſe. Nihil enim fere diſtat ebrius à mortuo, qui terræ mandandus effertur. Virgilius de Græcis Trojam noctu clam occupantibus. *Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.* 2. Æneid. *Idem.*

6 Αὐλητρίδος] Notandum Veteres olim in ſympoſiis ſuis adhibuiſſe tibicinas, erantque ut plurimum fœminæ nundinati pudoris, ut ex Ariſtophane diſcimus. Tibiarum vero acroaſma ut animum reficit, ita & perturbationes capitis mero incalecentis adjuvare creditur. Anacharſis aliquando interrogatus, *num in Scythia eſſent tibicinæ?* reſpondit: *ne vites quidem.* Eo ſignificabat vir ſapientiſſimus, quæ ad tibiam fiunt ſaltationes, reliquaſque ejus generis voluptates è vinolentia naſci. Laërtius lib. 1. c. 9. *Idem.*

7 Ἐπειλημμένον ἀμφοτέραις] Supp. χερσὶ. præterit. Atticum verbi ἐπιλαμβάνομαι, quod eſt, *apprehendo, invado.* Feſtive dictum à Plauro in Pſeudolo: *Magnum hoc vitium vino eſt, pedes captas primum: Lallator doloſus eſt.* Idem.

8 Γοητείαις] Hanc paſſim nugonibus iſtis exprobrat ut in Piſcat. in Catapl. *Bourd.*

καὶ ἡ ἀναισχυντία περιφερεται. καὶ ὅλως [1] πάνσοφον τὸ χρῆμα, καὶ παντὸς χήνου ἀκριβῶς, ἐκ ποικίλου εὐτυλίας. αἰμάξει [2] τοιγαροῦν [3] σὺν εἰς μακρὰν χρηστὸς ὤν. [4] τί τοῦτο; παππᾶ, χορτικῶ ἡμῖν Θρασυκλῆς. Θρασυ. οὐ κᾆτ' ἐπὶ τοῦτο ἦλθον Τίμων τοῖς σοφοῖς τούτοις ἀφίγμην. ὅσοις [4] οἱ τὸ πλοῦτόν σου πεφυπότες, ἀργυρεῖα, ἢ χρυσεῖα, καὶ [5] δεῖπνα πολυτελῶν ἐλπίδι σου δεδεγμένοις, πολλαὶ τοὶ πολακεῖαι [6] ἐπιδυξόμενοι αὐτοῖς ἄνδρα, οἷόν σε [7] ἁπλοῖκον, ἢ [8] τ' ὄντων κηδεμονικόν. [9] οἶδας γὰρ ὡς [10] μάζα μοι ἐμοὶ δεῖπνον

comitatur impudentia. In ſumma vir eſt omnifaria ſapientia cumulatus, omni ex parte exactus, variéque abſolutus. Quare licet ſit modeſtus, brevi ejulabit. Quid hoc? papæ, tandem nobis Thraſycles? *Thraſ.* Non hoc animo ad te venio; Timon, quo plerique iſti, qui nimirum tuas opes admirati, argenti, auri, opiparorum conviviorum ſpe adducti concurrunt, multam aſſentationem exhibituri apud te, hominem ſimplicem, & de rebus ſuis facilè impertientem. Scis enim offam in cœnam mihi ſat eſſe,

1 Πάνσοφον τὸ χρῆμα] Virum deſignat omnigena ſapientia cumulatum, quem ἐν τῇ Φιλοσοφίᾳ πίτυθλον vocat Laërtius in Democrito. τὸ χρῆμα in admiratione ponitur & excellentiam quandam denotat, quæ per ſuperlativum commode à Latinis ſignificatur. Ita Xenoph. de Cyro: κατασκλᾷ τὸν ἔλαφον κάλλιστα χρῆμα καὶ μέγα, id eſt, *cervum jaculo ſternit longe pulcherrimum & maximum* Idem.

2 Οὐκ εἰς μακρὰν] *Brevi.* Bourd. Inepte Eraſmus: *non ejulabis clarius.* pro *non longo poſt tempore*, hoc eſt, brevi ejulabit, ἐν εἰς μακρὸν χρόνον. Bart.

3 Τί. τοῦτο] Admirationis affectum exprimit Timon, cui Thraſycles reſpondet ſubdola inſinuatione utens. *Idem.*

4 Οἱ τὸ πλοῦτον τεθηπότες] Avaros intelligit, & plebejos homines, quibus in admiratione ſunt opes. De his ita Iuvenalis: *Qui mirantur opes; qui nulla exempla beati Pauperis eſſe putant.* Idem.

5 Δεῖπνα πολυτελῶν] Paraſitos innuit, quos δειπνολόχους vocat Heſiodus, Latini *cœnipetas.* Idem.

6 Ἐπιδυξόμενοι] Eraſmus vertit, *delinimi*: rectius Profeſſor Salmurienſis, *exhibituri.* de futuro enim ſermo eſt. *Idem.*

7 Ἁπλοῖκον] Sic vocat *virum ſimplicem*, ἀδόλον, cui verba dare facillimum ſit: contra ἁπλοῦν appellant Græci *virum duplicem* & *verſipellem*, quo nomine Vlyſſem inſignit Horatius Carm. lib. 1. Od. 6. *Idem.*

8 Τ' ὄντων] Laudat Timonem à liberalitate. Liberalis enim hominis eſt, ut philoſophus docet, ἀεὶ τὰ χρήματα τῇ μεταδοτικῇ. Vnde virum bonum Menander ſcite appellat κοινὸν ἀγαθὸν, hoc eſt, *commune quoddam bonum*, ut qui non uni aut alteri, ſed pluribus prodeſſe cupit. *Idem.*

9 Οἶδας] Frugalitatem & victus ſui tenuitatem, adeoque animi ſelſitudinem in contemnendis opibus philoſophice hic jactat Thraſycles, quo Timonem illaqueet incautum. *Idem.*

10 Μάζα] Pro quovis genere panis. tenuiorum cibus, unde mirum, Cationem. μάζαν accepiſſe pro delicatiori cibo. Fuere quidem μάζαι in deliciis ſed compoſitæ. Ariſtoph. Heſiod. Athen. Heſych. Suid. *Bourd.* Duplex erat maza apud Veteres. Vna quæ confici ſolebat ex farina, ſale, lacte vel oleo, quandoque etiam vino ſubigebatur, nec humanis ſolum uſibus dicata, ſed & Diis ſacra fuit. Altera ex farina, ſale & aqua tantum fiebat. ξηρὸν ἄρτον appellant nonnulli, hoc eſt, auſterum panem. Galenus lib. de aliment. eam poſtponit pani

ἐκεῖνον, ἄψον ἢ ἥδιστον [1] θύμου, [2] ἢ κράδαμον, ἢ εἴ ποτε τρυφᾷ τὸ [3] ὀλίγον τοῦ ἁλός. ποτὸν ἢ [4] συναίκρουν· [5] ὁ δὲ τελέως ἁπλοῦς, ὃς βαλὼν πορφυρίδα ἀμείνων. τὸ χρυσίον μὲν γὰρ [6] οὐδὲν τιμιώτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων μοι δοκεῖ. [7] σοῦ ἢ αὐτοῦ χάριν [8] ἐπῆλθον,

esse, opsonium verò suavissimum, cepam, aut nasturtium, aut si quando lubeat epulari lautiùs, paulum salis: potum verò ex fonte novem fistulis scaturiente constare: tum hoc pallium quavis purpura potius. Nam aurum nihilo magis apud me est in precio, quàm calculi qui sunt in littoribus. Verùm tua ipsius gratia huc me contuli, ne

ordeaceo, multumque habere ait πυρῶδες & κοπρῶδες. Nomen accepit ἀπὸ τῆς μάζης, quod pinsendo subigatur, nihilque aliud est, quam farina conspersa & subacta. Vnde & Latinum *massa*, verso ζ in duplex ss. ut ὄρυζα, *oryssa*. De posteriori hoc panis genere loquitur Sophista, dum vili parvoque victu se contentum esse prædicat. *Barl.*

1 Θύμον] Male θυμὸν antea, qua loquendi formula passim utitur. *Bourd.* Vilissimum plantæ genus. *cepam agreste* nonnulli interpretantur. herba est, ut medici tradunt, nec visu, nec esu commendabilis: acrimoniam tamen habet ad irritandam ὄρεξιν & edendi appetitionem. *Cepis* autem *vesci* dicitur, qui tenuiter & illote vivit, quod Heliodus per *malvam* & *asphodelum* significavit in operib. *Barl.*

2 Ἢ κράδαμον] Dixi ad illud Petronii *Nasturcii succum*. Bourd. Tradit Xenophon veteribus Persis in precio fuisse *nasturtium*, eoque obsonii loco usos, lib. 1. παιδ. Κύρ. cujus rei caussàm hanc fuisse putant nonnulli, quod herba illa vim habeat ὀπτικὴν τοῦ ὄσφρου, ἐξ ἧς πυσμάτων. Apud Persas autem, ut ex eodem discimus libro, turpe erat palam mejere, vel nasum mungere aut spuere. Hac item herba tenues & parci vitam utcunque sustinebant. *Idem.*

3 Ὀλίγον ἁλός] Horat. 2. Serm. *Cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet.* Sali vis inest contra putredinem, cibisque saporem conciliat: Vnde ἔμπαστα ἅλα passim appellat Homerus, propter summam ejus necessitatem & utilitatem. Persius: *Est tibi far modicum, & purum sine labe salinum.* q. d. victus sufficiens. *Idem.*

4 Ἐγκράτειον] Fons Athenis qui ab aliis dicitur καλλιρρόη de quo interp. Aristoph. male apud Hesych. ἐγκράτειον dicitur. hac de re legendus Thucydides qui rem totam indicat. & Portus interp. *Bourd.* Nomen est fontis cujusdam Athenis sic dicti à novem fistulis, e quibus aqua saliebat. κρουνὸς enim *scatebra*. Hesychius πηγὴν esse ait, ἐν ᾧ πρότερον Καλλιρρόη ἦλθον. apud quem corrupte legitur ἐγκράκρουν. Egregie in hanc sententiam scripsit Varro de liberis educandis apud Nonium: *Vel maxime illic dicitur, & sitienti videri aquam mulsum, & esurienti panem cibarium, siligineum: & exercitato somnum suavem.* Barl.

5 Ὁ δὲ τρίβων] *Pallium* commune erat Græcorum omnium gestamen: ut *toga* Romanis. Tamen inter τρίβωνα philosophorum, & elegantiorum in Græcia civium discrimen fuisse Salmasius ostendit in Notis suis ad Vall. *Idem.*

6 Οὐδὲν τιμιώτερον] Fateor fuisse philosophorum nonnullos, qui aurum & argentum contemserint, adeoque in profluentem abjecerint, ut liberius philosopharentur: sed Thrasycles noster sub persona vilipendere se simulat, quæ maxime appetebat. In tales recto olim pronunciavit Simonides: Etenim rogatus, *utrum vellet esse optabilior, divitiæ, an sapientia? dubito*, inquit, *ut qui videam sapientes frequentare divitum fores.* eo innuens philosophos pleroscque verbis quidem contemnere divitias, sed re eas captare. quo tamen nomine reprehenditur à Platone lib. 6. de Republ. *Idem.*

ὡς μὴ διαφθείρῃ σε τὸ κτῆμα τοῦτο καὶ ἐπιβλαβέστατον κτῆμα ὁ πλοῦτος, ὁ πολλοῖς πολλάκις αἴτιος ἀνηκέστων συμφορῶν γεγονὼς. εἰ γάρ μοι πείθοιο, μόλιστα ὅλον εἰς τὴν θαλάτταν ἐμβαλεῖς αὐτὸν, εἰδὲν ἀναγκαῖον ἀνδρὶ ἀγαθῷ ὄντα, καὶ τὴν φιλοσοφίας πλοῦτον ὁρᾶν δυναμένῳ. μὴ μέντοι εἰς βάθος ὦ γαθὲ, ἀλλ' [1] ὅσον εἰς βυθοῦς ἐπιτηδὲς ὀλίγον ἀπὸ τῆς κυμαινούσης γῆς, ἐμὲ μόνον [2] εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλῃ, σὺ ἄλλου πόπου ἀμείνω κατὰ τάχος ἐκφόρησον αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας. [3] καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτῷ λῇς, διδοὺς ἅπασι τοῖς δεομένοις. ὦ μῆ, [4] πέντε δραχμάς. ὦ ἦ τάλαντον. εἰ δέ τις φιλόσοφος εἴη, [5] δημοσίαν, ἢ τιμιωτέραν φέρεσθαι δίκην. ἐμοὶ γ', καίτοι σὺκ ἐμαυτὸν ζηλῶν αὐτῷ, ἀλλ' ὅπως μεταδῷ τῶν ἑταίρων τοῖς δεομένοις, ἱκανὸν εἰ τοιούτῳ [6] τῷ πόρῳ ἐπαλλήσας

ne te corrumpat pessima & insidiosissima possessio divitiarum, quippe quæ multis sæpenumero immedicabilium malorum causa extiterit. Etenim, si me audies, potissimum opes universas in mare projicies, ut pote non necessarias bono viro, quique Philosophiæ possit opes perspicere. Ne tamen in profundum, ô bone, sed fermè ad inguina usque ingressus, paulò ultra fluctuosum littus, me uno spectante. Sed si hoc nolis, tu eas alio potiore modo, confestim ex ædibus ejicito, ac ne obolum quidem tibi reliquum facias, largiens quibuscunque opus est, huic quidem quinque drachmas, alii minam, alii talentum. Porrò siquis erit Philosophus, æquum est ut duplam, triplamve portionem ferat. Mihi autem, quamquam mea ipsius gratia non postulo, sed ut amicis siquid indigent, impertiam, sat erit, si peram

7 Σὺ ἦ αὐτῷ] Finem adventus sui non alium fuisse ait Thrasycles; quam ut Timonem in tanta rerum opulentia officii sui commonefaciat. *Barl.*

8 Ἐξαλλω] Id est, ἀπορρίπτω, deque eo usurpatur qui sponte venit, non missus, quod verè amicitiæ τιμιώτερον esse docet Isocrates orat. ad demon. *Sis vellissimè*, inquit, *tractabis amicos, si non exspectes, dum te rogent, sed ultro cum tempus postulat, eis opem feras.* Idem.

1 Ὅσον εἰς βυθοῦς] *Usque ad inguina seu pube tenus*, quo mox eas auferat. Est autem βυθοὶ medicis *inguen ad femora summa*, ἐκ βῦ particula intendente significationem, quod & ἴπτω facit in aliis: & βῶ τὸ βαίνω, *incedo*, quod gressum juvare creditur. *Idem.*

2 Εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλῃ] Aliud consilium suggerit veterator, si forte prius illud non arrideat; nimirum ut opes suas viritim distribuat pro ratione personarum & indigentia singulorum. Philosophis tamen sibique imprimis cautum vult, quos æquum judicat duplam aut triplam portionem ferre. *Idem.*

3 Καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτῷ λῇς] Καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτῷ λῇς. αὐτῷ, αὐτόδι, nempe εἰς τὴν οἰκίαν, sive οἴκοι. Marc.

4 Πέντε δραχμάς] Continebat drachma præsertim Attica sex obolos μνᾶ sive mina Attica, quæ diversa est à libra, valebat nostrate moneta decem & septem Caroleos cum dimidio, ut vult Iunius. *Barl.*

5 Δημοσίαν] *Duplam portionem.* Δίμοιρος in hæreditate dicitur, qui ex besse hæres est; τρίμοιρος, qui dodrantem accipit: ὁλόκληρος, qui ex asse hæres. Consulatur Budæi eruditissimus libellus de Asse. *Idem.*

6 Τῷ πόρῳ] Hujus capacitatem festive innuit Thrasycles, cum eam vix

παρέχοις, μηδὲ ὅλως δύο μεδίμνους χωροῦσαν αἰγινητικούς. [1] ὀλιγαρκῆ γὰρ μέτριον χρὴ εἶναι τὸ φιλοσοφοῦντα, καὶ [2] μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. [3] Τί. ἐπαινῶ ταῦτά σου ὦ Θρασύκλεις· σοῦ γὰρ τὴν πήρας εἰ δοκεῖ, φέρε σοι τὴν κεφαλὴν ἐμπλήσω [4] κονδύλων, [5] ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ. [6] Θρασυ. [7] ὦ δημοκρατία, καὶ νόμοι, παιόμεθα ὑπ' ἐλευθέρου πολίτου

peram hanc, ne duos quidem integros modios Æginetícos capientem, plenam præbueris. Eum enim qui philosophatur convenit paucis esse contentum, nihilque ultra peram cogitare. *Tim.* Equidem ista quæ dicis probo Thrasycles. Ergo si videtur, priusquam peram expleam, tibi caput pugnorum ictibus opplebo, insuperque auctarium ligone dabo. *Thras.* O populi Imperium, & leges! à nefario homine in libera civitate pulsa-

duos modios Æginetícos capere asserit. Continebat *medimnus* (quæ mensura erat aridorum) octo & quadraginta chœnicas, sive centum & octo libras teste Pollvce. Fuit agricolis frequentior quam aliis ob magnitudinem. Æginetícus dicitur ab Ægina insula & urbe circa Peloponnesum, quæ maris aliquando imperium obtinuit, & bello Persico in navali certamine cum Athenienſibus de palma certavit, ut refert Strabo lib. 8. Vnde & de mercibus mensurisque Æginetícis creb̃a mentio apud Græcos scriptores. *Barl.*

1 Ὀλιγαρκῆ γὰρ] Sobrietatem in philosopho commendat, & vitam paucis contentam. *Idem.*

2 Μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν] Proverbium est, *non ultra peram cogitare*, de quo Erasmus. Hinc discimus, cujusmodi esse debeat philosophorum vita, nempe frugalis, parca, & ab omni strepitu & ambitione remota, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus egisse legitur, unico contentus pallio, baculo quo canes abigeret, dolio velut domicilio utens, crudis item herbis & aqua simplici victitans. Ad quem cum accessisset Alexander Magnus, generosa oratione sic regem affatus dicitur: *Vter noſtrum*, inquit, *pluribus eget, ego qui ultra peram & baculum nihil desidero, an tu, qui patrio non contentus regno, tot periculis temet objicis, ut latius imperes, adeo ut vix totus terrarum orbis tua cupiditati videatur satis futurus?* πήρα καὶ βάκτρον philosophorum erant insignia, præsertim Cynicorum. *Idem.*

3 Τί. ἐπαινῶ ταῦτά σου ὦ Θρασύκλεις] Approbat Timon sapiens philosophi dictum, sed perspectam habens ejus hypocrisin pro pera caput ipsi pugnis opplet. *Idem.*

4 Κονδύλων] Erasmus vertit *tubera*, ex consequenti, quod propriè est κονδυλῶν, à recto κόνδυλα. At κόνδυλος pugnus est, unde κονδυλίζειν, *pugno ferire*, pro quo Attici dicunt κονδύλοις συρίζειν, vel ὀδὰξ κόρης παίζειν, à quo dictat ῥαπίζειν, verbum sacris scriptoribus usitatum, propriequc exponitur de ictu qui virga aut baculo seu fuste incutitur. ῥάπις enim *virga*, *bacillus*. Idem.

5 Ἐπιμετρεῖν] Est auctarii loco aliquid addere. Et jocosè subdit, τῇ δικέλλῃ, ut supra, φιλοσοφησόμεθα σὺν τῇ δικέλλῃ, per ironiam sarcasticam. *Idem.*

6 Θρ.] Exclamatio cum indignatione. *Idem.*

7 Ὦ δημοκρατία] Sic exclamat, quod Athenienſium regimen esset populare, ubi libertatis potissimum ratio habetur. quanquam verius loquendo politia illa παρέκβασις quædam fuerit & labes Reipubl. nihilque aliud quam tyrannis multorum capitum. Vnde Demosthenes, cum iret in exilium, conversus ad Arcem sublatis manibus dixisse fertur: *O domina custos Minerva, cur tribus moleſtissimis beſtiis delectaris; noctua, dracone, & populo?* Erat enim populus Athenienſis velut

σῆ πόλῃ. Τί. τί ἀχαναυτεῖς ὦ γαῖ θρασύκλεις; μῶν [1] ἀποχρεμπεμπόλημαί σε; ἢ μὴν ὑπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον πεπλασμένας. [2] ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται. Βλεψίας οὗτοσί, καὶ Λάχης, καὶ Γνίφων, καὶ ὅλος, τὸ σύστεγμα τῶν αἱμοκορθώνων. ὥστε τί σὺ ἐπὶ τοῖς πέτρᾳ πύκνῃ ἀνελθών, τοῖς μὴ δικαίοις ὀλίγου ἀναπεσὼν πάλαι πεπονηκόσι, οὐ τὸ ἂν πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλάζῃ πόρρωθεν αὐτούς; Βλ. μὴ βάλλε ὦ Τίμων. ἄπειμι χάρ. Τί. ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων.

famur. *Tim.* Quid ſtomacharis ô bone Thraſycles? num te defraudavi? Atqui menſuræ choënices quatuor adjiciam. Sed quid hoc eſt? Complures ſimul adveniunt, Blepſias ille, & Laches, & Gniphon, in ſumma, eorum agmen qui vapulabunt. Itaque quin ego in rupem hanc conſcendo, ac ligonem quidem jam dudum fatigatum, pauliſper interquieſcere ſino? At ipſe congeſtis plurimis ſaxis, procul in ipſos grandino? *Blep.* Nejace, Timon, abimus enim. *Tim.* At vos nec ſine ſanguine, nec ſine vulneribus abibitis.

velut intractabilis quædam bellua optimo cuique infeſta. *Nollnum & Draconem* hoc inſignibus habebat. *Barl.*

1 Παρεγκεκεντρίκαμεν] Translatum hoc verbum ab iis, qui in rebus appendendis alteram lancem ex æquilibrio fraudulenter impellunt digito, ut in alteram partem vergat. Unde παρεγκεκεντρικὼς apud doctiſſimum Grammaticum, qui choënice aliquem decipit. Eſt autem *choenix* menſura ſiccorum, ἡμεροκοῖς Alexarcho ſive *dimenſum diurnum*. *Sextarium* Gaza vertit, qui quatuor panes facit toto die ſufficientes uni viro, ut ad Ariſtoph. Lyſiſtratam notat Florens Chriſtianus. Facete hic ad *navigia* transfert Lucianus. *Idem.*

2 Ἀλλὰ τί τοῦτο] Timon abacto Thraſycle reliquos denſo agmine accurrentes ſycophantas & fumi venditores eo, quo decet, modo à ſe repellit. Atque ita colophonem imponit feſtiviſſimo huic dialogo Lucianus. Nos itidem hominis ferociam barbaroſque mores jam dudum pertæſi vela colligemus finemque commentationi noſtræ imponemus. Tu quiſquis es Lector, *ſi quis quoque noſtra Captus amore legat*, opellam hanc philologicam æqui bonique conſule, quam ut ego candidus impertio, ita tu ſi φιλόλογος es, benevolus ea utere ac fruere. *Idem.*

ΑΛΚΥΩΝ, Η ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΣ.

HALCYON SEV DE TRANSFORMATIONE.

ARGVMENTVM.

[1] *In hoc dialogo de poteſtate divina diſputat Socrates, quòd ſcilicet Deo poſſibilia ſunt omnia, & quòd nos illius operum atque effectuum*

1 *In hoc dialogo*] Non eſt Luciani ſed Leontii Academici, ſi Antonio Mureto fas fuit fides Orat. 4. Luciani quidem prorſus non eſſe, tum dictio lenta & oſcitans, tum ſententiarum levitas, & argumentorum frigus, & delirationes argumur ſatis. *Mart.*

Cuum cauſſas, intellectu ac ratione conſequi non poſſumus. Eſſe enim nos, quod ad collationem Dei & rerum æternarum attinet, pueros ac veluti cæcos. Quòd autem Deus multa facilè efficiat, quæ nobis impoſſibilia videntur, probat primùm à ſigno ſive exemplo tempeſtatum quæ illius providentia ſeu adminiſtratione, ex maximis & turbulentiſſimis ſubitò in ſummam tranquillitatem & ſerenitatem convertuntur. Item ab incremento & collatione ætatum hominis, cum æquè mirum ſit ex puero imbecilli ac parvo, virum tantum & tam fortem fieri. Poſtremò ab effectu & vi naturæ, quæ cum Deo longe inferior ſit, tamen ea quæ nobis, ratione ſcilicet ac ſenſu omnia metientibus, impoſſibilia videri poterant, operatur. Occaſio Dialogi ſumitur à cantu & objectu Alcedinis: Diſputationis autem, à fabula quæ de tranſformatione illius narratur.

ΧΑΙΡΕΦΩΝ.

Ἰς ἡ φωνὴ ᾠθοίσαλην ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόρρωθεν ἀπὸ τ αἰγιαλῶν καὶ τ ἀκρας ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα παῖς ἀκροᾶς. τί ποτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ φθεγγόμενον ζῶον; ἄφωνα γὰρ δὴ τὰ μὲ καθ' ὕδατος θαλαττώμενα. Σω. Θαλαττία πις, ὦ Χαιρεφῶν, ὄρνις ἀλκυὼν ὀνομαζομένη, πολύθρηνος, καὶ πολύδακρυς. ὡσὶ ἧς δὴ παλαιὸς ἀνθρώποις μεμύθευται λόγος. φασὶ γυναῖκά ποτε ἔσαν Αἰόλου Ἑλλην θυγατέρα, κεφάλιον ἄνδρα τ ἑαυτῆς πεθνεῶτα θρηνεῖν πόθῳ φιλίας, Κήυκα τ τραχίνιον, τ Ἑωσφόρου παῖδα Ἀστέρος, καλὸν πατρὶς καλὸν υἱόν. ἔπειτα δὴ περωθεῖσαν θείᾳ τινὰ δαιμονίαν βάλησιν, εἰς ὄρνιθος τρόπον ἁλιπέτεσθαι πὶ πλάγη, ζητοῦσαν ὁκοῖόν τινα, ἐπιδὴ πλαζομένη γῆν οὐδὲ πάτημα, οὐχ οἷά τ' ἦν εὑρεῖν. Χαιρε. ἀλκυὼν τοῦτ' ἔστιν ὁ σὺ φῄς; ὃ πῶποτε

CHÆREPHON.

Vjuſmodi vox aures noſtras pepulit ô Socrates, eminus à littoribus, & illo promontorio? quàm jucunda auditu! Quodnam eſt vocale illud animal? [1] Muta enim ſunt ea quæ in aquis degunt. *Soc.* Marina quædam eſt avis, ô Chærephon, nomine Halcyon, multum lugens & lachrymans: de qua jam olim homines [2] hanc fabulam commenti ſunt. Ajunt Æoli Græci filiam olim deſponſam, juvenem maritum, jugalis amicitiæ deſiderio proſequi, Ceycem Trachinium, Heoſphori Aſteris filii, pulchri patris pulchrum filium. Deinde divino quodam conſilio alitem factam, in morem avis maria circumvolitare, illum quærendo, quem per univerſam terram vagata non potuit invenire. *Char.* Eſt verò halcyon hoc quod dicis? nuſquam antea

1 *Muta ſunt quæ in aquis*] Cauſam adfert Ariſtot. quòd his neque pulmo ſit neque arteria neque guttur. *Cogn.*

2 *Hanc fabulam*] Hanc fabulam narrat Ovid. lib. 11. Metam. de Alcedoniis Varr. lib. 3. de ling. Lat. Plin. lib. 10. c. 32. *Idem.*

ἀπόδιον ἠκηκόειν τῆς φωνῆς. ἀλλά μοι ξένη τις τῷ ὄντι προσέπεσε. γοᾶδη γάρ ὡς ἀληθῶς τὸ ἠχεῖον ἀφῆκε τὸ ζῷον. πηλίκον δέ τι καὶ ἐστὶν ὦ Σώκρατες; Σω. ἃ μέγα· μεγάλῳ μέντοι λέγῃ τῷ φιλανδρίᾳ εἴληφε παρὰ θεῶν τιμήν. ἐπὶ γὰρ τῇ τούτου νεοττείᾳ καὶ τὰς ἀλκυονίδας καλουμένας ἡμέρας, ὁ κόσμος αὐχῇ, καὶ χειμῶνα μέσον διαφερούσας τοῖς ἀνέμοις. ὥστε ἐστὶ καὶ ἡ τήμερον πᾶσιν μάλιστα. ἔχ ὁρᾷς ὡς εὐδία μὲν τὸν αἰῶνα, ἀκύμαντον δέ, καὶ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος, ὅμοιον ὡς εἰπεῖν κατόπτρῳ; Χαι. λέγεις ὀρθῶς. φαίνῃ γὰρ ἀλκυονὶς ἡ τήμερον ὑπάρχειν ἡμέρα. καὶ χθὲς δὲ τοιαύτη τις ἦν. ἀλλὰ πῶς θεῶν, τῷ ποτε χρὴ πεισθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο, ἢ ὄρνιθες ἀνθρώπων; πάντες γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνῃ πᾶν τὸ τοιοῦτον. Σω. ὦ φίλε Χαιρεφῶν, ἐοίκαμεν ἡμεῖς τῶν δυνατῶν τε καὶ ἀδυνάτων ἀμοῦσοί τινες εἶναι κρατεῖν παντελῶς. δοκιμάζομεν γὰρ δὴ καὶ δυνάμει ἀνθρωπίνῃ ἀγνῶτον ὄντα, καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον. πολλὰ δὴ φαίνῃ ἡμῖν καὶ τὰ δύσπορα ἄπορα, καὶ τὰ ἐφικτὰ ἀνέφικτα. συχνὰ μὲν καὶ δι' ἀπειρίαν, συχνὰ δὲ καὶ διὰ πανοῦργον ἀπιστίαν φρενῶν. τῷ ὄντι γὰρ παμπόνηρόν ἐοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ μάρων, ἐπεὶτοι μικρὸς πάνυ καὶ νεοκλὸς ὁ βίος χρόνῳ πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. τί δ' ἄν, ὦ ἑταῖρε, οἱ ἀγνοοῦντες πᾶς τὰ θεῶν καὶ δαιμονίων δυνάμεις ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν; πότερον δυνατὸν ἢ ἀδύνατόν τι τῶν τοιούτων; ἐώρακας Χαιρεφῶν τεά-

tea vocem hanc audivi: ſed tanquam revera peregrina in me incidit. Itaque lugubrem profectò ſonum emittit illud animal. Quantum autem ſit dicito Socrates. *Soc.* Non magnum: magnum tamen à Diis honorem accepit, ob amorem quo virum eſt proſequuta. Nam quo tempore nidulatur & ovis incubat ſuis, dies quos vocant halcyonios, homines feſtivitate celebrant, media hyeme ab aliis ſerenitate differentes. Quorum hodiernus dies omnium maximè eſt unus. Nonne vides ut ſerenum eſt cœlum, placidum & tranquillum omne pelagus, ſpeculo, ut ita dicam ſimile? *Cher.* Rectè dicis. Omnino enim videtur hodiernus dies eſſe halcyonius: tum etiam heſternus talis erat. Sed per Deos, quomodo priſcis hominibus habenda eſt fides, ex avibus mulieres, aut ex mulieribus aves factas eſſe? Hæc enim quavis alia re videtur magis impoſſibilis. *Soc.* O amice Chærephon de poſſibilibus & impoſſibilibus rebus prorſus hallucinantes judices eſſe videmur. Quippe rerum cauſas pro humana facultate expendimus, quæ illas nec noſſe, nec credere, nec cernere poteſt. Inde permulta factu facilium difficillima, & non arduorum ardua nobis apparent: multa quidem propter imperitiam, multa quoque propter mentis infantiam. Revera enim omnis homo infans eſt, maximè verò ſenex, quoniam omne vitæ noſtræ tempus eſt exiguum, ac ferè nihil aliud quàm infantia ad univerſum ævum comparatum. Quid autem ô bone, qui Deorum ac dæmoniorum poteſtates ignorant, certi dicere poſſint? utrum quid poſſibile iſtorum ſit an impoſſibile? Vidiſti Chærephon, die abhinc ter-

τῶν ἡμέρων ὅσος ἦν ὁ χειμών; καὶ ἀθυμηθήτε γάρ τοι ὅσος ἐπέλθοι. καὶ πῶς ἀστραπὰς ἐκείνας ἐβρονῆς, ἀνέμων τε ἐξαίσια μεγέθη; ὑπέλαβες ἄν τις τὴν οἰκουμένην ἅπασαν κ) δὴ συμπεσεῖσθαι. μὴ μικρὸν ἦ θαυμαστή τις κατάστασις αὖθις ἐγένετο, κ) διέμεινεν αὐτὴ γε ἕως δὴ νῦν. πότερον ἂν οἴει μεῖζόν τι καὶ ἐρωδιὸς τερατεύεσθαι, τοιαύτην αἰθρίαν ἐξ ἐκείνης τῆς ἀνυποστάτου λαίλαπος κ) τοσαύτης μεταθεῖναι, καὶ εἰς γαλήνην ἀναγαγεῖν τὸ ἅπαν κόσμου, ἢ γυναικὸς εἰδος μεταπλάσθαι εἰς ὄρνιθος τινος ποίησιν; τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτο, καὶ τὰ παιδάρια ταῦτα τὰ παρ' ἡμῖν, τὰ πλάττειν ἐπιτερπῆ πηλόν, ἢ κηρόν, ὅταν λάβῃ ῥᾳδίως ἐκ ἑαυτῶν πολλάκις ὄγκον, μεταχηματίζει πολλὰς ἰδιῶν φύσεις. τὴν δὲ μηχανὴν δὴ μεγάλου καὶ συμβόλων τινῶν ὑπερφυοῦς ἔοικεν εἶναι τοῖς ἡμετέροις δυνάμεσι, σὺ χρὴ τυχὸν ἅπασιν ἐπιτετάφθαι, καὶ λέγε. ἐπὶ τὸ ὅλον δ' ἐργῶν πόσον τι σοφώτερα δοκεῖς εἶναι μείζω, φράσεις ἄν; Χ. τίς δ' ἀνθρώπων ὁ Σώκρατες, νοῆσαι δυνατὸν ἂν, ἢ ὀνομάσαι τι τούτων; ἀδὲ γὰρ εἰπεῖν ἐφικτόν. Σ. ἀκοῦε δὴ θαυμάζω ἀνθρώπων ὅτῳ ἀμήχανος συμβαλλόμενον μεγάλας πρὸς ὑπερφυεῖς τὰ πεῖς δυνάμεσι, καὶ ἀδυναμίας ὑπαρχούσας. τὸ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἡλικίας, ὅτῳ τὰ νήπια παντελῶς βρίφη, τὰ πυκτικὰ σκέλη τῆς, ἢ δικαστὰς, θαυμάζειν ὅσην ἔχει τὴν ἀφορῶν δυνάμεώς τε, καὶ ἀδυναμίας, τὸ πάσχειν χειδὸν πρὸς τὸ βίον πεφύκασι, [1] καὶ ὅσα ἀφ' ἡ τυχῶν τούτων ἕτερα πολυμηχάνων, καὶ ὅσα ἀφ' ἧ σώματος, καὶ τῆς ψυχῆς ἐργάζονται. ταῦτα γὰρ

tio, quanta tempestas fœvierit? quam animo repetens, horresco. Vidisti & fulgura illa, & tonitrua, & inusitatos ventorum flatus? Suspicatus fuisset quispiam totam terram corruituram. At paulò post mirabilis quædam cum serenitate oborta est tranquillitas, quæ in hoc usque tempus perduravit. Vtrum igitur majus atque operosius existimas, ex intolerabili procella & turbine orbi universo talem inducere serenitatem, an mulierculæ formam transmutatam, in avis speciem traducere? Nam & nostrates pueruli, qui ex luto aut cera formas ducere norunt, ex eadem materie in manus sumpta sine negotio multas specierum naturas transformando effingunt. Cæterùm Deo magna, nec cum nostris viribus comparabili præstantia prædito, facilia & plana sunt istiusmodi omnia. Numnam quanto totum cœlum te ipso tibi majus videatur, dicere possis? *Char.* Ecquis hominum, ô Socrates intelligere possit & explicare quippiam horum? neque enim humana voce ista explicari possint. *Soc.* Proinde hominum inter se comparatorum magnos quospiam excessus existentes in potentiis, atque impotentiis contemplamur. Virilis enim ætas, ad pueros omninò infantes, à nativitate quinquennes, aut decennes, mirum quantum discrimen habeat roboris & imbecillitatis in omnibus fermè quæ sunt in vita actionibus, tum in his quæ per ingeniosas illas artes, tum in his quæ corporis & animi viribus operantur. Perspicuum enim est, hæc

1 Καὶ ὅσα διὰ τῆ τυχῶν] Καὶ ὅσα διὰ τὴν τυχῶν. *Mass.*

2 In

τοῖς νέοις ὡς ἂν εἰπεῖν παιδίοις, ἀφ' οἷς νῦν ἐλπὶς δοκεῖ φαίνεσθαι. καὶ τὸ ἰσχύειν ἢ τὸ ἰσοῦν ἀνδρὸς πλεῖον τὸ μέγεθος, ἀμύητον ὄντα ἔχειν τὴν ὑπερβολὴν ὡς οὐδένα. μεμαθὼν γὰρ τοιοῦτον εἶς ἀνὴρ πόνου πολλοὺς χειρώσαιτ' ἂν ῥᾳδίως. ἡ γὰρ ἡλικία παντελῶς, ἅπασι δῆλον πᾶσιν, καὶ ἀμήχανον ἐκφεύγειν ἐπακολουθεῖ τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ φύσεως. ὁπηνίκ' ἂν ἄνθρωπος ὡς ἔοικεν ἀνθρώπῳ τοιούτῳ ἀλλοφύλῳ, τί νομίσομεν ἢ σύμπαντα ὑφορᾶν ὡς τοῖς ἡμετέροις δυνάμεσι φανῆναι ἄν, τοῖς τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνουμένοις; πιθανὸν ἂν ἴσως δόξαι πολλοῖς, ὅσον ἴσχει τὸ μέγεθος ὁ ὑπερβολὴν ὡς τὸ Σωκράτους ἢ Χαιρεφῶντος εἶδος, τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ διάνοιαν, ἀπάλογον διαφέρειν τε ὧδε ἡμῶν διανοίας. σοὶ μὲν οὖν καὶ ἐμοὶ καὶ ἄλλοις πολλοῖς τοιούτοις ὄσπ, πολλ' ἄπ' ἀδυνάτου τε ἐπέρχεσθαι πάνυ ῥᾳδίον. ἐπὶ δὲ αὐλήσεσι τοῖς ἀναύλοις, καὶ ἀναγνώσεσι, ἢ γράψαι τοῖς ἀγραμμάτοις γραμμικὴν τέχνην, ἀδυνατώτερόν ἐστι πως, ἢ ὄρνιθας ἂν γενέσθαι. ἡ δὲ φύσις ὁ κηρίῳ χιτὼν ἐνέβαλεν ζῶον ἄπειρον, καὶ ἄπλησεν, πόδας ὑπέθηκεν, καὶ περίστασε, ποικιλίαν τε φαιδρύνασα πολλὴν, καὶ κάλλη, καὶ παντοδαπὴν χρωμάτων, μέλιττάν σοφὸν ἀπέδειξε θεῖον μέλιτος ἐργάτην. ἵν' τε ὠὸν ἀφῇ τεκεῖν, καὶ ἀψύχων, πολλὰ χθόνα πλάττῃ πλωτῶν τε, καὶ πεζῶν, καὶ

hæc pueris, ut dixi, ne in mentem quidem venire posse: & adultæ ætatis viri unius magnitudinem virium, immensam ad illa præstantiam obtinere. Siquidem horum multa millia unus vir facilè subigeret. Etenim puericia in totum omnium expers est, ac sub initium ipso naturæ ductu, invalida homines consequitur. Quando igitur homo homini, ut videtur, in tantum antecellit, quid putabimus universum cœlum nostris viribus collatum apparituros iis qui hæc contemplando assequuntur? Itaque multis credibile videtur, quanto mundi magnitudo Socratis aut Chærephontis speciem superat, tanto & ipsius potentiam, sapientiam, & cogitationem similiter à ratione nostra differre. Quare tibi, mihique, atque aliis nostri ordinis hominibus pleriſque multa sunt impossibilia, quæ aliis facillima. Quoniam & tibia canere canendi imperitis, aut legere aut scribere illiteratis impossibilius est, dum nescient, quàm mulieres ex avibus, aut aves ex mulieribus fingere. Cæterùm natura ipsa [1] in favo propemodum sine pedibus atque alis animantem assimilans, suppositis pedibus, & adjectis alis, pulchraque & omnigena colorum varietate exornans, solertem apem, divini mellis opificem absolvit, [2] Ex ovis autem mutis & inanimatis, multa volatilium, pedestrium, & aquaticorum animalium genera effingit, ad quæ divinis qui-

1 *In favo*] Apes intelligit quæ nascuntur neque ex coitu, neque partu, sed ex suavitate herbarum. Aristot. lib. 5. c. 21. de Animal. *Cogn.*

2 *Ex ovis autem*] De ovorum natura mirabili Aristot. loco cit. Rhodig. lib. 27. cap. 17. *Idem.*

εὐδαιμονίαν ζῶον, ὡς λόγος πέχυαις τισὶν ἱεροῖς αἰτέρος μεγάλης τεθραμμένη. τὰς ἐν ἀθανάτων δυνάμεις μεγάλας ὄσας, ὀλίγοι καὶ σμικροὶ πανταπασῶς ὄντες, καὶ ὅτι τὰ μεγάλα δυνάμενοι καθορᾶν, ὅτ' ἂν τὰ σμικρὰ, τὰ παλαιὰ δὲ λανθάνοντες, καὶ τὰ τῶν ἡμῶν συμβαινόντων παθῶν, οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν βεβαίως ὅτ' Ἀλκυόναι περὶ, ὅτ' ἀηδόνων. καλὸν ὁ μῦθον, οἷον παρέδοσαν πατέρες, τοιοῦτόν τι παισὶν ἡμῖν ὦ ὄρνι ὑμνῳδὸν, ἐπᾴδουσα τὰ σῶν ὑμεναίων. καί σε τὸ σύστοιχον καὶ φίλανδρον ἐρῶμεν πολλάκις ὑμνήσαι, γυναιξί τ' ἡμῖν, ἐπαοιδόν τι καὶ Μυρτοῖ λέγων τὰ πάλαι, ὡς ὁ καὶ πάλαι οἷας ἔπεμψε θεὸς θεῶν. ἀρά γε καὶ σὺ ποιήσεις τι τοιοῦτον ὦ Χαιρεφῶν; Χ. περὶ γὰρ ὦ Σώκρατες. καὶ ὃ νῦν σοῦ ἐρήσεται, διάλεκτον ἔχει τὴν παρακλησιν ὡς γυναικῶν τι καὶ ἀνδρῶν ὁμιλίαν. Σ. ἐκεῖ ἀσπασμοῖς τὴν ἀλκυόνα, ὡς ἄλλην ἤδη ὡς ἄνω κομιοῦμεν ἐκ Φαληρικοῦ. Χ. πάνυ μὲν ποιοῦμεν ὅτῳ.

quibusdam, ut fermo eſt, magni ætheris artibus abutitur. Proinde Deorum immortalium virtutes quæ magnæ ſunt, nos qui mortales & parvi omnino ſumus, & neque magna, neque etiam parva perſpicere poſſumus, ſed in pluribus hæſitamus quæ nobis accidunt, nihil certi ſeu de halcyonibus, ſeu de luſciniis dicere queamus. Præclaram verò hanc fabulam, qualem à patribus accepimus, talem liberis meis, ô avis lamentationum modulatrix traditurus ſum de tuis hymnis. Ac tuam cùm pietatem, tum amorem erga maritum, uxoribus meis [1] Xanthippæ, & Myrtoni ſæpe celebrabo: cùm alia multa, tum in primis, quem à Diis honorem conſecuta es, commemorando. Numquid & tu Chærephon tale quid mecum facturus es? *Char.* Sic facere convenit, ô Socrates. Et quæ à te dicta ſunt, exhortatione duplici ad æquabilem converſationem viros & uxores impellunt. *Soc.* Salutata igitur halcyone tempus eſt ut [2] è Phalerico ad urbem nos recipiamus. *Char.* Ita planè faciamus.

1 *Xanthippæ*] D. Hieronym. adverſus Iovinian. *Cogn.*
2 *E Phalerico*] Portu Athenis, à quo Demetrius Phalerius dictus. *Idem.*

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, Η ΚΑΥΚΑΣΟΣ.

PROMETHEVS, SIVE CAVCASVS.

ARGVMENTVM.

Videtur hoc dialogo Lucianus, id quod & in ſequentibus facit, Deorum gentilium vanitatem, & ineptam de illis perſuaſionem hominum reprehendere atque irridere voluiſſe. Occaſionem autem ſumpſit ex fabula Promethei, quem poëta fingunt, eo quòd Iovem in diſtributione carnium deceptiſſet, deinde & homines formaſſet, poſtremò autem è cælo ignem ſurreptum terris intuliſſet, à Iove Cau-

Caucaſo alligatum, aquilamque immiſſam, qua hepar illius carpendo attereret. Fingit itaque hic interea dum rupibus affigitur, cauſſam dicere, & apud Mercurium & Vulcanum, de criminibus objectis purgare. Primùm de diſtributione carnium, per extenuationem, dicendo jocum fuiſſe convivalem non fraudem, neque tantum ſupplicium mereri, ex adverſo priora ſua merita referendo. Secundo loco de plaſtice, ubi bifariam reſpondet, & ſuper eo, an homines in univerſum finxiſſe, Diis damnoſum fuerit, & ſuper modo & forma, oſtendens non modò nihil incommodi fictionem hominis attuliſſe Diis, verumetiam utilem & propè neceſſariam fuiſſe. Deinde & hac forma, ita ut Deos referrent facie, & rationis participes eſſent, neceſſe fuiſſe creari. Vltimò de furto ignis reſpondet, neque cæleſti igni quicquam ademptum eſſe, & ad officium Deorum pertinere, ut homines juvent: præſertim cùm ea re ipſe neque opus habeant, neque utantur, homines autem ſacrificando indigeant, & ad ipſorum Deorum miniſterium adhibeant. Occaſio apologiæ ſumitur ex eo, quòd cum Prometheus ſui miſereri Mercurium juberet, ille contrà meritò eum pati hæc dixerat.

ΕΡΜΗΣ.

1 Μὴν Καύκασόν γε, ὦ Ἥφαιστε, ἐπὶ σοὶ, ὦ τέκνον ἄθλιον Τιτᾶνα τοῦτον τὸν βάρβαρον ἐπηλυδῶν ἐλήλυθα. πρόσπολον μὲν γὰρ ἤδη κρημνόν τινα ἐπιτηδειότατον, εἰ μὴ τὸ χεῖρον γεμίσει ἴσον, ὡς βεβαιότερον καθαπτομένη τὰ δεσμὰ, καὶ ἐπὶ σοὶ ἅπασι τοῖς φρασθεῖσιν εἴη κρημνισμένῳ. Ἥφαι. πρόσπολον μὲν ὦ Ἑρμῆ. ἔστι γὰρ πιθανὸν καὶ ἐπίκαιρον ἰσχυρῶς χρῆ, ὡς μὴ ἐπαμώμητον αὐτῷ τὸ πλάσμα εἶναι τοῖς ἄνθρωποι, ἔστι μὲν καὶ τὸ ἄπορον. ἀφανὴς γὰρ ἂν εἴη τοῖς κάτω. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, κατὰ μέσον σκοπῶμέν πω ὑπὲρ τῆς φάραγγος [2] ἀνεσταυρώσθω, ἐπιπαλῆς τὼ χεῖρε λαὸν τοῦτον

MERCVRIVS.

TIbi Caucaſum, ô Vulcane, cui miſer hic Titan affigendus eſt. Iam itaque circumſpiciamus num qua ſit in præcipiti prærupta rupes commoda, nive nudata, cui firmiùs infigantur vincula, & unde hic ſuſpenſus fiat omnibus conſpicuus. *Vulcan.* Circunſpiciamus Mercuri. Neque enim humili in loco & terræ proximo eſt affigendus: ne homines figmentum ipſius opem ferant ipſi. Neque rurſus in ſublimi: nam iis qui ſunt in radice montis non appareret. Sed ſi ita tibi viſum fuerit, hîc in medio ſupra convallem, paſſis hinc atque illinc è regione manibus, cruci

1 Ὁ μὲν Καύκασός] Quid legerit Ottomarus Lucinius hujus dialogi Interpres, non video, omnino aliud legiſſe ſtatuendum eſt. ſat monuiſſe. *Bourd.* Hujus montis deſcriptionem habes apud Arrian. in vita Alexandri. lib. 3. *Cogn.*

2 Ἀνεσταυρώσθω] *Crucifigatur*, inde Caucaſus dictus crux, monuit Lipſ. tract. de Cruce, σταυρὸς pollex. *Bourd.*

1 Ἀπό-

σὸς τὸ σωτήριον. Ἑρ. οὐ λέγεις. [1] ἀνύτομοί τε γὰρ αἱ πέτραι, καὶ ἀπόσκοποι, καὶ ἄβατον ἡμῖν ἐπιπολάζουσαι. καὶ τοῦ ποδὸς τοῦτο τοῦτο ὁ κρημνὸς ἔχει τὸν ἐπίβασιν, ὡς [2] ἀκροποδητί που μόλις ἱστάναι. καὶ ὅλως ἐπικίνδυνος ὁ τόπος ἂν γένοιτο. μὴ μέντοι σὺ γε Προμηθεῦ, ἀλλὰ ἀνάβαινε, καὶ πάρεχε σεαυτὸν καταπηγνύμενον τῷ ὄρει. Προ. ἀλλ' ὑμεῖς γέ μ' Ἥφαιστε, καὶ Ἑρμῆ, προπαίσατέ μοι τὸν ἀξίνην δυσχερῆ. Ἑρ. τοῦτ' ἴφης, ὦ Προμηθεῦ, τὸ προπαίσασθαι, ἀντὶ τοῦ ἀκαιρολογοῦντα σοῦτον μόλις ἀναπεῖσαι τὸ ὑπακούσαι τῷ ἐπιτάγματι. ἢ οὐχ ἱκανὸς εἶναί σοι δοκεῖ ὁ Καύκασος, καὶ ἄλλους ἂν χωρῆσαι δύο τοιούτους παλαιστὰς; ἀλλ' ὄρεγε τὴν δεξιάν. σὺ δὲ Ἥφαιστε, κατάκλινε, καὶ τοῖχόλυε, καὶ τὴν σφῦραν ἐρρωμένως κατάφερε. δὸς καὶ τὴν ἑτέραν, καταλήφῃ δὲ μόλις καὶ αὐτήν. οὐ ἔχει, κραπήσει; ἤδη καὶ ὁ ἀετὸς λάπτεται τὸ ἧπαρ, ὡς παῖδα ἔχοις ἂν τὸ καλὸν καὶ μηχανὴν πλαστικῆς. Προ. ὦ Κρόνε, καὶ Ἰαπετέ, καὶ σὺ Γῆ μῆτερ, οἷα πάσχω ὁ κακοδαίμων, οὐδὲν δεινὸν εἰργασμένος; Ἑρ. οὐδὲν δεινὸν εἰργάσω ὦ Προμηθεῦ, ὃς σοφὸς μὲν τὸν νοῦν εἶ κριῶν ἐγχειρισθείς, ὕστις ἄδικον ἐποίησας, καὶ ἀπατηλόν, ὡς αὐτὸς μὲν τὰ κάλλιστα ἐξελέσθαι, τὰ δὲ λοιπὰ ἐνδοσιμήσας, [3] ὁστᾶ κατ-

cruci affigatur. *Merc.* Rectè dicis: prærupta enim hîc undique sunt saxa, & inacceſſa, ſenſim in declive vergentia: tamque anguſtum habet pedi aditum rupes iſta, ut vix ſummis inſiſtas pedibus. Hîc denique quàm maximè opportuna furca fiat. Ne igitur cunctêre, Promethee, ſed aſcende, & præbe te monti affigendum. *Prom.* At vos ſaltem Vulcane, & Mercuri, miſereſcite mei qui in hanc calamitatem immeritus incidi. *Merc.* Miſereſcite ais ô Promethee: nimirum ut nos ſuo mandato immorigeros protinus in crucem tollat: an non videtur tibi Caucaſus ſatis idoneus ad duos alios palo affixos continendum? At porrige dextram. Tu verò Vulcane, reclude, affige clavum, & malleum potenter impinge. Præbe & alteram, quò & illa ritè implicetur. Bene ſe res habet. jam nunc devolabit aquila tuum jecur depaſtura, ut pro opere illo tuo cùm pulchro, tum ingenioſo quidvis reportes. *Prom.* ô Saturne, ô Iapete, & tu Tellus mater, infœlix ego qui afficior pœnis, qui mali nihil commiſerim? *Merc.* Nihil mali commiſiſti Promethee, qui primò quidem diſtribuendarum carnium obiens munus, tam improbè & varrè te geſſiſti, ut partem opimam tibi ſubduxeris, & oſſibus candido adipe

1 Ἀνύτομοι] Ἀνύξυγοι Angl. ut *exeſi ſcopuli*, apud Senec. Hercule fur. Bourd.

2 Ἀκροποδητὶ μόλις ἱστάναι] Ἀκρόποδες. inde attæ qui inter ambulandum ſtare neſciunt. Caſaub. ad Suet. Tiber. c. 1. tales ſunt Medi, qui, ἐπὶν ἀκροβάται πρὸς ἵππων, ὥσπερ οἱ ὀπὶ πρὸ ἀκροποδῶν βαδίζοντες, μόλις βαδίζουσι. Lucianus. Dial. Mort. In Mſ. legitur μόγις quod idem eſt. *Idem.*

3 Ὀστᾶ κατὰ μοῖραν ἀρχὴν δασμοῦ] Item de Merc. Cond. habet autem accuſationem omnem hanc ab Heſiod. 1. ἔργ. Idem.

1 Me-

λέψας ἀργὸν δημόν; μίμισμαι Ἡσιόδου τὸν Διὸς ὄντως αἰτιώτατον. ἐπισὸν δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἀνίπλασας, πυρὸς γένεσιν ζῶα. καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ πυρὶ κλέψαι, καὶ τοῦτο ἴδιον τοῖς ἀνθρώποις. τοσαῦτα δοὺς ἀφορισμῷ, φῂς μηδὲν ἀδικήσας δεδέσθαι; Πρ. Ἴσως ὦ Ἑρμῆ καὶ σὺ κἂν τὰ ποιητὴν [2] ἀναίτιον αἰτιᾶσθαι, ὃς τὸ τιμᾶσθαι σοφίαις, ἐφ' οἷς ἔτυχε [3] τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως οὐ τὸ δίκαιον ἐγίγνετο ὑπομενόμενον ἂν ἐμοιγε τόν. εἰ γὰρ σχολήσει, ἡδέως ἂν σοι καὶ διαλεγοίμην ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων. ὡς δοκῶμι ἄδικα ἐγκαλεῖσθαι ἐμοὶ τὰ Διός. σὺ δέ, συμβάλου γὰρ οὖν, καὶ δικανικῶς, ἀπολόγησαι ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς δίκαιον τὸν ψῆφον ἴσθι, ἀνεσταυρῶσθαί με πρὸς τὸν Καυκάσιον τόνδε πυλῶν, ἐπὶ τῆς Καυκάσου, οἰκτρὸν θέαμα πᾶσι Σκύθαις. Ἑρ. ἴσθι μὲν ὦ Προμηθεῦ τὸν ὅρκον ἀγωνεῖ, καὶ ἐς ἐδὲν δέον. ὅμως δ' ἐν λέγε. καὶ γὰρ ἄπορος ἔσεσθαι ἀναγκαῖον, ἐς ἂν ὁ ἀετὸς κρέασι τὴν ἐπιμελησόμενός σου τῆς ἥπατος. τὸν δὲ τοῦ μέσου δὴ τούτου χρόνου κενὰς ἂν εἶναι ἔχοι, ἐς ἀπεράσιν κρίσεως σοφιστικῶν, οἷον εἰ σὺ συνηγορήσεις τὸ τοῖς λόγοις. Πρ. σύφορος ἂν ὦ Ἑρμῆ λέγε. καὶ ὅπως μὲ ὡς δικαιότατα κατηγορήσῃς, μηδὲ καθυφῇς τι τοῦ δικαίου τῆς πατρός. σὺ

adipe velatis Iovi impoſueris? Memini mehercle [1] Heſiodi qui ſic locutus eſt. Deinde homines verſutiſſimum genus animantium, ac mulieres in primis effinxiſti. Præter hæc omnia, ignem Deorum præſtantiſſimam poſſeſſionem furatus es, & hominibus dediſti. Cùm tot ſcelera perpetraveris, affirmas te inſontem vinculis implicari? *Prom.* Videris tu quoque Mercuri, juxta poëtam, innocuum incuſare, qui talia mihi objicis, ob quæ, ſi pro merito mecum ageretur, in Prytaneo publicè alendum me cenſuiſſem. Quare, ſi tibi vacat, libenter objecta mihi crimina apud te oratione diluerem, & rationibus demonſtrarem injuſtam ſententiam à Iove contra me pronunciatam. Tu verò, quandoquidem tam eloquio polles, quàm juris ſcientia, Iovis partes tuêre, & proba latum ab ipſo juſtum ſuffragium, quum me huic Caucaſo, prope Caſpias haſce portas, affigendum judicavit, ut miſerrimum Scythis omnibus fiam ſpectaculum. *Merc.* Inanem, & inutilem tentas à Iovis ſententia provocationem. Verùm tamen dicito. Nam alioqui mihi tantiſper eſt expectandum, dum aquila devolet, quæ tui hepatis curam gerat. Itaque otio quod interea ſuppetet, rectè abutemur ad declamationem tuam audiendam, eamque captioſam, cùm ſis in dicendo verſutiſſimus. *Prom.* Tu igitur Mercuri prior dicito, & vide ut mihi quàm graviſſima crimina objicias, nec jus tui patris prodas. Tu verò

1 *Heſiodi*] In Theogonia. *Cogn.*

2 Ἀναίτιον αἰτιᾶσθαι] Vt Dial. Mort. ex Homero. *Bourd.*

3 Τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως] A Platone in Apol. Socrat. εἰ δὲ δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τὰ ἀξίας τιμᾶσθαι αὐτῷ τιμῶμαι τὰ τοῦ πρυτανείου σιτήσεως. Tangit alibi. legend. Dionyſ. Halicar. lib. 5. *Idem.* Locus Athenis ſic dictus quaſi πυρὸς ταμίειον. Cogn.

ἢ ὦ Ἥφαιστ, δικαστὴν ποιοῦμαι ἔγωγε. Ἥφαι. μὰ Δί', ἀλλὰ κατήγορον αὐτὸ δικαστὴ ἴσθι μὲ ἔχων. ὃς τὸ πῦρ ὑφελόμενος, ψυχρόν μοι τὴν κάμινον ἀπολέλοιπας. Προ. ἀκοῦ διελόμενοι τὴν κατηγορίαν, σὺ μὲν ὡς τὸ κλοπῆς ἤδη σαυτοῦ. ὁ Ἑρμῆς ἢ κἀμὲ τὴν ἀνθρωποποιίαν, καὶ τὴν κρεανομίαν αἰτιάσῃ, ἄμφω ἢ τεχνῖται, καὶ εἰκὸς δεινοὶ ἀμφοτέρω εἶναι. Ἥφαι. ὁ Ἑρμῆς καὶ υἱὸς ἐμὸς ἱερεῖ. ἐγὼ γὰρ οὐ πρὸς λόγοις τοῖς δικανικοῖς εἰμι, ἀλλ' ἀμφὶ τὴν κάμινον ἔχω πολλά. ὁ δὲ, ῥήτωρ ἐστὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκριβῶς μεμελέτηκεν αὐτός. Προμ. ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ποτε φαίην καὶ σὲ τὸ κλοπῆς τὸν Ἑρμῆν ἐληλυθέναι ἂν εἰκῇ, οὐδὲ ἀνεπιθέτως μοι τὸ τοιοῦτο ὀμοτέχνῳ ὄντι. πάλιν δ' αὖ εἰ καὶ τοιοῦτον, ὦ Μαίας παῖ, ὑφίστασαι, καιρὸς ἤδη προφέρειν τὴν κατηγορίαν. Ἑρ. πάνυ γὰρ ὦ Προμηθεῦ μακρῶν δεῖ λόγων, καὶ ἱκανῆς τινος διηκονίας, ἐπὶ τὰ σοὶ πεπραγμένα. ἀρχὴ ἢ ἁπάσης μήνις τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τῶν ἀδικημάτων. ὅτι ἐπιτραπέντι σοι μοιρᾶσαι τὰ κρέα, σωτὴρ μὲν τὰ κάλλιστα ἐφύλαττες, ἐξηπάτησας ἢ τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, οὐδὲν δέον. καὶ τὸ πῦρ κλέψας παρ' ἡμῶν, ἐνέμισας παρ' αὐτοῖς. καί μοι δοκεῖς ὦ βέλτιστε, μὴ σωφρονεῖν ἐπὶ τοῖς τηλικούτοις, πάνυ φιλανθρώπῳ ἔ Διὶ πεπιστευμένῳ. εἰ μὲν οὖν ἔξαρνοῖ καὶ μὴ εἰργάσθαι αὐτὰ, δῆτα καὶ διελέγχειν, καὶ ἔστιν ἅπερ μακρῶν ἀποτείνειν. καὶ πιθοῦ ὡς ἔνι μάλιστα ἐμφανίζειν τὴν ἀλήθειαν. εἰ ἢ φῂς τοιαῦτα πεπονθέναι τὴν νομὴν τῶν κρεῶν, καὶ τὰ σὰ τοὺς ἀνθρώπους καινουργῆσαι, καὶ τὸ πῦρ κεκρὸ Vulcane judicem constituo. *Vulc.* Non per Iovem, sed pro judice me accusatorem habebis, tu qui surrepto igni gelidam officinam reliquisti. *Prom.* Divisa igitur actione, tu quidem de furto orationem connecte : Mercurius verò me hominum formationis, & carnium distributionis reum aget : videmini enim ambo periti artifices, & dicendi facultate præditi. *Vulc.* Mercurius meo nomine verba faciet. Ego enim ad judiciales dissertationes non sum comparatus : sed de rebus quæ ad focum pertinent multa quidem dicere possim : at ille est disertus orator, qui hæc non perfunctoriè curavit. *Prom.* Nunquam putassem Mercurium voluisse de furto dicere, idque mihi exprobraturum fuisse eum qui eandem artem exerceat. Sed quoniam, ô Maiæ fili, hujusmodi actionem aggrederis, jam tempestivum est accusationem expedire. *Merc.* Longa profectò opus est oratione, multoque apparatu Prometheæ, si tua facinora velim insectari. Neque enim sola criminum capita recensere satis est. Nimirum quòd commisso tibi distribuendarum carnium officio, portionem optimam tibi servaris, regique imposueris : quodque homines, quibus nihil opus erat, efformaris. Denique quòd subductum nobis ignem ad illos tuleris : qua in re, vir optime, Iovis benignitatem expertus, non tamen eam intellexisse videris. At verò si hæc te admisisse flagitia inficiaberis, longa oratione confutandus eris : mihique danda opera ut veritatem patefaciam. Sed si concesseris te carnes distribuisse, homines recens effinxisse, & ignem furatum,

κλοφέναι, ἱκανῶς κατηγόρηταί μοι, καὶ μακρότερος σὺν ἂν εἴποιμι. λῆρος δ' ἄλλως τὸ τοιοῦτον. Προμ. εἰ μὲ καὶ τοῦτο λέγος ἐστὶν ἃ εἴρηκας, ὀψόμεθα μικρὸν ὕστερον. ἐγὼ δ' καὶ ἐπὶ τῷ ἱκανὰ φῆς εἶναι τὰ κατηγορημένα, πειράσομαι ὡς ἂν οἷός τε ὦ, ἀφαλύσασθαί τὰ ἐγκλήματα. καὶ πρῶτον μὲ ἄκουσον τὰ περὶ τῶν κριῶν. καίτοι νὴ τὸν ἥλιον, καὶ νῦν λίαν τοῦτο, αἰσχύνομαι ὑπὲρ Διὸς, εἰ ὅτου μικρολόγου καὶ μεμψίμοιρός ἐστι, ὡς δίοπι μικρὸν ὀστοῦν σὺν τῇ μεγάλῃ δορᾷ, ἀνασκολοπισθησόμενον πέμπειν παλαιὸν ὄντα θεόν, μήτε δ' συμμαχίας μεμνῆσθαι, μήτε αὖτο δ' ὀργῆς τὸ κεφάλαιον ὃ ἐστι συνοῆσαι. καὶ [1] ὡς μεγαλίως τὸ τοιοῦτον ὀργίζεται, καὶ ἀγανακτεῖ, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται. καίτοι ὅς γε ἁπάσης ἂν Ἑρμῆ τοιαύτης συμποτικῆς ὕβρεως, ἄχρι οὗπερ [2] ἀπομνημονεύσειν. ἀλλ' εἴ καί τι ὑμῶν μεθ' ἡδονῆς ἐνωχλήμεν, παιδιᾶς ἕνεκα, καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ συμπεσὸν καταλιπεῖν τῶν ὀργίλων. ἐς δ' τὸ αὔριον πεμπούσας τὸ μῖσος, καὶ μνησικακεῖν, καὶ ἐωλόν τινα μνήμην ἀφυλάκτειν, ἄπαγε, ὅτι θεοῖς πρέπει, ὅτι ἄλλως βασιλικόν. ὦ γὰρ ἀφίλητος τῆς τοιαύτης συμπεσούσης τοῖς κρεμψείας τούτας, ἀπατᾶν, καὶ σκώπτεσθαι, καὶ τὸ σκώπτειν, καὶ ἐπισκώπτειν, τὸ καταλιπόμενόν ἐστι μέθη, καὶ κόρος, καὶ σιωπὴ, σπυρωπὰ καὶ ἀτρεπῆ πράγματα, καὶ ἥκιστα συμποσίου περίπατος. ὥστε ἐγὼ οὐδὲ μνημονεύειν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐπ' ὦμόν τὸν Δία. οὐχ ὅπως καὶ τηλικοῦτος ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, καὶ πάνδεινα ἐγκαλεῖν. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἱκανῶς ἐστι, καὶ μακρότερος σὺν ἂν εἴποιμι. λῆρος δ' ἄλλως τὸ τοιοῦτον. Προμ. εἰ μὲ καὶ τοῦτο λέγος ἐστὶν ἃ εἴρηκας, ὀψόμεθα μικρὸν ὕστερον. ἐγὼ δ' καὶ ἐπὶ τῷ ἱκανὰ φῆς εἶναι τὰ κατηγορημένα, πειράσομαι ὡς ἂν οἷός τε ὦ, ἀφαλύσασθαί τὰ ἐγκλήματα. καὶ πρῶτον μὲ ἄκουσον τὰ περὶ τῶν κριῶν. καίτοι νὴ τὸν ἥλιον, καὶ νῦν λίαν τοῦτο, αἰσχύνομαι ὑπὲρ Διὸς, εἰ ὅτου μικρολόγου καὶ μεμψίμοιρός ἐστι, ὡς δίοπι μικρὸν ὀστοῦν σὺν τῇ μεγάλῃ δορᾷ, ἀνασκολοπισθησόμενον πέμπειν παλαιὸν ὄντα θεόν, μήτε δ' συμμαχίας μεμνῆσθαι, μήτε αὖτο δ' ὀργῆς τὸ κεφάλαιον ὃ ἐστι συνοῆσαι. καὶ [1] ὡς μεγαλίως τὸ τοιοῦτον ὀργίζεται, καὶ ἀγανακτεῖ, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται. καίτοι ὅς γε ἁπάσης ἂν Ἑρμῆ τοιαύτης συμποτικῆς ὕβρεως, ἄχρι οὗπερ [2] ἀπομνημονεύσειν. ἀλλ' εἴ καί τι ὑμῶν μεθ' ἡδονῆς ἐνωχλήμεν, παιδιᾶς ἕνεκα, καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ συμπεσὸν καταλιπεῖν τῶν ὀργίλων. ἐς δ' τὸ αὔριον πεμπούσας τὸ μῖσος, καὶ μνησικακεῖν, καὶ ἐωλόν τινα μνήμην ἀφυλάκτειν, ἄπαγε, ὅτι θεοῖς πρέπει, ὅτι ἄλλως βασιλικόν. ὦ γὰρ ἀφίλητος τῆς τοιαύτης συμπεσούσης κρεμψείας τούτας, ἀπατᾶν, καὶ σκώπτεσθαι, καὶ τὸ σκώπτειν, καὶ ἐπισκώπτειν, τὸ καταλιπόμενόν ἐστι μέθη, καὶ κόρος, καὶ σιωπὴ, σπυρωπὰ καὶ ἀτρεπῆ πράγματα, καὶ ἥκιστα συμποσίου περίπατος. ὥστε ἐγὼ οὐδὲ μνημονεύειν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐπ' ὦμόν τὸν Δία. οὐχ ὅπως καὶ τηλικοῦτος ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, καὶ πάνδεινα ἐγκαλεῖν.

tum esse, abundè tua crimina commemoravi: nec pluribus est opus, alioqui hoc esset nugari. *Prom.* An nugæ sint quæ dixisti, posthac videbimus. Nunc verò quoniam absoluta est tibi, ut ais, adversum me accusatio, ego pro virili crimina diluere conabor. Primò quidem audi quæ dicam de carnibus: quanquam per cœlum, hæc de Iove nunc dicere me pudet, eum adeò rixosum ac querulum esse, ut quoniam minutulum os in sua portione invenit, me tanto nunc tempore pro Deo habitum palo affigendum huc miserit, immemor sanè auxilii à me accepti, nec perpendens cujus sit momenti caput hujus indignationis. Nemo enim non videt puerilem esse hanc excandescentiam & indignationem, quia majorem partem non accepit. Verùm hujusmodi convivalium fraudium, ut puto, meminisse non est æquum: quin siquid inter epulandum, delicti est commissum, pro joco ducere, ibique iram in convivio relinquere convenit. Absit autem ut quisquam odium in crastinum recondat, ac veteris injuriæ recordetur, & pridiani facti meminerit, quod neque Deum neque regem decet in primis. Quare si è conviviis dempseris festivitates istas, fraudem, dicteria, sales, irrisionem, nihil supereſt præter temulentiam, satietatem, silentium, morosas & injucundas actiones, quæ convivio nullatenus conveniunt. Ideoque Iovem facti postridie non recordaturum putabam: nec tantum ob rem tantillam stomachaturum, seque gravissimam

1 Ὡς μεγαλίως] Sic in Timon. & Toxare. *Bourd.*

2 Ἀπομνημονεύσειν] Μισῶ μαθήματα συμπότου. Id. in Lapith. *Idem.*

ἀδικῆσαι πεπυσμένος, εἰ διαιροίμην τὰς κρέας, παιδιάν τινα ἔπαιζε, πειράμενος εἰ ἀλαγώστητον τὸ βέλτιον ἑλοίμην. πλὴν ἀλλ' ὁ Ἑρμῆς τὸ χαλεπώτερον, μὴ τὸν ἥλιον μοῖραν ἀπονενεμηκέναι τῷ Διΐ, τὸν δὲ ὅλον ὑφηρῆσθαι. τί δὲν ἀφ' οὗτος ἐγκαλῶ, τῇ γῇ τὸ ἥμισυ ἀναμεμίχθαι, καὶ ἄστρα, καὶ θηρία, καὶ Καύκασον ὅλον ἐπινοεῖν, καὶ ἀετὸν καθαπίπτειν, καὶ τὸ ἧπαρ ἀνάπτειν; ὅσα γὰρ μὴ πολλὰ τοῦτα κατηγορῶ ἐγὼ ἀσμενεκτῶν· αὐτὸ μικρὸν ψυχίον, ἐξ ἀληθείας γνώμης, καὶ οὐδ' ὀργὴν δίκαιον. ἢ τί ἂν ἐπαίσιον ἔδρασεν ὅλον δὶς ἀπολέσας, εἰ κρεῶν ὀλίγων ἕνεκα [1] τοιαῦτα ἐμάζετο; καίτοι πόσῳ οἱ ἄνθρωποι δυσγνωμονέστερον ἔφερον πρὸς τὰ τοιαῦτα, ὡς εἰκὸς ἦν ἐπὶ τοῖς ὀργὴν ἐξυπτόρνης εἶναι τῷ θεῷ; ἀλλ' ὅμως ἐκεῖναι μὲν ἔστιν ὅτε πρὸ μαγείρου σταυρῷ ἂν τιμήσαιτο, εἰ τὰ κρέα ἴψαν, καθεῖς τὸ δάκτυλον ἢ ζωμὸν [2] περιελιχμήσατο, ἢ ὀπτὸμψαν ἀπαναισάσας τῶν κρεῶν κατεβρόχθισεν, ἀλλὰ συγγνώμην ἔσχηκεν αὐτοῖς. εἰ δὲ καὶ παῖν ὀρχεῖσθαι, ἢ κυνδύλους σύστρεψαι, ἢ καὶ κόρρης ἐπάταξαι, ἀνεσκολοπίσθη δὲ ἂν ἐκεῖνος παρ' αὐτοῖς τῶν τηλικούτων ἕνεκα. καὶ ὦδε μὲν τῶν κρεῶν, τοσαῦτα. αἰσχρὸς μὲν καὶμοὶ ἀπολογία, πολὺ δὲ αἰσχίων κατηγορία ἐκείνου. περὶ δὲ τῆς πλακοῦντος, καὶ ὅτι τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησα, καιρὸς ἤδη λέγειν. τοῦτο δὲ ἐμὴ δίτιμον ἔχει τὴν κατηγορίαν, ὡς οἶδα καθ' ὁ τοῦτο αἰτιᾶσθέ με. πότερα, ὡς ὅλον ὅλων

mam injuriam accepisse existimaturum, si cùm carnes distribuerem, ludere voluerim, experiendo num in delectu partium, præstantiorem dignosceret. Verùm Mercuri, rem pone graviorem, me nimirum minorem portionem Iovi non distribuisse, sed totum abstulisse. Nunquid ideo, quod ajunt, terræ cœlum permiscere par erat, & vincula & cruces, totumque Caucasum excogitare, & aquilas quæ jecur tondeant demittere? vide quæso annon hæc indignantem ipsum, pusilli, ignobilis, & in iram propensi animi coarguant. Ecquid, bone, integro privatus fecisset, quum ob pauculas carnes hæc agat? atqui homines quanto sunt in his æquiores, quos ad iram Diis acriores esse conveniebat? Verùm tamen illorum nemo hactenus coquum cruce mulctavit, quòd carnes elixans, immissum jusculo digitum vitus sit circumlambere, aut nonnihil tostarum carnium vellens deglutiverit: sed veniam ipsis concedunt. Quòd si graviùs fuerint irati, vel pugnis impetunt, vel alapas impingunt, nec ullum invenias, qui in crucem sublatus fuerit. Et hæc de carnibus, turpis quidem meæ causæ defensio: sed turpior illius accusatio. Iam verò sequitur tempus dicendi de plastice, & de hominibus à me formatis. Quod cùm geminam contineat accusationem, cujusnam culpæ Mercuri me primò reum agas, non satis compertum habeo. Vtrum, quod nequaquam homines

1 Τοιαῦτα ἐμάζετο] Anglic. τηλικαῦτα ὀργίζετο. Bourd.

2 Περιελιχμήσατο] Scribe ὠφελιχμήσατο, ut in Anglic. Cod. & ita rescripseram. tangit coquos catillones quorum supplicium flagella, crux, candens lamina dixerunt interpret. Martial. & Horat. *Idem.*

1 H*

ἐχρῆν τοὺς ἀνθρώπους γενέσθαι, ἀλλ' ἄμεινον ἦν ἀτρεμεῖν αὐτοὺς χθὲς ἄλλως ὄντας ἀπράγμονας, ἢ ὡς πεπλάσθαι μὲ ἐχρῆν, ἄλλον δέ τινα καὶ μὴ τοῦτον διεκπραττόμενον τὸ πρόσπαν; ἐγὼ δ' ὅμως ὑπὲρ ἀμφοῖν ἐρῶ. καὶ σκόπει γε ὡς εὐδήμιά τοῖς θεοῖς ἀπὸ τούτου βλάβη γιγνήσεται, ἢν ἀνθρώπους ἐς τὸν βίον ἀναχθέντας, πειράσομαι διεκνεῦσαι. ἔπειτα δ' ὡς καὶ συμφορὰν καὶ ἄμεινον τοῦτο αὐτοῖς ἀναπολῶ, ἢ εἰ ἐρήμους καὶ ἀπανθρώπους σπουδάσαι τὴν γῆν μόνον. [2] ἰὼ τοίνυν πάλαι, ῥᾷον γὰρ ἔσται δῆλον ἂν μέλλοιτο εἰ τι κἀδικήσω ἐγὼ μεταμορφούμενος, καὶ ποιήσας τὰ νῦν τοὺς ἀνθρώπους, τὸ θεῖον μόνον καὶ τὸ ὑπερφύιον γνόντος. ἡ γῆ δ', ἄρχετον τι χρῆμα καὶ ἄμορφον, ὕλαις ἅπασα, καὶ πανταχοῦ ἀνημέρους λάσιος. ἔστι δ' βωμοὶ θεῶν, ἢ νεώς. πόθεν δὲ ἄγαλμα, ἢ ξόανον, ἢ τί ἄλλο τοιοῦτο, οἷα πολλὰ νῦν ἀπανταχοῦ φαίνεται μὴ πάσης ἐπιμελείας τιμώμενα; ἐγὼ δ', ἀεί γάρ τι εὐβουλεύομαι εἰς τὸ κοινὸν, καὶ σκοπῶ ὅπως αὐξηθήσεται μὲ τὰ τῶν θεῶν, ἐπιδώσει δὲ καὶ τὰ ἐμὰ πάντα εἰς κόσμον, καὶ κάλλος. σύνιστε ὡς ἄμεινον ἦν ὀλίγον ὅσον δ' πηλὸν λαβόντα, ζῶά τινα συσήσασθαι, καὶ ἀνατλάσαι, τὰς μορφὰς μὲ ἡμῖν αὐτοῖς ἐοικότα. καὶ γὰρ εὐθὲν τι ὠφελεῖ τοῦ θείου, μὴ ὂν δ' ὅμοιον ἑαυτῷ. καὶ ὡς ὁ ὅμοιος ἡ ἐξέτασις γνωσθήσεται, εὐδαιμονέστερον λαφύσσειν αὐτό. ἔνιοι μὴν αὐτοὶ εἶναι. εὐμηχανώτερον δ' ἄλλως, καὶ σωτικώτερον, καὶ δ' βελτίονος putabam, quòd nihil esset ipsi oppositum, ex cujus collatione facta disquisitione, eam beatiorem esse constaret: veluti modò, si numen cum homine conferas qui mortalis est, quanquam ingenio, prudentia, & rerum optimarum notitia plurimum pollet. Qua-

mines fieri oportebat, sed satius erat eos terræ rudis instar non moveri? an verò quòd eos efformari quidem oportuerit, sed aliam ab ea quam induxi inducendam fuisse formam judicarit? Equidem de utroque hoc capite verba faciam. Ac primùm quidem, Deos nihil detrimenti accepisse hinc, quòd homines in vitam adducti sint, demonstrare conabor. Deinde etiam, longè magis in utilitatem & commodum ipsis id vertere, quam si deserta, & hominibus destituta terra permansisset. Erat igitur olim (Sic enim faciliùs palàm fiet, numquid ego deliquerim in hac formæ humanæ renovatione) solum divinum, & cœleste genus numinum. Terra verò inculta & informis, tota sylvis iisque squalidis hirta horrescebat: Deorum nullæ erant aræ, aut templa. Vnde autem statua aut simulachrum, aut alia id genus, qualia multa undiquaque omni studio coli constat? Ego verò, cùm semper aliquid in commune bonum consilio provideam, ac dispiciam quomodo res Deorum augeri possint, aliaque omnia decoris & venustatis incrementum capere. Nihil satius esse animum induxi, quàm si pusillum luti acciperem, & inde animantia componerem & effingerem, quæ forma nobis Diis essent assimilia. Illud enim naturæ divinæ deesse

2 Ἰὼ τοίνυν πάλαι] Ὡς ἂν τοίνυν πάλαι, patet infra ih hoc dial. *Marc.*

αἰθανόμβροτον. καὶ δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν λόγον, γαῖαν ὕδατί φύρας, καὶ Ἀθηναίαις, ἀνίπλασται τὰς ἀνθρώπους. καὶ τῶν Ἀθηναίων ἕνεκα ἐβουλόμην σοι συμπολεμεῖν μοι ἔργον. τοῦτ' ἐστὶ τὰ μεγάλα ἐγὼ τοῖς θεοῖς ἠδίκηκα. καὶ τὸ ζημίωμα ὁρᾷς πηλίκον, εἰ οὐ πηλὸν ζῶα πεποίηκα, καὶ τὸ τῶν ἀκινήτων, εἰς κίνησιν ἤγαγον. καὶ ὡς ἔοικε τὸ ἀπ' ἐκείνου, ἧττον θεοί εἰσιν οἱ θεοί, διότι καὶ ἐπὶ γῆς θνητὰ ζῶα τινα γεγόνασιν. ὥστε γὰρ ἀγανακτεῖ ὁ Ζεὺς ὥσπερ ἐλαττωμένων τῶν θεῶν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων γενέσεως. εἰ μὴ ἄρα τοῦτο δεδοίκασιν, μὴ καὶ αὐτοὶ δόξωσιν ἐπ' αὐτῶν βελτίωσιν, καὶ πόλεμον ἐξενέγκωσι θεοῖς τοῖς θεοῖς, ὥσπερ οἱ γίγαντες. ἀλλ' ὅτι μὲ δὴ ὑβρίσαι ἠδίκησθε θεοὶ ἐμοῦ ἕνεκα Ἑρμῆ, καὶ τῶν ἐμῶν ἔργων, δῆλον. ἢ σὺ δέδιάς τι καὶ ἐν τῷ μικροτάτῳ, καίτοι σιωπήσομαι, καὶ δίκαια ἔσομαί σοι πεπονθὼς θεοῖς ὑμῶν. ὅτι δ' χρήσιμα ταῦτα μελήσει τοῖς θεοῖς, ὅπως ἂν μέθοδος, εἰ ἐπιβλέψειας τῇ γῇ ὑγιεῖ σώμασι καὶ ἀκμαίᾳ θεοῖς, ἀλλὰ πόλεσι, καὶ γεωργίαις, καὶ φυτοῖς ἡμέροις διαπεπασμένῃ, καὶ τὴν θάλατταν πλοιομένην, καὶ τὰς νήσους κατοικουμένας, ἀπανθρακοῦν βωμούς, καὶ θυσίας, καὶ ναούς, καὶ πανηγύρεις. μεστὴ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγορά. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐμφυτος μόνον κτῆμα τοῦτο ἐπλασάμην, ἐπλεονέκτουν ἂν τῆς χρήσεως. νῦν δ' εἰς τὸ κοινὸν φέρων, τί δείσω ὑμῶν αὐτοῖς. μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ σοῦ δέ, ὦ Ἑρμῆ, νεὼς ἰδίᾳ ἀπανθρακοῦν ἔστι. Προμηθέως δ', ἀδαμοῦς. ὁρᾷς

Quare [1] juxta poëtæ dictum, Terra cum aqua pinsita & subacta homines effoimavi, Minervam precatus ut opus mecum aggrederetur. Hæc sunt magna illa facinora quibus Deos offendi. At quanta sit mulcta vides, eo quòd ex luto animantia fabricavi, & quod tum erat immobile ad mobilitatem adduxi: & quemadmodum videtur ab eo tempore, Dii minùs sunt Dii, quoniam mortalia quædam animantia in terris nata sunt. Sic enim stomachari videtur Iupiter: ac si viliores Dii ex hominum procreatione sint redditi, nisi fortè hoc veretur ne defectionem moliantur homines, & ut olim Gigantes, bellum Diis inferant. Patet itaque vos à me, meisque operibus nulla injuria læsos. Aut tu vel minimum quid proter, & ego has meritò pœnas vobis daturus conticebo. Quod autem hinc Diis accedat utilitas, ita comperies, si inspexeris quàm non amplius squalida ac deformis sit terra, sed uribus, agricultura, & mitibus plantis exornata, ut jam mare navigetur, insulæ incolantur, undique aræ, victimæ, templa, festivitates statuantur: adeò ut viæ passim, & hominum conciones Iovis sint omnes plenæ. Nam si mihi soli possessionem hanc comparassem, plus utilitatis caperem. jam verò ut communi bono consulerem, vobis ipsis homines composui. Hinc & Iovi, & Apollini, tibi quoque Mercuri sacra delubra ubique videre est: verùm Prometheo, nullibi. Vides ut rei privatæ

1 *Iuxta poëta dictum*] Æschylum intellexit. *Cogn.*

2 Μὴ ἔστι δόξωσιν ἐπ' αὐτῶν βελτίωσιν] Μὴ ἔτι δόξωσιν ἀπ' αὐτῶν. **Marc.**

ὅπως ταμιευτὴν μόνα σκοπῶ, τὰ χρήματα ἢ κατασπαθίζομαι, καὶ ἐλάττω ποιῶ; πρὸς δέ μοι ὦ Ἑρμῆ καὶ τόδε. σύνοισθα δέ τι σοι δοκεῖ ἀγαθὸν ἀμφίτυρον ἢ κτῆμα, ἢ πόσημα, ὃ μηδεὶς ὄψεται, μὴ ἢ ἐπαινέσεται ὁμοίως ἠδὺ καὶ πρᾶγμα ἔσαξ τῷ ἔχοντι. ἆρ' οὖν δή τι τοῦτ' ἔφλω, ὅτι μὴ γεγονόμενοι τὸ ἀνθρώπων, ἀμφίτυρον σωιέσασι τὸ κηλλοβόειον ὅλων. καὶ πλέον τινα πλουτήσειν ἐμέλλομεν. ὅτε γὰρ ἄλλου τινὸς ἡμᾶς ἐδεόμεθα, ὅτε ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίως ἦμεν. νῦν γὰρ ἂν εἴχομεν ἆρα τι ἄλλο πλέον ἐδαιδώμεθα αὐτόν. νῦν δ' ἂν σωιόμεθα ἡλίκα δύναιμεθα, οὐκ ὁρῶντες ἀμφίρυς τὸ ἡμετέρων τινάς. ὅτε γὰρ δὴ καὶ τὸ μέγα διαχθὲν ἂν μέγα, εἰ τῷ μικρῷ ἐδαμείζοιτο. ὑμεῖς δ', τιμᾶν ἐπὶ τῷ πολιτεύματι τούτῳ δέον, ἀνεσταυρώκατέ με, ἐ ταύτῃ μοι τὴν ἀμοιβὴν ἀπεδώκατε ἧς βελεύματος. ἀλλὰ κακοῦργοί τινες φῆς εἶναι ἐν αὐτοῖς, ἐ μοιχεύσι, ἐ πολεμοῦσι, καὶ ἀδελφὰς γαμοῦσι, καὶ παρανύμφους ἐπιβουλεύουσι. παρ' ἡμῖν γὰρ οὐχὶ πολλὰ τούτων ἀφθονεῖ; καὶ ἐ δῆτα ἀφ' τούτου αἰτιάσαιτ' ἂν τις τὸ θεῖον, καὶ τὴν γῆν, ὅτι ἡμᾶς σωιεφήσασθε; ἐπεὶ ἐ τοῦτο ἴσως φαίης ἄν, ὅτι ἀνάγκη πολλὰ ἡμᾶς ἔχειν πραγματα ἐπιμελουμένους αὐτῶν. οὐκοῦν ἀφ' γε τούτου καὶ ὁ νομεὺς ἀχθέσθω. ἐπὶ τῷ ἔχειν τὴν ἀγέλην, διό τι ἀναγκαῖον αὐτῷ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῆς. [1] καὶ εἰ τούτῳ γε ἐρῳδιὸς τοῦτο, καὶ ἦν ἄλλος, καὶ ἡ Φοινὶς ἆρα ἀτρεπὲς ἔχουσά τινα ἀφ' πτερυγίων. τί γὰρ ἂν ἐπράτομεν, εἰ

vatæ commoda ſpecto: remp. verò prodo, & imminuo? Præterea illud expende Mercuri, Num tibi videatur bonum ſine teſte, ſive illud ſit poſſeſſio, ſive opus, quod nemo intueatur, nemo laudet, æquè jucundum & delectabile futurum poſſidenti, atque quod teſtibus abundat? Quod ideo dixi, quia niſi eſſent homines, univerſi pulchritudo teſtibus careret, & divitias poſſideremus, quas ipſimet non tanti faceremus, ſi earum admiratione nemo caperetur. Neque enim quicquam deterioris extaret ſortis cum quo ipſas conferremus: nec intelligeremus quanta beatitudine fruamur, niſi quoſpiam noſtrorum bonorum expertes videremus. Magnum enim hoc pacto, magnum videri poſſit, ſi cum parvo comparetur. At vos cùm mihi pro bene conſulto facinore honorem debeatis, cruci me affixiſtis, atque hujuſmodi gratiam pro commento rependiſtis. Verumenimvero, flagitioſi ſunt, inquis, inter ipſos, qui mœchantur, bella gerunt, ſorores connubio ſibi jungunt, parentibus inſidiantur. Quaſi verò apud nos hujuſmodi ſcelerum multitudo non vigeat? Num idcirco ullus cœlum & terram culparit, quòd ex iis prognati ſumus? Quin & hoc forte dixeris, neceſſum eſſe ut eorum cura nobis faceſſat negotium. Ideo igitur gravetur paſtor qui gregem habeat, quòd ejus curam gerere ſibi neceſſe ſit. Cui ſi ſit hoc operoſum, eſt etiam jucundum, & hæc non inſuavis ſolicitudo quandam habet exercitationem. Nam quid faceremus, ſi nihil eſſet

1 Καὶ εἰ τούτῳ γε] Καὶ τοὶ τούτῳ γε. Marc.

ἐκ δ' ἀπωθῆναι ἀφορμὴν πρὸς τὸ μεῖζον εἰκαζομένην, μοιχὸν, ἢ φαρμακέα σε, ἢ ἄλλο τοιοῦτον ἄλλο δοκεῖν ποιεῖ. ὁ μὲν γὰρ κατήγορος, καὶ σιωπῶν ἀξιόπιστος· σὺ δ' ἄλλως, καὶ ῥᾳδίως τρέπου, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀδικίαν εὐκόλως. τοιοῦτος γὰρ ἅπαντας ὑμᾶς εἶναι οἴονται. καὶ μάλα εἰκότως. δοκῶ γάρ μοι ἐκ τοιαύτης δόξης αὐτῶν, ὧν ἔχουσι περὶ ὑμῶν, κακῶς ἀκούειν τὴν αἰτίαν. πολλοὶ γὰρ οἱ εἰς τὰς οἰκίας παρελθόντες, ὑπὲρ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι, μαντείας, καὶ φαρμακείας ὑπισχνοῦνται, καὶ χαλεπὸς ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἀπαγωγὸς τοῖς ἐχθροῖς. καὶ ταῦτα πεπαιδευμένοι λέγοντες, καὶ τρίτανας ἀμπεχόμενοι, καὶ πώγωνας σὺν σύγκρυφοῖς κατειμένοι. εἰκότως δὴ τὴν ὁμοίαν περὶ πάντων ὑπόνοιαν ἔχουσιν, ὃς ἀφείσης ὠοῦ, τοιοῦτος ὁρᾶται, καὶ μάλιστα ἐπιτηρῶντες αὐτῶν τὰ ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τῇ ἄλλῃ ξυνουσίᾳ κολακείαν, καὶ τὴν πρὸς τὸ κέρδος δυλοπρέπειαν. ἀπιστοῦμενοι δὲ, αὐτὸς μισοῦσι, καὶ μάλα εἰκότως. καὶ ἐξ ἅπαντος ζητοῦσιν ὅπως ἄρδην ἀπολοῦσιν, ὡς δύνανται. λογίζονται γὰρ ὡς ἐξαγριώσουσιν αὐτῶν τὰ πολλὰ σκεύη τῇ φύσει ἀποῤῥήξας, ὡς ἅπαντας εἰδότες ἀκριβῶς, καὶ γυμνοὺς αὐτοὺς ἐπιτηδεύοντες. τοῦτο τοίνυν ἀπορρίψαι αὐτούς. ἅπαντες γὰρ ἀκριβῶς ὅμοιοί εἰσι τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσοῖ μὲν οἱ ὀμφαλοὶ, πορφυρᾶ δ' ἔκτοθεν ἡ διφθέρα. τὰ δ' ἔνδον, ἢ Θυέστης ἐσθίων τῶν τέκνων ἐπώμῳ, ἢ Οἰδίπους τῇ μητρὶ ξυνὼν, ἢ Τηρεὺς δύο ἀδελφὰς ἅμα

ipso quod ejectus es, calumnia majorem ad verisimilitudinem conficta, facit ut aut adulter, aut veneficus, aut aliud quippiam tale videaris. Nam accusator etiam tacens fide dignus habetur: tu verò Græculus, moribus levibus, & ad scelus omne facilis. Vos enim omnes hujusmodi esse ducunt, idque jure optimo. Nam mihi causam advertisse videor cur ita de vobis sentiant. Etenim plerique qui in familias veniunt, quoniam boni aliud *nihil* norunt, divinationem ac veneficia pollicentur, amorum conciliationes, abductiones in hostes: idque eruditos sese affirmantes, palliis involuti, barbasque non contemnendas promittentes. Quare eadem de omnibus meritò suspicantur: quos optimos putabant, cùm tales videant, ac in primis usitatam illis, & in conviviis, reliquoque convictu adulationem observent, quinetiam in captando lucro servilem animum. Ejectos autem eos oderunt, neque injuria: & undiquaque rationem quærunt, qua si possint, eos funditus perdant. Cogitant enim fore ut multa illa suæ naturæ arcana, ut quibus exactè sint nota, & qui nudos illos viderint, in vulgus efferant. Illud igitur eos angit. Omnes enim sunt similes pulcherrimis istis libris: quorum aurei umbilici, purpurea foris pellis: sed intus, vel est Thyestes liberos suos comedens, vel, Oedipus matris maritus, vel [1] Tereus cum duabus pariter sororibus rem habens. Ta-

1 *Tereus*] Cum sequeretur Prognem uxorem & ejus sororem Philomelam, ambæ versæ sunt in aves. Ovid. 6. Met. Pers. Sat. 6. *Cogn.*

1 E'noi-

ὀπύσω. τοιοῦτοι γὰρ αὐτοί εἰσι, λαμπροὶ, καὶ ἀξιοθαύμαστοι. ἔνδον δ' ὑπὸ τῇ πορφύρᾳ, πολλὴν τινὰ τραγῳδίαν σκέπουσιν. ἔκφυσον γὰρ αὐτῶν ἑκάτερον ἐξελίξας, δράμα τι μικρὸν εὑρήσεις Εὐριπίδου τινὸς, ἢ Σοφοκλέους. τὸ δ' ἔξω, πορφύρα δαπανηρὰ, καὶ χρυσοῦς ὁ ὀμφαλός. πολλοὶ δὲ ξυνεπιτιθέμενοι αὐτοῖς, μισοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσιν, εἴ τις ἀποστὰς, ἀκριβῶς κατανενοηκὼς αὐτοὺς ἐκτραγῳδήσῃ, καὶ ἀφῇς πολλοὺς ἐρεῖ. βούλομαί δ' ὅμως ἔγωγε ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος, εἰκόνα τινὰ σοὶ τοιούτου σου βίου γράψαι, ἵνα εἰδῇς αὐτὸν ἐπιβλέπων, εἰ σοὶ παραστατέον ἐστὶν εἰς αὐτόν. ἡδέως μὲν δὴ Ἀπελλῆ τινα, ἢ Παρράσιον, ἢ Ἀετίωνα, ἢ καὶ Εὐφρανορα ἂν ἐδεήθην ἐπὶ τὸν γραφὸν. ἐπεὶ δ' ἄπορον νῦν εὑρεῖν τινα ὧδε γενναῖον, καὶ ἀκριβῆ τὸν τέχνον, ψιλὴν ὡς οἷόν τε σοι ἐπιδείξω τὸν εἰκόνα. καὶ δὴ γράφω, προπύλαια μὲν ὑψηλὰ, καὶ ἐπίχρυσα, καὶ μὴν κάτω ἐπὶ μὲν ἐδάφους, ἀλλ' ἄνω τῆς γῆς, ἐπὶ λόφου κείμενα, καὶ ἡ ἄνοδος ἐπίπολυ, καὶ ἀνώμαλος, καὶ ὀλισθον ἔχουσα, ὡς πολλάκις ἤδη τοὺς ἄκρως ἑστῶτας ἐλπίσαντας, ἐκπεσεῖν ἐντεῦθεν, ἀμαρτόντας μικρὸν ποδός. ἔνδον δ', ὁ πλοῦτος αὐτὸς καθήσθω, χρυσοῦς ὅλος ὡς δοκεῖ, πάνυ εὐμορφος, καὶ ἐπέρασος. ὁ δὲ εἰσιὼν μόγις ἀνελθὼν, καὶ πλησιάσας τῇ θύρᾳ, πεσέτω, ἀφορᾶν εἰς τὸ χρυσοῦν. προβαλλέσθω δ' αὐτὸν ἡ ἐλπὶς, δίπροσωπος καὶ αὐτὴ, καὶ ποικίλα ἀμπεχομένη ἐσκιάτω, φόβῳ δὲ παραληγμένον τὴν εἴσοδον. τοῦτο δὲ ἔστω δ', ἡ μὲν ἐλπὶς, ἀεὶ παρηγείσθω. ἀκολουθείτω δ' αὐτῷ ἄλλαι γυναῖκες, ἀπάτη, καὶ

Tales & ipſi ſunt ſplendidi, & admirandi, ſed qui ſub purpura multam tragœdiam intus occulant: quorum unumquemque ſi evolveris, Euripidis alicujus, aut Sophoclis non parvam fabulam invenies, erunt verò foris ſplendida purpura, & aureus umbilicus. Harum itaque rerum ſibi conſcii, oderunt illos, atque inſidias parant, ſiquis ab illis defecerit, qui eos probè cognitos depingat, qualeſque ſint, evulget. Iam verò libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginem quandam hujus vitæ tibi depingere, quam contemplatus ſcire queas, num ex uſu tuo ſit eam adire. Equidem magnopere cupiam, vel Apellem quempiam, vel Parrhaſium, vel Aëtionem, vel Euphranorem ad tabulam hanc depingendam adhibere. Verùm quia fieri non poteſt ut aliquem artificem tam egregium, tamque abſolutum nanciſcar, tenuem pro virili imaginem tibi adumbrabo. Ergo pingatur ſublime ac inauratum veſtibulum, neque id humi ſitum in ſolo, verùm procul à terra, in collis faſtigio, cujus aditus valdè ſit acclivis & lubricus, ita ut plerumque, qui jam in vertice ſe fore ſperarent lapſo pede præcipitati cervicem frangant. Intus autem Opulentia ſedeat, tota, ſicuti videtur, aurea, formoſa admodum, & amabilis. Porrò amatur ubi vix tandem conſcendit, jamque ad fores acceſſit, obſtupeſcat, oculis in aurum defixis. Deinde & Spes, quæ & ipſa ſpecioſo vultu eſt, & verſicoloribus amicta, manu prehenſum introducat, mirè jam ipſo ingreſſu attonitum. Exinde Spes illi ſemper præeat: tum aliæ mulieres Fallacia, & Ser-

καὶ δυλεία, ὧν δὴ δέτυσσο τῷ πόνῳ. ὁ δὲ, πολλὰ τ' ἄθλιον καὶ γυμνάσας, πελιδνὸν, ἐγχλεασάμενον αὐτὸν τῷ γήρᾳ, ἤδη ὑποσυσθῆναι, καὶ πτοιαμβῆσαι τῷ χρόνῳ. ὑστάτη δ' ἡ ὕβρις ἐπιλαβομένη, συρίττει πρὸς τὴν ἀπόγνωσιν. ἡ δ' ἐλπὶς, τὸ λοιπὸν τύτου, ἀφανὴς ἀποπτάσθω, καὶ μηκέτι καθ' ὃς εἰσῆλθε τὰς χρυσᾶς θυρίδας, ἔκ τινος δ' ἀπορρόου ἐλεληθέως ἐξόδου ἐξωθείσθω, γοερός. ὠμῳάτω. ἀχρὸς. γέρων. τῇ ἑτέρᾳ μὲν, τὸν αἰδῶ σκέπων, τῇ δεξιᾷ δ', αὐτὸς ἑαυτὸν ἄγχων, ἀπαντάτω δ' ἐξιόντι ἡ μετάνοια δακρύουσα ἐς ὀδὸν ὄφελον, καὶ τ' ἄθλιον ἐπαπολλύουσα. τοῦτο μὲ ἴσως τὸ τέλος τ' γραφῆς. σύ δ' ὦ ἄριστε Τιμόκλεις, αὐτὸς ἤδη ἀκριβῶς ἐπισκοπῶν ἕκαστα, σύνοισον εἴ σοι καλῶς ἔχει, ὧδε εἰσελθόντι εἰς τὴν εἰκόνα κατὰ ταύτας τὰς θύρας, [1] ἐκείνῳ τῷ ἴμπαλιν αὖθις ἐκπεσεῖν. ὃ, τι δ' ἂν πράξῃς μέμνησο δὲ σοφοῦ λέγοντος, ὡς θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δ' ἑλομένου.

Servitus eum exceptum Laborì tradant: hic verò miserum illum diu exercitatum tandem Senectæ tradat jam morbidum, & colore commutato. Postrema verò Contumelia, arreptum illum ad Desperationem pertrahat: ab eoque tempore Spes avolans evanescat. Tum ille non amplius per fores aureas per quas fuerat ingressus, sed per posticum & occultum exitum expellatur, nudus, ventricosus, pallidus, senex: læva pudorem occultans, dextra seipsum strangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo frustrà lachrymans, & miserum insuper conficiens. Atque hic esto picturæ finis. Tu igitur optime Timocles, ipse diligenter consideratis singulis, expende num è re tua sit ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingressus, per illas longè dissimiles tam turpiter excidas. Quicquid autem feceris, memineris sapientis illius, qui dixit, [2] Deum in culpa non esse, sed eum qui delectum fecerit.

1 Ἐκείνῳ τῷ ἴμπαλιν] Sensus facilior si legas ἐκείνης τ' ἴμπαλιν. Bourd.

2 *Deum in culpa non esse*] Considerat enim id quod est in hominum moribus ut cum ipsa incogitantia præcipites ruant in mala, deinde tamen iis irretiti culpent fortunam & numina. Homer. Odyss. 1. Æschyl. in Promet. Ogn.

---

[1] ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΜΙΣΘΩ ΣΤΝΟΝΤΩΝ.

APOLOGIA PRO IIS QVI MERCEDE CONDVCTI SERVIVNT.

ARGVMENTVM.

Hæc Apologia est, non in genere omnium eorum, qui mercede conducti serviunt, sed libri seu Orationis superioris propriè, & autho-

1 Ἀπολογία] Sufficiat mihi dixisse Petrum Mosellanum hujus Apologiæ Inter-

thoris ipsius Luciani. Nam post scriptum illud editum, senior jam in aulam atque familiam Cæsaris sese contulerat, & conditionem procuratoriæ, ut videtur, principis in Ægypto acceperat, ut infra ex ipsa quoque oratione patet. Hoc igitur factum suum, quia cum superiore scripto prorsus pugnare videtur, defendit primùm à divisione seu diversitate conditionum, quòd longe alia res sit, principi operam suam locare, quàm apud divitem aliquem privatum servire. Deinde quòd non omnes mercenarios miseros dixerit, sed solùm eos, qui prætextu doctrinæ & literarum serviant: se verò alio pacto mercedem accipere, quàm illos, nempe cum præter salarium ingens, etiam in magna existimatione vivat: publicisque rebus procurandis præstitutus, tam certam quoque spem, totius alicujus provinciæ, aut regni aliquando administrandi, propositam habet. Denique quòd cùm nemo quicquam ferè gratis faciat, & tamen bonum virum conveniat, certo alicui operi intentum esse, neque ignaviter feriari, neque ipse adhucdum eo perfectionis venerit, ut omnem mercedem, aut honorem prorsus contemnere queat. Atque huic defensioni, præmittit Sabini (ejus ad quem scribit) accusationem per prosopopœiam, qua se ipsum fingit ab illo graviter accusari, ut qui supra quidem de servitute apud divites optimè atque utilissimè scripserit, nunc autem contrà, quasi mutata sententia, idem vitæ genus ingressus sit, perinde quasi aliud lingua sonare voluerit, aliud animo senserit, exaggerata hac vitæ, scriptorumque diversitate ac repugnantia, multis variisque tum similibus, tum exemplis. Exorditur autem per præoccupationem, à simulatione admirationis, quam & ipsam à circumstantiis ætatis & caussa amplificat.

Πάλαι σκοπῶ αὐτὸς ἐμαυτὸν ὦ καλὲ Σαβῖνε, ἅττινά σοι εἰκὸς ἐπιλθεῖν ὧν εἶπῖν, ἀναγνόντι ἡμῶν τὸ περὶ τῶ ἐπὶ μισθῷ συόντων βιβλίον. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀγελαστὶ διῆξήεις αὐτὸ, καὶ πάνυ μοι φαίνεται. ἃ δὲ μετέξυ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὑπὸ σοῦ ἐλέγθη, πῶπω νῦν ἐφαρμόττειν ζητῶ τοῖς ἀπεγνωσμένοις. εἰ τινων μὴ κακῶς ἔχω μαντικῶ δοκῶ μοι ἀκούειν σου λέγοντος, εἴπέ τις αὐτὸς πῶπω

Jamdudum apud me cogito, præclare Sabine, quæ tibi nostrum de iis qui mercede conducti serviunt, libellum legenti in mentem venisse dicenda verisimile est. Nam quòd in eo legendo risum non tenueris, mihi certò constat: sed quid interim in singula diceres, id nunc nostris à te lectis accommodare quæro. Quare nisi malè vaticinor, te dicentem audire mihi videor. Ecquis iste est, qui cum

terpretem oculis suis in hac usum non fuisse, donec majus otium probandi. hujus Apologiæ pars potior in tractatu præcedente, quale illud statim ab initio ὑπὸ πλοίῳ τινὶ χρυσῷ, & pag. seq. *Bourd.*

μαχαφὼς, καὶ καταγέλαστον ὅπου δεινὴν κατ' ἔτος τοιαύτην βίον διεξελθών, ἔπειτα πάντων ἐπιλαθόμενον, ὀσφύκην φησὶ μεταπεσόντα, ἐκὼν ἑαυτὸν φέρειν εἰς δουλείαν ὅπου δεσφανῆ, καὶ ἀφέλεσθαι ἐθέλειν; πόσοι Μίδαι, καὶ Κροῖσοι, καὶ Πακτωλοὶ ἄλλοι μετέπεισαν αὐτὸν ἀφεῖναι μὲν τὴν ἐκ παίδων φίλην καὶ συμπρόφορον ἐλευθερίαν, ἀφ' ἧς αὐτῷ ἤδη τὰ Αἰακοῦ μανόμβρον, καὶ μονονοὺ τὸ ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα, παρέχειν ἑαυτὸν ἑλκεσθαι, καὶ φέρεσθαι ὑπὸ κλοιοῦ πινὶ χρυσοῦ τὸ αὐχένα δεδεγμένον, οἷα ἐσὶ τὰ τυφώντων πλούσιον [1] τὰ σφιγγία, καὶ τὰ κνημίδια. πολλὴ γοῦν ἡ ἀλαζονία ἐν τῷ βίῳ ἀφ' οὗ τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ ἄνω ἐν πόμῳ χωρεῖν, καὶ ἀνεσταλθαι τὰ πάντα, καὶ παλινῳδεῖν ἀφ' οὗ τὸ χρέος, τοῦτ' ἂν εἴη, οὐκ ὑπὲρ

cum hæc ſcripſerit, & gravi adeò accuſatione hoc vitæ inſtitutum inceſſerit, poſtea tamen omnium oblitus, velut teſtula, quod ajunt, tranſmutata, ſeipſum ultrò in ſervitutem adeò manifeſtam, & conſpicuam conjecit? Quot Midæ, quot Cræſi, quot Pactoli, vel toti hunc hominem à ſententia dimoverunt, ut charam illam, & à pueris connutritam libertatem repudiet, & quanquam ab Æaco non procul abeſt, alterumque pedem in cymba Charontis propemodum habet, ſeipſum tamen trahendum, ac ferendum huc illuc præbeat, ac ſi collario quopiam aureo ſit illigatus, quales ſunt illi torques & colaria delicatorum divitum. Longè ergo vita quam nunc vivis, à tuo ſcripto diſſidet, & hoc certè fuerit, quod ajunt, flumen ſurſum ferri, rerum omnium ordinem ſubverti, atque in deterius recantare, non Helenæ

1 Τὰ σφιγγία & τὰ κνημίδια] Hanc vocem interpretor alibi ut ſequentem κνημίδια. Bourd. Hæc ultima vox κνημίδια non mihi videtur ſana, & credo corruptam fuiſſe ab iis, qui σφίγγια intellexerunt armillas vel collaria, quaſi ἀπὸ τοῦ σφίγγειν dictum foret σφίγγιον, omne id quod premit aut ſtringit aliquam corporis partem. At ego non poſſum ſic intelligere σφίγγιον. Nam nec Græci viri nec Romani collaria aurea vel armillas geſtabant, Barbaricus mos erat geſtandi talia καλλωπίσματα, & ideo dictus eſt Torquatus Manlius ille Romanus, eo quod redierat à monomachia cum Gallo torque aureo inſignis, quem detraxerat hoſti, & eo ſpolio gloriabatur, cum mos non eſſet Romanis torques geſtandi, quod in eo erat extraordinarium & ἐξαίρετόν τι: nam ſi plures Romani ſoliti fuiſſent talia ornamenta geſtare, non fuiſſet ratio eum ita cognominandi ex re ſolita, & ei cum aliis Romanis communi. Moſellanus interpretatur σφίγγιον *amuletum*, ſed nullum auctorem habet ejus ſignificatus. Amuletum Græce dicitur ἀλεξίαμμα, ἀλεξιπῶον, ἀποτροπαῖον, nec puto Lucianum in re, quæ per plures voces Græcis uſitatas ſignificari poterat, voluiſſe uti voce, cujus ſignificatus erat omnino inſolitus, & ignotus. Igitur σφίγγιον, ut arbitror, diminutivum eſt vocis σφίγξ, quod eſt animal è ſimiarum genere, quo minus & exilius, eo pretioſius & magis æſtimatum: ea vocamus in Gallia *guenuches* & *apajous*. Eam vocem Græcam etiam Latinam fecit Plinius lib. 6. cap. 29. ubi de iis mercibus, quæ ab Adulito emporio Troglodytarum afferuntur, ait: *deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, celetum teſtudinum, ſphingia, mancipia.* Et rurſus eodem capite: *animal ſphingion.* Talia animalia ſæpe vidimus apud reges, principes viros, & luxuriantes divites, alligata per collum vel per ilia ſtipiti aliquando & ſphæræ è ligno vel metallo, ne libere vagari ſinantur, & ſic alligata ma-

παρέχειν ἑαυτὸ ἠλικιώτας κλοιὸν δεδέντα, & auro etiam vel ligari vel ornari solita fuisse testatur ipse Lucianus infra adversus indoctum: πίπτεις γὰρ ὁ πίθηκος, ἢ παρομοίᾳ φησὶ, κ' ἂν χρύσια ἴχῃ σύμβολα. His positis pro κορύλλια (quam vocem Mosellanus interpretatur *coralia*, tamquam si κοράλλια scriptum esset) legendum puto κυρίσπα vel κορίσπα vel κωρύλλια, quarum vocum idem est significatus, nimirum παιδία vel παιδάρια, & duarum quidem, quas primo loco posuit, frequentissima occurrunt exempla, ultimam κωρύλλια. Hesychius habet sic: Κωρύλλιον, παιδάριον, κόριον, & paulo post: κωρύλλιστον, μειράκιον. Sic autem intelligendi ratio est, quod Romani divites & luxuriantes pueros pulchritudine & corporis mollitie insignes trimulos vel quadrimos auro & gemmis ornatos habebant in deliciis, qualis erat ille Philocommodus Imperatori Commodo percarus, de quo Herodianus in Commodo: ὧ ἦ παιδίον πάνυ νήπιον, τύπτων δὲ τὰ γυναῖκα μᾶλλον ἐδήτω, χρυσῷ ἢ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένῳ, οἷς ἀεὶ χαίρειν Ρωμαίων οἱ τρυφῶντες. *Erat autem puerulus valde simplex ex iis, qui nudi sine veste auro & gemmis ornati, quibus delectantur Romani luxui dediti.* de iisdem loquitur Dio Cassius lib. 48. παιδίον τι τῶν ἁβρότερον οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ, οἷς πλοῦτῳ ἀθυρόπαγι τρέφουσι. Quæ sic vertit Xylander: *puellus quidam, quales garrulitate amabiles matrona nudos delectationis causa alere solent.* Nec objiciatur pueris non convenire vocem ἠλικιώτας & κλοιὸν δεδέντα: vox ἠλικιώτας optime convenit voci σφίγγια, vox φίγιδας vero apprime convenit voci κορίσπα & aliis, quæ puellum significant. Simiæ trahuntur, pueri portantur: κλοιὸν simiæ datur, ut trahatur: puero ut ornetur. Ideo in nostra interpretatione nulla est absurditas. *Palm.* Quæ notaverit ad hæc verba eruditissimus J. Bochartus descriptione digna judicavimus. Verbotenus itaque ipse de Animalibus sacr. script. lib. 5. cap. 7. Part. 11. pag. 703. edit. Londinens. Locum hunc quisquis attente legerit mendosum esse fatebitur in voce κυρίλια, cum ea vox ad rem non faciat. in Oratione hac aulicæ vitæ molestias graphice depinxerat, & quam sit indignum docto homine & liberaliter instituto, tenuis lucelli spe illectum, magnatibus operam suam addicere. Tamen idem jam senior in *cæsaru* aulam se contulerat. Quod illi objiciens *Sabinus* quidam petit quot *Milæ*, quot *Cræsi*, quot *Pactoli* illi persuaserint ut chara illa libertate cui à pueris assueverat, abdicata se huc illuc trahendum ac raptandum præberet, καθάπερ &c. *Ac si collum revinctum haberet aureo quodam collari, qualia sunt delicatorum divitum monilia & corallia (id est monilia è corallio facta)* ita reddidit Cl. *Botius*; sed quod illius pace dixero, ineptissime. Primo enim τὰ σφίγγια sunt *sphinges non monilia*. 2. Et vel si monilia reddas tamen τὰ σφίγγια & τὰ κυρίλια non erunt *monilia ex corallio* sed *monilia & corallia*. 3. Præterea οἱ πλούσιοι *divites* inter *Romanos*, de quibus hic agitur, olim habuisse monilia corallina, merum somnium est, cum ne monilia quidem habuerint. Monile enim muliebre fuit ornamentum, ut notat *Servius* in librum septimum *Æneidos*. 4. Denique *Lucianus* inepte diceretur aureo collari esse revinctus qualia sunt divitum monilia corallina. Nam utut ponas divites habere monilia, tamen iis monilibus non dicentur esse *revincti*, quasi captivi detinerentur. Nec monile corallinum cum aureo collari tamquam simile conferri potest. Nihil enim est auro commune cum corallio. Itaque *Botius* hunc *Luciani* locum intactum præterire debuisset potius quam illi tam ridiculum sensum affingere, & verbis auctoris tam parum consonum. Sed fortasse pro τὰ κυρίλια legendum τὰ παρδάλια vel πορδάλια, ut significetur *Lucianus* aurea catena esse revinctus, quomodo è simiarum genere sphingia, & pardalia, seu pantheræ vinciri solent in opulentiorum ædibus. Sphingia dicimus cum *Plinio* libri 6. c. 29. Et τὰ παρδάλια vel πορδάλια cum *Philosopho* libri secundi *Historiæ animalium* capite undecimo, & *Photio* in *Excerptu* ex *Philostrato*. Nobilissimus, atque idem doctissimus, mihique amicissimus *Dominus de Grentemesnil* τὰ κυρίλια mutat in τὰ κωφάρια. Cui conjecturæ suffragium adderem libens, si catelli vincti detinerentur, de quo hic videtur agi. Pro τὰ σφιγ-

Ε᾽λένης μὲν Δί᾽, ὦθ᾽ ὑπὲρ τῶν ἐπ᾽ Ἰλίῳ γιγομένων, ἀλλ᾽ ἔργῳ ἀπαρτιζομένων τὸ λόγῳ, καλῶς πρότερον εἰρῆσθαι δοκοῦντων. ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταί σοι. ἐπαίξας ἢ ἴσως καὶ σὺ μοί τι ξυμβουλὴν πνὰ τοιαύτην, σὺκ ἄκαιρον, ἀλλὰ φιλικὴν, καὶ οἵῳ σοι χρῆσθαι, καὶ φιλόσο-

lenæ per Iovem, nec eorum gratia quæ apud Ilium gesta sunt, sed quòd facto everia sunt ea, quæ ante probè à te dici videbantur. Hæc sanè tecum te dixisse verisimile est. Ac fortitan ad me ipsum ejus generis consilium afferes, non intempestivum, sed amicum, & quale tibi cum viro bono, tum philosopho

γία δὲ τὰ κεφάλια legebam olim τὰ ὀφίδια & τὰ κολλάρια, *armilla* & *collaria*, seu *monilia*. Quasi verborum hic esset sensus, *Lucianum* aureis vinculis detineri, qualia sunt opulentiorum armillæ & torques. Ὀφίδια propriè sunt *anguicula*, sed & *armilla anguium figuram habentes, quæque brachium in anguium modum circumplicant*. Ἐπικαμπίες ὄφεις vocat *Philostratus in Epistolis*. Et pluribus describit *Nonnus* libro quinto Dionysiæ. *Collarium* autem pro torque est *Romana* vox, qua *Plautus*, *Lucilius* & *Varro* usi sunt. unde קולרין *Kolarin* vel קולריא *Kolaria* à *Kolarata chaldæis* & *Thalmudicis*. Et græcis κολλάριον. Hesychius κλοιὸς, σὺν πραγλίῳ δεσμὸς, κολλάριον, ἤτοι μανιακὸς. *Philoxenis* in *Glossis* κολλάριον *collarium*. *Aristophanes Scholiastes* ad *Vespas* κλοιὸς τὸ κολλάριον παρ᾽ ἡμῖν λεγόμενον. Et in *Plutum*, κύφων ἢ δεσμὸς ἐκ ξύλινος, ὃν οἱ μὲν κλοιὸν ὀνομάζουσιν οἱ δὲ καλὸν lege κολλάριον. Itaque videbantur Luciani σφιγγία in ὀφίδια & κεφάλια in κολλάρια sine crimine posse mutari, quia hæ voces ab invicem non multum abludunt. Sed jam displicet hæc conjectatio. 1. Quia divites torquatos & armillatos non reperio, nisi inter barbaros, de quibus hic agi nemo dixerit. Torquatus quidem fuit *Manlius* sed peculiari de causa, quam nemo nescit. Ita etiam nonnulli alii, non tamen opum, sed virtutis causa torque donati. 2. κολλάρια ad pœnam potius quam ad ornatum pertinent. 3. Et vox erat ignota *Græcis ævo Luciani*, qui purissime scripsit, neque solet *Latina* vocabula usurpare. 4. Denique aurea vincula, quibus *Lucianus* detineri credebatur, conferri vix possint cum armillis, & monilibus, à quibus non detinentur, qui illis utuntur ad ornatum. Hæc igitur conferre jam malo cum catenis aureis, quibus *Romani* Magnates sphinges, & pardos devinciebant. Nam ad hæc quoque aurum adhibitum. Hinc de cervis *Martialis* libri primi *Epigrammate* 105.

Mordent aurea quod lupata cervi.

Et *Ovidius* de cervo quem occidit *Cyparissus Metamorphoseos* libro decimo:

Pendebant tereti gemmata monilia collo.

Et *Plinius* lib. 8. cap. 32. *Vita cervis in confesso longa, post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis.* Proinde sphinges quoque & pardos catenis aureis devinctos fuisse credibile est. Quo facit, quod ex *Philostrato* refert *Photius*. Act. 241. Ἄ᾽χαιοί ποτὲ ἐν Παμφυλίᾳ παρδάλιν ζῳοτροφοῦσι ἄμα, ὃν περὶ τῷ δέρῃ ἔφερε χρυσᾶν δὲ λὶ, ὃ ἐπιγεγράπτο Ἀρτεμίσιος γράμμασιν, βασιλὸς Ἀρτάξης Διὶ Νυσίῳ. i. e. *Aliquando in* Pamphylia *captum fuisse pordalium* (id est *pantherum* seu *pardum*) *aureum torquem circa collum habentem*, Armeniis *literis* ita *inscriptum*, *Rex Artaxes Deo Nyseo*. Tamen si quis aliud vero similius proferat, illud lubenter amplectar. Modo id concedatur quod ut rem certam assero vocem κεφάλια in *Luciano* esse corruptam ac proinde nihil ex ea de coraclio posse elici. *Almeloveen.*

1 Ἰλίῳ] Tangit in Piscat. & in Pseudolog. *Bourd.*

1 Ὅτε

σόφῳ ἀνδρὶ πρέπουσαν· ἢν μὲν οὖν κατ' ἀξίαν ὑποδύεσθαι τὸ σὸν πρόσωπον ὑποκρινόμενον, οὗ ἂν ἡμῖν ἔχῃ, καὶ τῷ λοιπῷ θύσομεν. εἰ δὲ μή, ἀλλὰ σὺ προθήσεις τὰ ἐνδέοντα. ὥρα τοίνυν μεταστρέψασθαι ἡμᾶς τὴν σκηνὴν, ἐμὲ μὲν σωπᾶν, καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον, καὶ καιόμενον, εἰ δέοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ, σὲ δὲ ἐπιτίθειν τὰ φαρμάκων, καὶ τὴν σμίλην ἅμα προχειρον ἔχοντα, καὶ τὸ καυτήριον λάμπουσαν. καὶ δὴ καὶ Σοφοκλέους τοῦ ῥήτορος, οὐ ταῦτα πρός με ὁ Σαβῖνος ἤδη λέγεις, πάλαι μὲν ὦ φιλότης, ὡς εἰκὸς, οὐδοκίμη ταῖς σοι τυτὶ τὸ σύγγραμμα, καὶ σὺ πολλοῦ πολλοῦ δεῖ χεῖν, ὡς οἱ τότε ἀκροασάμενοι διηγοῦνται, καὶ ἰδίᾳ δὴ τοῖς πεπαιδευμένοις, ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ, καὶ λάμπουσι χειρὸς ἔσχον ἀξίωσιν. ἥ τε γὰρ τῶν λόγων παρασκευὴ, ἡ μεμπτὴ, καὶ ἡ ἱστορία πολλὴ, καὶ ἐμπειρία τῶν πραγμάτων, καὶ ὅτι ἕκαστα σαφῶς ἐλέγετο. καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι χρήσιμα πᾶσιν ἦν, καὶ μάλιστα τοῖς πεπαιδευμένοις ὡς μὴ ὑπ' ἀγνοίας σφᾶς αὐτοὺς εἰς δουλείαν ὑπάγειν. ἐπεὶ δέ σοι μετέδοξε βέλτιον ταῦτ' εἶναι, καὶ τὴν μὲν ἐλευθερίαν μακρὰ χαίρειν ἐᾶν, ζηλῶσαι δὲ τὸ ἀφνέστερον ἐκεῖνο ἁμαξεῖον, [1] Ὅπου τὸ κέρδος, καὶ φύσιν δουλευτέον, ὥρα ὅπως μηδεὶς ἔπ' ἀκούσῃ σου ἀνακινώσκοντος αὐτό. ἀλλὰ μὴ' ἄλλῳ παρόχῃς τῶν τὰ παρόντα σοι βίον ὁρώντων, ἐπιλήσῃ τὰ γεγραμμένα. εὖχα δὴ Ἑρμῇ τῷ

pho conveniat. Itaque si suam quam induo personam, ut decet egero, bene nobiscum agetur, & eloquentiæ Præsidi Mercurio sacrificabimus. Sin minus, quæ deerunt tu addes. Iam ergo fuerit tempus, ut transformata scena, ego quidem taceam, & me secari, atque uri sustineam, si ad salutem necesse sit, tu verò medicinas adornes, scalprum in promptu habens, & cauterium candens. Nunc igitur tu, ô præclare Sabine, à me acceptis dicendi vicibus, sic mecum agis. Olim quidem amice, liber hic tuus ut par erat in precio est habitus, & vulgo ostentatus (ut qui tum audiverunt, nobis narrarunt) & peculiariter apud eruditos, quotquot cum ipso versari, & præ manibus habere dignati sunt. Etenim & verborum apparatus culpa vacat, multamque historiam & rerum experientiam continet, & singula dilucidè dicuntur. Maximum verò est, quòd illa omnibus, ac potissimum eruditis conferunt: ne per rerum insciitiam sese in servitutem introducant. Sed cùm mutata sententia statueris vitæ aulicæ statum meliorem esse, & libertati longum valedicere, & jambicum illud generoso animo indignum imitari, *Vbi est lucrum natura adacta, servies*: vide ne quis id te legentem audiat: imò nulli eorum: qui præsentem tuæ vitæ conditionem cernunt, tua scripta recenienda præbeas. Verùm ab Inferorum legato Mercurio precare,

1 Ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον] Versus est Euripidis, ad quem olim parodia alluſit Antigonus Cocles ille, dum Demetrio filio suadere volebat, ut Philan Antipatri filiam & Crateri viduam jam ætate aliquantum provectam duceret uxorem, Demetrius vero ob inæqualitatem ætatis eas nuptias aspernabatur; dixit filio pater: Ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν γαμητέον. Refert Plutarchus in Demetrio. *Palm.*



χθονίῳ, καὶ τ' ἀπηκόοσιν ἀφίτερον, πολλὴν λήθην καταπεδάσαι. ἢ δέξεις τοῦ δ' ἡθελοδίκου μύθου τοιοῦτόν τι παπονθέναι, οἷον σαυτῷ ὁ Βελλεροφόντης, γεγραφὼς τὸ βιβλίον. καὶ γὰρ τὰ δίκαιά σοι γένοιτο πρὸς τοὺς κατηγόρους. καὶ μάλιστα, εἰ σὺν γέλωτι αὐτὰ ποιῶσιν, ἐπαινέσονται μὲν τὰ γεγραμμένα, καὶ τῇ σῇ αὐτοῖς ἐλευθερίᾳ, αὐτὸν δὲ τὸν συγγραφέα δειλὸν ὁρῶντες, καὶ ἑκόντα ὑποπτήσσοντα τὸν αὐχένα τῷ ζυγῷ. ἔστι δ' ἐπιεικὸς γὰρ ἂν λέγοιεν, εἰ λέγοιεν, ἢ τοι ἄκρως ἦν ἀνδρὸς εἶναι τὸ βιβλίον, καὶ σὲ τὸν κολοιὸν, ἀλλοτρίοις πτερυγίοις αἰγάλεον, ἢ εἴπερ ἐστὶν, [1] ὁμοιόν σε τῷ Σαλαίθῳ ποιεῖν. ὃς πικρότατον καὶ μοιχὸν τοῖς Κροτωνιάταις νόμον θεὶς, καὶ θαυμαζόμενος ἐπ' αὐτῷ, μετεμέλησεν αὐτὸς ἑαυτῷ, μοιχεύσας δὲ ἀδελφῇ τῇ γυναικί. ἴσως τοίνυν καὶ σὲ τὸν Σαλαίθου εἶναί τις, φαίη τις ἄν. μᾶλλον δὲ πολὺ μετριώτερος ἐκεῖνος, ἔρωτι μὲν ἁλοὺς ὡς ἔφασκεν ἀπολογούμενος, ἑκὼν δὲ μᾶλλον ὡς ψύχρος εἰς τὸ πῦρ ἁλόμενος, καίτοι ἐλευθέραν αὐτὸν ἤδη Κροτωνιατῶν, καὶ [2] ἀνδιδύσαν φυγὴν εἰ βούλοιτο. τὸ δ' ἐστὶν, ἐν ὀλίγῳ μικρὸν ἀτοπώτερον, ἀκριβῶς μὲν οὐ τοῖς λόγοις τῷ δὲ τοιούτῳ βίῳ δουλοπρεπέσατον, καὶ καταγελῶν ἄν τις εἰς πολλοστὸν πινὸς ἔμπεσών, καὶ κολάσας ἑαυτὸν, ἀνέχοιτο, μυρία τὰ δυσχερῆ πάσχων καὶ ποιῶν. ὁ γήρᾳ δ' ὀστάτῳ, καὶ χεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸ ἕδος, ὕστις ἀγνοεῖ λατρείαν ἐπαιρόμενος, ἐς ἀπείρους μοίρας καὶ φέρειν ὑπομένει; ἀλλὰ σὺ μὲν ἐκείνοις, ὅσοι ταῦτα ἤκουσαν ποτὲ, πολλὴν ἐπιχεῖν λήθην, καὶ τὸν Βελλεροφόντην ἐκεῖνον ἀπολογήσασθαι δοκεῖν σοι. ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα ὅπως ἂν ἀντιπροσωπός

μονωχῇ ἐ ἐμπομπεύον]ᾳ αὐτῇ. ὅσῳ γὰρ φασιν ἐπισημότερᾳ ἀναγ δικεῖς, τοσούτῳ κακαγελαστότερος ἂν δόξειας εἶναι, ἀνηφανῆ]ᾳ ἔ νῦν βίβ τῷ βιβλίῳ. καίτοι τί δεῖ κεινὴν ἐπὶ σὲ κατηγορίαν ζητεῖν, μᾶ τὸν γναμφητὴ τραγῳδίαν λέγουσαν, Μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός; σὺν ἀπορήσοισι ᾗ οἱ κατηγορῆντες καὶ ἄλλων παρῳδειγμάτων ἐπὶ σέ. ἀλλ' οἱ μὲν, τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσιν. οἱ ἐπὶ μὲν τῆ σκιωῆς, Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν, ἢ Κρέων, ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν. ἔξω ᾗ, Πῶλος, ἢ Ἀριστόδημος, ἀποθέμενοι τὰ πρόσωπεῖα, γίγνονται ὑπόμισθοι τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες, καὶ σφαιτόμενοι. οἷόπερ ᾗ, μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὥστε τὴν πάτρῳ δοκῆ. ἄλλοι ᾗ, τὸ δ' πήκτε πεπυθέναι σε φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρα τὴν πάνυ φασὶ χαρίεσσ. σκεῖνον γὰρ διδαχθέντα πῶς μὲν ἀρχαίως πάνυ κοσμίως, καὶ ἐμμελῶς, καὶ ἐπιπόλυ γαμφέως μόνον ἐν τῷ χρόνῳ, καὶ τὸ πρέπον φυλάττοντα, καὶ τοῖς ᾄδουσι ἐ αὐλοῦσι συγκείμενον ὑμέναιον. ἐπεὶ ᾗ εἶδεν ἰχάδας οἷμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόρρω κειμένην, μακρὰ χαίρειν φράσασα τοῖς αὐλοῖς, καὶ ῥυθμοῖς, καὶ ἁρμόνιοις, συναρπάσασα, καταφάγειν, ἀπορρίψασα, μᾶλλον ᾗ σωτερέψασα τὸ πρόσωπον. καὶ σὺ τοίνυν φαῖεν ἄν, οὐχ ὑποκριτὴς, ἀλλὰ ποιητὴς τῶν καλλίστων, ἐ νομοθέτης γνόμενον, ὑπὸ ταυτησὶ τῆ ἰχάδος ὠδῆς φανείσης, ἐλέγχθης πέπηκτος ὤν, ἐ ἀπ' ἄκρας χείλους φιλοσοφῶν, καὶ jamque fere ultra limen illius, adeò illiberalem servitutem elegisti, ac propemodum de ea te jactas. Quanto itaque ut ajunt, insignior esse videris, tanto videaris risu dignior, cùm tua vita tuis scriptis reclamet. Ecquid attinet novam acculandi rationem adversum te quærere, post admirandam illam tragœdiam quæ dicit. *Sapientem eum odi qui sibi ipse non sapit?* Nec alia tuis accusatoribus exempla in te deerunt. Verùm alii te tragœdiarum actoribus assimilabunt: quorum quisque in scena quidem est, vel Agamemnon, vel Creon, vel ipse Hercules: extra verò Polus, aut Aristodemus, depositis personis fiunt mercenarii tragœdiæ actores, qui excidunt, & exibilantur, & quorum aliqui nonnunquam flagris cæduntur, ut spectatoribus visum fuerit. Alii idem quod simiæ tibi contigisse dicent, quam celebris illa Cleopatra dicitur habuisse. Ea enim probè edocta, cùm aliquandiu compositè modulateque non sine magna spectantium admiratione, saltantis habitum exhibuisset, & decorum servasset, atque hymenæum voce ac tibia canentibus respondisset: posteaquam caricas puta vel amygdalam procul jacentem vidit, abjecta vel discerpta potiùs persona, tibiis, modulis, saltationibus longum vale dixit, correptam verò amygdalam arrodere cœpit. Sic etiam tu, dixerint illi, qui non histrio, sed author rerum pulcherrimarum, & legislator fuisti, objecta hac carica, te simiam esse prodidisti, ut qui summis tantum labiis sis philosophus, alia-

3. Συγκείμενον] Mſ. συγκινέμενον, Bourd.

ἕτερα μὲν [1] κἀλῶν σὺ φρενῶν, ἄλλα δ' λέγων, ὡς εἰκότως ἂν πνα ἐπὶ σῷ εἰπεῖν, ὅτι ἃ λέγεις, καὶ ἐφ' οἷς ἐπαινεῖς ἀξιοῖς, χαλεπὰ μέν σε ἐδίηνεν, ὑπερῴλω δ' αὐχμῶσαν καὶ λελοιπότα. τιτιζαρᾶν, δ' ἐμὰ πόδα δ' ἐγὼ ἕπεσθαι δίκλω, ὥστε πιτῶς μὲν ἡσυχάζοντα ὡς τὰς ἀνθρώπων χρείας, μὴ μικρὸν δ' μετανοοῦντα ὑπὸ κήρυξιν ἐξομοσάμενον τὴν ἀλήθειαν. καὶ ἴσως ἡ Ἀδράστεια τότε κατ' πιν ἐφεστῶσά σοι σύδοκιμοῦντι, ἐφ' οἷς κατηγόρεις τ' ἄλλων, καὶ μαλᾶν, ὡς ἂν ἥδιος εἰδῶσα τὴν μέλλουσάν σοι ἐς τὰ ὅμοια μεταβολὴν, καὶ ὅτι σὺν [2] εἰς τ' κάλπον πτύσας ἀφίστερον, ἀξίως κατηγορεῖν τ' ἀφ' ποικίλας τινὰς τύχας, πειθῆτε πράττειν ὑπομενόντων. εἰ γὰρ ὑπόδοιτό τις τῷ λόγῳ τ' Αἰσχίνου μ' τὴν κ' Τιμάρχου κατηγορίαν αὐτὸν ἁλῶναι, καὶ φωραθῆναι τὰ ὅμοια πάσχοντα, πόσον ἂν οἴῃ δ' ἀφ' τ' ὁράτων ἡδέως τ' γέλωτα, εἰ Τίμαρχον μὲν ἐλέγχειν ἐπὶ τῇς καθ' ὥραν ἡμαρτημένοις, αὐτὸς δ' γέρων ἤδη, τοιαῦτα εἰς ἑαυτὸν παρανόμει; τὸ δ' ὅλον, ὁποίῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκηρύττειν βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτὸς πασιν τὰς παρούσας ὑπαγόμενον, αὐτὸς μεταξὺ ἀπάγεται ὑπὸ βηχὸς ἐφέλκεται. ταῦτα μὲν, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερα εἰπεῖν ἂς ἦν, οἷος σὺ κατηγορῶν οὐ ἄτης ἀμφιλαφῆ τῇ παρόδῳ, καὶ μυρίας τὰς ἀφορμὰς παρεχόμενον. ἐγὼ δ' ἤδη σκοπῶ ἤν πνα καὶ πράττομαι τοῦς τὴν

aliaque mente occultes, alia dicas. Ita ut meritò de te quis dicere possit, ea quæ profiteris, & ex quibus laudem captas, labra tua quidem rigasse, palatum verò aridum reliquisse. Quamobrem ilico pœnas solvisti, qui cùm ante audacia procaci humanarum rerum necessitatibus insultaris, paulò post ipse libertatem velut sub præconibus abjuraris. Nec dubium est, quin Adrastea tum à tergo stans, te ea probantem quæ aliis ritio vertebas, deriserit, ut potè quæ cùm sit dea, sciverit futurum ut ipse mutata sententia ad similе vitæ genus transires, cumque priùs in tuum sinum non ipuisses, accusare velles eos qui propter varias fortunæ vicissitudines, talia facere sustinent. Siquis igitur fingat Æschinem post gravem illam orationem qua Timarchum accusavit, ipsum quoque accusatum quòd eodem in facinore esset deprehensus, quantum putas spectantibus risum fuisse obortum, quòd Timarchum criminis, ad quod ætas hominem tulit, reum faceret, ipse verò jam senex eadem in se admitteret? Demique similis videris illi pharmacopolæ, qui cùm remedium contra tussim venditaret, caque affectos statim liberaturum se polliceretur, interim ipse tussi torquèri cernebatur. Hæc atque id genus alia multa quispiam qualis tu accusando objiceret, in tam copioso argumento, quodque mille ansas adversario prebeat. At ego jam reputo qua via me ad defensionem con-

1 Κἀλῶν σὺ φρενῶν] Malè omnes κἀλὰν, patet apud Homer. Il. 9. *Bouud.*

2 Εἰς τ' κάλπον πτύσας] Sic in Dial. Navig. seu Vot. hac de re copiosè ad illud Petron. *ter me jussit expuere.* Idem.

1 Ἁλῶν

ἀπολογίαν. ἆρά μοι κρύπτειν ἐξεληλεγμένον, καὶ τὰ ὄντα ἐπιτρέψασθαι, καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἀργύριον, ἐπὶ τῷ καινῷ σκεύει ἀπολογίαν καὶ φυγήν; λέγω ἢ τῇ τύχῃ, καὶ μοίρᾳ, καὶ εἱμαρμένῃ, καὶ ἀναγκαίᾳ συγγνώμῃ ἔχειν μοι τὰς ἐπιτιμήσεις, εἰδότας ὡς ἀβούλου ἡμεῖς ἐσμὲν κύριοι. ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον ἢ μιᾶς τῆς προειρημένης, ἀγόμεθα, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναίτιοι παντάπασιν ὄντες, ἃ ἂν λέγωμεν, ἢ ποιῶμεν. ἢ τοῦτο μὲν καινὴ ἰδιωτικὴ, καὶ οὐδ' ἂν σύ με ὦ φιλότης ἀνάσχοιο, τοιαύτην ἀπολογίαν προϊσχόμενον, καὶ σωτηρίαν τὴν Ὀμήρου ἀναλαμβάνοντα, καὶ σκεῖνα ἐπιῤῥαψῳδοῦντα, Μοῖράν σ' ἔγωγέ τινά φημι πεφυγμένον ἀνδρῶν εἶναι. καὶ τὸ, Γενομίην ἐπίνησα λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ. εἰ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν λόγον, ὡς ἐ πάνυ ἀξιόπιστον, σκεῦος λέγοιμι, μήτε ὑπὸ χρημάτων, μήτε ὑπ' ἄλλης τινὸς ἐλπίδος τοιαύτης ἐλεαθεὶς, ὑποσχέσθαι τῷ παρόντι συμβούλῳ, ἀλλὰ τῷ σύντονον, καὶ ἀνδρίαν, καὶ μεγαλόνουν ἐν ἀνδρὸς ἰδιώτου ἐπιδείξασθαι κοινοπραξίαν πρὸς τοιοῦτον, δέδοικα μὴ οὐδὲ τῇ ἐπιφερομένῃ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν φεύξωμαι, καίπερ οὐ φιλοσώματος [1] ἥλῳ φασὶν ἥλον, καὶ μείζονι γε τὸν σμικρότερον. ὅσῳ κολακείᾳ τῶν ἄλλων ἁπάντων κακῶν, τὸ δυλοπρεπέστατον εἶναι, καὶ τῷ τῆς χείρονος νέμεσιν. τί οὖν ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα, μήτε σκεῖνα λέγειν δοκεῖ, ὑπόλοιπόν ἐστιν, ἢ ὁμολογεῖν μηδὲν ὑγιὲς εἰπεῖν ἔχειν;

convertam. Num optimum fuerit, ut ego sponte ignavus, dato tergo, nec improbitate negata, ad communem illam excusandi rationem confugiam? ad fortunam, inquam, ad fatum ejusque necessitatem inevitabilem, & veniam ab iis, qui me objurgant, deprecer, ut qui non ignorent nos rei nullius esse dominos, sed à potentiore regi, fortunæ scilicet unius, aut fati arbitrio, idque invitos, adeò ut culpa vacemus omnino quicquid dicamus, aut faciamus. An verò nimis est vulgaris hæc defensio, ac neque tu, amice, feras ut excusationem hujusmodi prætendam, & patronum Homerum habeam, ejusque hæc carmina proferam, *Fatorum nexus fugisse haud dixero quenquam.* atque illud: *Filum parca dedit nascenti matris ab alvos.* Quod si hac ratione omissa, tanquam fide parum digna, illud dicerem, neque pecunia, neque ulla alia hujusmodi spe inescatum me, præsentem convictum ferre: sed prudentiam, fortitudinem, & magnanimitatem viri admiratum, rerum gerendarum consortem ei esse voluisse: vereor ne ad priorem accusationem adulationis accedat nota, deinde comperiar, quod ajunt, clavum clavo pellere, & majore quidem minorem: quatenus adulatio aliorum omnium malorum esse maximè servile, & ob hoc pessimum censetur. Quid igitur aliud, si neque hæc, neque illa dicenda videntur, nobis restat, nisi ut fateamur, nos sani nihil habere quod dicamus? Vna mi-

hi

1 Ἥλου ἦλον] Sic in Dialogo pro Lapsu inter Saltand. Interpres Aristoph. Suid. Paroemiog. *Bourd.*

μῶν καὶ λεγομένων ἀπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφειν, καὶ τὰς πρωτορείας τῶν δικαιολογήτων ῥυθμίζειν, καὶ τὰς τῶν ἀρχόντων γνώσεις αὐτὸς τε παρίστασθαι ἅμα καὶ ἀκριβίζεσθαι σὺν πίστει τῇ μεγίστῃ ἀμφυλάττειν, καὶ τὰ δημόσια διδόναι δημοσίᾳ αὐτὸς τοῖς ἀεὶ χρόνον ἀπομεισομένοις. καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ τοῦ βασιλέως. ὁ σμικρὸς ἐδὲ ἑτοῦ, ἀλλὰ πολυτέλεστος. καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα ἦν, ἐ φαῦλαι ἐλπίδες, εἰ τὰ εἰκότα γίγνοιτο, ἀλλ' ἔστω ἐπιτραπῆναί, ἤ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς. ἐθέλω γὰρ οὐ φειδοῖ χρησόμενος τῇ παῤῥησίᾳ, καὶ ὁμοῦ χωρήσας τῷ ἐπιφερομένῳ ἐγκλήματι, καὶ ὑπερβαλὼν ἀπολογήσασθαι. καὶ δή φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν. εἰσὶ γὰρ οἳ τὰς τῶν μίσθων πράξεις, εἶπας, ὅτι μὴ βασιλεὺς αὐτὸς, ἀμισθός ἐστιν. ἐ φόρους λέγω, ἐδὲ δασμούς, ὁπόσοι τοῦ ἀρχομένου ἑκάστοις φοιτῶσιν, ἀλλ' ἐκ βασιλεῖ μισθὸς μίσθου, ἔπαινος, καὶ ἡ τοῦ πᾶσιν εὔκλεια, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς εὐεργεσίαις σεσωκυῖα. εἰκότες ἦν, καὶ νικᾶν, καὶ τιμᾶσθαι, ὁπόσα, τοῦ ἀρχομένου ἔχουσι, μισθοὶ καὶ ταῦτα εἰσὶν ὑπὲρ τῆς φροντίδων, καὶ σωτηρίας, ὧν ἀμφίεννυσι σεσωκότες ἀεὶ τὰ κοινὰ, καὶ βελτίω ποιοῦντες, ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζειν, ὧν ἐθέλῃς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ σωτῆρος κορυφῆς, ἐφ' ἑκάστου τούτων, ἀφ' ὧν συγκεῖται κεφαλαίων, ὄψῃ ὅτι μεγέθει καὶ σμικρότητι ἀλλάττομεν τοῦ ἀκριβοῦντος. τὰ δ' ἄλλα, μισθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες. εἰ μὲν οὖν τούτων ἐτεθείκειν τὸν νόμον, μηδένα μηδὲν πράττειν, ἔνοχος ἂν εἰκότως ἐδόκουν τῇ δικαιοσύνῃ. εἰ δὲ τοῦτο

juria iniquitatis reus viderer.

dictorum factorumque omnium commentarios scribo, & litigantium orationes corrigo, principisque ipsius decreta in sensu dilucidissimo simul & exactissimo summa fide conservo, & in omne ævum reponenda reipub. trado. Deinde non à privato, sed à principe mercedem accipio, eamque non exiguam, sed multorum talentorum. Postea, si recta ratione res procedat, spes non inanis superest, ut alicui provinciæ præficiar, aut regium aliquod negotium mihi demandetur. Volo igitur loquendi libertate ingenti utens, & cum objecto crimine cominus congrediens, illud præstantissimè refellere. Equidem affirmo tibi neminem gratis quicquam facere. Nec summarum rerum administratores excipias, quando nec ipse rex mercedis est expers. Non dico tributa, neque vectigalia quæ quotannis penduntur à subditis: at regi merces fuerit maxima si laudetur, si ab omnibus celebretur, si pro collatis beneficiis adoretur. Imagines etiam, templa, delubra quæcunque à subditis habent, mercedis loco sunt & ipsa, pro curis, & providentia qua reipub. semper prospiciunt, eamque in melius provehunt. Et ut magnis parva componam, si initio à cumuli cacumine ducto, per singula ex quibus constat, descendere velis, nos non nisi magnitudine & parvitate à summis differre videbis: cæterùm mercenarios pariter omnes esse. Quòd si legem hanc tulissem, ut nemo quicquam ageret, non in-

Sin hoc in libello nullibi à me

μὴν ἀδικεῖ βιβλίον λέλεκται μοι, χρὴ δ' τὸ ἀγαθὸν ἄνδρα ἐνεργὸν εἶναι, τί ἂν ἄλλο ἐς δέον αὐτῷ χρῶτο, ἢ φίλοις συμπονῶν ὡς τὰ βέλτιστα, κἀν τῷ μέσῳ ὑπαίθριος πίεσαν αὐτοῦ δίδοὺς, ὅπως ἴχνη πίστεως, καὶ σπουδῆς, καὶ εὐνοίας ὡς τὰ ἐγκεχειρισμένα, ὡς μὴ τὸ ὀμπρακιὸν σκεῖνο. Ἐπίσπον ἀρρὴς ἀχθος εἶη. ὡς δὲ τῶν ὅλων, μεμνῆσθαι χρὴ τοὺς ἐπιτιμῶντας, ὅτι ὁ σοφὸς ὅτι μοι, εἰ δή τις καὶ ἄλλος ἐστὶ τις σοφὸς, ἐπιτιμήσουσιν, ἀλλὰ τῷ ὄντι ὁ πολὺς ὅμιλος, λόγους μὲν ἀσκήσαντι, καὶ τὰ μέτρια ἐπιτετηδευμένῳ ἐπ' αὐτοῖς, ὡς ὁ τῶν ἄκρων ἐκείνων τῶν καρυφαίων ἀρετῶν, ὁ πάνυ γεγυμνασμένος. καὶ μὰ Δί' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ ἀνιᾶσθαί μοι ἄξιον, ὅτι μὴ ὁ ἄλλῳ ἔγωγ' ἂν ἐντετύχηκα, τῷ δὲ σοφῷ ὑποχεῖσιν ἀποληρῆται. σὺ μέντοι καὶ γαμφόστιμ' ἂν ἐπιτιμῶντός μοι τῷ νῦν βίῳ, ἄγε ἐπιτιμᾶς, ὃν ὡς πολλοῦ ἥδεις ἐπὶ ῥητορικῇ δημοσίᾳ μεγίστας μισθοφορᾷς εἰσγεγράμμενον, ὁπότε κῶμος ἦλθε δὲ ἐπὶ Ἐλαίᾳ Ὠκεανοῦ καὶ τῷ πελτικλίῳ ἅμα ἐπὶ τὸν ἐντυχεῖς ἡμῖν, τοῖς μεγαλομίσθοις τε σοφιστῶν ἀπελθεῖν μένοις. τοῦτό σοι ὦ ἑταῖρε, καίτοι σὺ μυρίας τοῖς ἀχολίας ὤν, ὅμως ἀπελογησάμην, σὸν ἐν παρέργῳ δήμῳ [1] τῷ λευκῷ παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι εἰσχθῆναι. ἐπὶ ὡς γε τοὺς ἄλλους κἂν συ-

me dictum est: virum autem bonum alicui operi decet esse intentum: quid aliud est in quo suam operam collocare debeat, quàm in juvandis ad res optimas amicis, inque medio sub dio specimen sui dando, quanta fide, diligentia & benevolentia demandata munia prosequatur, ne sit illud Homericum, *Pondus inutile terræ*. Ante alia autem, meos objurgatores meminisse oportet, se non sapientem virum (si modo aliquis alius est sapiens) objurgaturos, sed plebejum, in orationibus exercitatum, qui mediocrem ex iis laudem comparavit: at verò ad summam illam procerum virtutem, non est admodum institutus. Quanquam ne hoc quidem nomine dolere debeo per Iovem, quòd in neminem incidi, qui omnes sapientiæ, quam profitebatur, numeros expleret. Te verò, quòd hanc vivendi rationem mihi vitio vertis, non possum non mirari, siquidem eum objurgaveris, quem olim nosti pro causis publicè agendis mercedes maximas accepisse, quo tempore ad visendum. Occidentalem Oceanum profectus peragrata simul Gallia in nos incidisti, cùm quæstuosis rhetoribus annumeraremur. Hæc tibi, amice, ego quanquam sexcentis negotiis districtus, respondi: non parvi facturus si candidum plenumque calculum à te reportavero. Nam quod ad alios attinet, etiamsi simul

1 Τῷ λευκῷ παρὰ σοῦ δὲ πλήρη μοι εἰσχθῆναι] Per πλέρη intellige μὴ τετρυπημένον ψῆφον, *non perforatum calculum*, quod absolvebat, ut & album: utebantur in judiciis calculis vel fabis, & calculi quidem integri & πλέρεις absolvebant, & ut fabæ albæ, sed calculi perforati, τετρυπημένοι, condemnabant. vide Scholiasten Aristophanis ad Vespas pag. 500. *Palm.*

μία μοι ἴσως σὺ εἶνη ἄγκυρα ἔτι ἄθραυστος, ὑδρεία τὸ γῆρας, καὶ τὸν νοσον, καὶ μὴ τύπτων τὸν πτίαν, πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναπείθουσα, ὡς ἀφύγοι τις αὐτόν. καὶ σὺ τοιούτῳ, σὸν ἄκοιτον ἴσως καὶ τὸν Εὐριπίδου Μήδειαν ἐπικαλούσῃ, παρελθοῦσαν εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ σύντομα τὰ ἰαμβεῖα, μικρὸν αὐτὰ παραδιδάσασαν, Καί μοι δοκεῖτε μ', οἷα δρᾶν μέλλω κακά. [r] Πενία ἢ, κρείσσων τῶν ἐμῶν βολβομάστων. τὸ μὲν γὰρ Θεόγνιδος κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, τίς σὸν οἶδεν σὸν ἀπαξιοῦντα, καὶ ἐς βαθυκήπους πόλεις σφᾶς αὐτὰς ῥίπτειν, καὶ μὴ πρημνῶν γε ἡλιβάτων, εἰ μέλλοι τις ὕστερον ἀποδράσας τὸν πλοῦτον; τοῦτο μὲν οὖν ἐᾶναι δοκεῖ, ἅ γε ἂν ὡς σὺ τοιοῦτος ἀπολογησάμενος ἔχοι, ἃ πάνυ δικαίως ἂν ἔχοιεν. αὐτῶν. σὺ δέ μοι δεῦρο ὦ ἱππεῦ, ὡς εἰδεῖ τούτων ἐμοῦ χρησόμενος, μὴ γὰρ τοσοῦτός ποτε λιμὸς κατα-λάβοι τὸ Ἄργος, ὡς τὸν κοίλον Ἀραβίων ἀσπείρειν ἐπιχειρεῖν. ἀλλ' ἡμεῖς ὅτῳ πίνητε ἀλόγῳ ἀπολογίας, ὡς ὑπ' ἀπορίας τὸ τοιοῦτο πρασφύγοιεν ἂν τοῦ τὸν κατηγορίαν ζητεῖν. ἀλλά μοι σκεῖνο σκόπησον, ὡς πάμπολυ τὸ τοιοῦτο διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ὑπομεῖναι παρελθόντα, δουλεύειν, καὶ ἀνέχεσθαι ὅσα μοι φησὶ τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ πεζεύοντά σε τῶν κοινῶν, καὶ ἐς δύναμιν πολιτευόμενον, ἐπὶ τούτῳ δὴ βασιλέως μισθοφορεῖν. διελθὼν δή. καὶ ἰδίᾳ κρῖνε ἑκάτερον. σκόπει. εὑρήσεις γὰρ τὸ τῶν μυσικῶν δὴ τοῦτο, ὃς ἅπασῶν

hi forsan illa supereſt anchora integra, ut ſenectutem & morbum deplorem: poſtea paupertatem, quæ ut evitari queat, hominem nihil non & facere, & pati perſuadet. Quo loco fortè non fuerit intempeſtivum Medeam illam Euripidis ad opem vocare, quæ huc progreſſa, jambos illos nonnihil huc detortos pro me tibi occinat *Intelligo quàm ſint mala, hæc qua nunc paro, Sed mentis imperio reclamat pauperies.* Nam Theognidis illud, quanvis non citem, quis ignorat, qui non cenſet indignum, ſiquis ſe ipſe vel in profundum mare projiciat, vel è rupe præcipitet, ſi modò paupertatem hoc pacto effugiat? Hæc videntur eſſe quæ quis in ejuſmodi cauſa pro ſe dicere poſſet, quanquam eorum unumquodque non eſt admodum ſpecioſum. Tu verò amice bono es animo, ſiquidem nulla hujuſmodi defenſione ſum uſurus. Neque enim tanta fames Argos urgere unquam poterit, ut cavam Arabiam ſerere aggrediatur: neque nos adeò juſtæ defenſionis inopes fuerimus, ut adacti penuria, *hujuſmodi* perfugia adverſus accuſationem quæramus. *Quin* illud mihi conſidera quam magno hæc inter ſe diſcrimine diſtent videlicet in divitis alicujus familiam ingreſſum mercede ſervire, quæque meus recenſet libellus perferre, atque publicè rem populi tractantem, ac pro virili rempub. adminiſtrantem, hoc nomine ſtipendia ab imperatore accipere? Quare percurrens & ſeorſim utrumque diſponens conſidera. Comperies enim (Muſicorum illud proverbium; his per omnes) hoc

r Πενία ἢ κρείσσων] Melius alii Κρείσσον ἢ πῦρα. Bourd.

s Τῶν

τὸ πρᾶγμα. καὶ τοσοῦτον ἀοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους ὄσον μόλιβδος ἀργύρῳ, καὶ χαλκὸς χρυσῷ καὶ ἀνεμώνη ῥόδῳ, καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος. μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ, κἀντεῦθεν, καὶ τὸ ὑπ' ἄλλῳ τάττεσθαι. τὸ δὲ πρᾶγμα, παμπόλλου ἔχει τὴν διαφοράν. ἐκεῖ μὲν γὰρ δουλεία σαφὴς, καὶ ὁ πολὺ τῶν ἀργυρωνήτων καὶ οἰκετείων διαφέρουσιν οἱ ἐπὶ τοιούτῳ σωθησόμενοι. οἱ δὲ τὰ κοινὰ διὰ χειρὸς ἔχοντες, καὶ πόλεσι, καὶ ἔθνεσιν ὅλοις σφᾶς αὐτοὺς χρησίμους παρέχοντες, οὐκ ἂν εἰκότως ὁμοῦ μισθοῦ διαβάλοιντο, καὶ εἰς ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν τῆς κατηγορίας καθέλκυσιν. ἐπεὶ οὐδ' ἂν φθάνοι τις ἀπάσας ἀναιρῶν τὰς τοιαύτας διαθέσεις. καὶ ἔτι εἰ τοιαῦτα ἤδη ἐπιτροπεύοντες, ἔθ' οἱ τὰς πόλεις ἀρμόττοντες, ἔθ' οἱ τὰς φάλαγγας, ἢ στρατόπεδα ὅλα ἐγχειριζόμενοι, ὀρθῶς ποιήσουσιν, ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτῶν τῆς ἔργου διαθέσεως. ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑνὸς οἶμαι χρὴ ἀναπείπειν τὰ πάντα, ὑπὲρ ἰσοτιμίαν τῶν μισθοφορούντων κρίσεως. τὸ δ' ὅλον, ὦ τὰς μισθαρνίδας ἅπαντας ἐγὼ φαύλου βίου συνεῖναι ἔφασκον, ἀλλὰ τὰς ἐπὶ ταῖς οἰκίαις ἐπὶ διαθέσει παιδεύσεως δουλεύοντας, ὥκτειρον. τοιοῦτον δ' ὢν ἐπεῖρε τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα, παντάπασιν ἐπιεικὲς ἐστι, εἴγε τὰ μὲν οἰκοι, ἰσότιμα ἡμῖν. δημοσίᾳ δ', τῆς μεγίστης ἀρχῆς κοινωνοῦμεν, καὶ τὸ μέρος συνδιαπράττομεν. ἴσως δ' ἂν εἰ σκέψαιο, δίκαιά σοι δόξειεν ἂν τὸ σμικρόπολιν τῆς αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρίσθαι. τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τῶν σωθησομένων ἐπιθεῖναι, καὶ τὸ πραττόμενον ἐπιτρέπειν. καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους ὅσον μόλιβδος ἀργύρῳ, καὶ χαλκὸς χρυσῷ καὶ ἀνεμώνη ῥόδῳ, καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος. μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ, κἀντεῦθεν, καὶ τὸ ὑπ' ἄλλῳ τάττεσθαι. τὸ δὲ πρᾶγμα, παμπόλλου ἔχει τὴν διαφοράν. ἐκεῖ μὲν γὰρ δουλεία σαφὴς, καὶ ὁ πολὺ τῶν ἀργυρωνήτων καὶ οἰκετείων διαφέρουσιν οἱ ἐπὶ τοιούτῳ σωθησόμενοι. οἱ δὲ τὰ κοινὰ διὰ χειρὸς ἔχοντες, καὶ πόλεσι, καὶ ἔθνεσιν ὅλοις σφᾶς αὐτοὺς χρησίμους παρέχοντες, οὐκ ἂν εἰκότως ὁμοῦ μισθοῦ διαβάλοιντο, καὶ εἰς ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν τῆς κατηγορίας καθέλκυσιν. ἐπεὶ οὐδ' ἂν φθάνοι τις ἀπάσας ἀναιρῶν τὰς τοιαύτας διαθέσεις. καὶ ἔτι εἰ τοιαῦτα ἤδη ἐπιτροπεύοντες, ἔθ' οἱ τὰς πόλεις ἀρμόττοντες, ἔθ' οἱ τὰς φάλαγγας, ἢ στρατόπεδα ὅλα ἐγχειριζόμενοι, ὀρθῶς ποιήσουσιν, ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτῶν τῆς ἔργου διαθέσεως. ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑνὸς οἶμαι χρὴ ἀναπείπειν τὰ πάντα, ὑπὲρ ἰσοτιμίαν τῶν μισθοφορούντων κρίσεως. τὸ δ' ὅλον, ὦ τὰς μισθαρνίδας ἅπαντας ἐγὼ φαύλου βίου συνεῖναι ἔφασκον, ἀλλὰ τὰς ἐπὶ ταῖς οἰκίαις ἐπὶ διαθέσει παιδεύσεως δουλεύοντας, ὥκτειρον. τοιοῦτον δ' ὢν ἐπεῖρε τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα, παντάπασιν ἐπιεικὲς ἐστι, εἴγε τὰ μὲν οἰκοι, ἰσότιμα ἡμῖν. δημοσίᾳ δ', τῆς μεγίστης ἀρχῆς κοινωνοῦμεν, καὶ τὸ μέρος συνδιαπράττομεν. ἴσως δ' ἂν εἰ σκέψαιο, δίκαιά σοι δόξειεν ἂν τὸ σμικρόπολιν τῆς αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρίσθαι. τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τῶν σωθησομένων ἐπιθεῖναι, καὶ τὸ πραττόμενον ἐπιτρέπειν.

hoc est, *longissimo intervallo ea inter se dissidere*: tum has duas vitæ rationes tantum inter se convenire, quantum cum argento plumbum, æs cum auro, anemone cum rosa, cum homine simia. Siquidem & illic & hîc merces accipitur, & alteri est parendum. Sed in rei ratione ingens est dissonantia. Illic enim manifesta est servitus, & qui ad officium hujusmodi se conferunt, non multum emptitiis servis, & vernis præstant. Qui verò rempub. tractant, seque urbibus, ac totis gentibus utiles præbent, nullo jure ob solam mercedem traducantur, inque criminis similitudinem & communitatem trahantur. Alioqui fieri non poterit quin hac ratione præfecturæ omnes exautorentur, ut neque tot tantarumque gentium præsides, neque civitatum rectores, neque ordinum militarium ductores, imò nec ipsi totius exercitus imperatores rectè facere videantur: quando horum omnium laboribus proposita sunt præmia. Cæterùm unico mercedis nomine non oportet opinor, omnia evertere, nec mercedem accipientibus æqualem conditionis gradum tribuere. Denique non omnes mercenarios in vili vitæ ratione versari dicebam: sed eos qui in familiis doctrinæ prætextu serviunt miserabar. At nostrum negocium, ô amice, penitus est diversum: quanquam quæ ad domesticam vitam pertinent, nobis paria sunt cum illis: publicè tamen summi imperii participes sumus, ejusque partem cum rege administramus. Equidem ego, si consideres, videbor tibi non minimam Ægyptiaci regni portionem obtinere, dum lites instituo, ipsasque compono; dicto-

νάμῳ πάντες κατηγορῶσιν, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ, [1] Οὐ φροντὶς Ἱππωκλείδῃ.

simul omnes accuſent, illud mihi ſufficerit, Non curat Hippoclides.

1 Οὐ φροντὶς Ἱππωκλείδῃ] Hæc dixerat antea, repetit in Hercule Ogmio, Proverb. Εἰ τι μὴ πάνυ ἀσύμβατον ἡμῖν λεγόμενον. Legend. Heſych. ex Ariſtoph. *Bourd.* Εἰη μοι τὸ Οὐ φροντὶς Ιτ. Marc.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΕΙ ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ.

PRO EO QVOD INTER SALVTANDVM VERBO LAPSVS FVERAT.

ΑΡΓΥΜΕΝΤΥΜ.

[1] *Reſpondet hac Apologia, pro errato, quod inter ſalutandum ipſi exciderat, cum mane & in prima ſalutatione, quando χαῖρε, hoc eſt Ave ſeu ſalve dicendum fuerat, ipſe ὑγιαίνειν, hoc eſt, Vale dixiſſet. Orationis ſtatus eſt juridicialis aſſumptitius. Fatetur enim & ipſe peccaſſe ſe, quia ordinem inverterit, & quod poſtremum dici conveniebat, à principio uſurparit. Sed tamen culpam hanc mitigat atque elevat. Primum uſu ac poteſtate ipſorum verborum, oſtendens τὸ χαίρειν non in principiis tantùm à veteribus, ſed etiam in fine atque diceſſu uſurpatum fuiſſe, ὑγιαίνειν autem utroque loco frequenter à multis, à quibuſdam etiam in principio ſemper poſitum fuiſſe, deinde & efficaciorem atque auſpicatiorem vim ac ſignificationem habere, idque probat multis & poëtarum & aliorum teſtimoniis adductis, item hiſtoriarum exemplis, ubi vel eodem errore ὑγιαίνειν pro χαίρειν poſitum fuiſſet vel aliàs uſurpatum, commodum aliquod utentibus attuliſſet. Poſt hæc ordinis inverſioni opponit eventum erroris, quòd tale verbum, pro alio dixerit, cujuſvis ſeu poteſtas, hoc eſt, valere ſeu ſanum eſſe, cuivis tempori, non matutino tantùm, conveniat, & quòd hæc ſalutatio cæteris potior atque efficacior ſit. Denique & principes hoc idem primum atque præcipuum ſuis mandant, ut ſalutis ſeu valetudinis curam gerant, & privati quoque in reſalutando ſalvos eſſe jubent. Hinc & cauſſam erroris ſive eventus hujus, in deum aliquem transfert. Animi autem conſternationem, qua cauſſam errori dederit, à conſueto, & objecto ſeu caſu defendit. Deinde & vo-*

1 *Reſpondet & Apologia*] Scripta hæc diſſertatio πρὸς Ἀσκληπιὸν ut patet fine. Cauſa diſſertationis hæc eſt: ὑγιαίνειν, dixerat ἀντὶ τοῦ χαίρειν· αἱ γὰρ παλαιαὶ προῤῥήσεις αἱ μὲν ἐπιστολαὶ χαῖρε, αἱ δὲ εὐπραξίαι, ὑγίαινε. Bourd.

1 Ὀχευ-

& voluntatem principis pro ſe interpretatur ficta conformatione, idque argumento à conſequentibus, & exemplo ducto. Ad finem, ficta alia ac nova objectione orationem in votum ſeu precationem deſinit. Exordium à loco communi ſumitur.

Χαλεπὸν μὲν ἄνθρωπον ὄντα, δαίμονός τινος ἐπήρειαν ἀφυγεῖν. πολὺ δ' χαλεπώτερον δ' ἀπολογίαν εὑρεῖν ἀβλαβῆ καὶ δαιμονίῳ πταίσματι. ἄπορ' ἀμφότερα τῶν ἐμοὶ συμβέβηκεν. ὃς ἀφικόμην σε, ὡς πεισόμενος τὸ ἐωθινόν, δέον τὴν σωτηρίαν ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν. ἐγὼ δ' [1] ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος, ὑγιαίνειν σε ἠξίουν. εὔφημον μὲν καὶ τοῦτο, ἀλλ' οὐ καιρῷ γε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ εὐθὺς ἐθόρυβόν τε, καὶ ἠπορούμην, καὶ πανταχοῦ μου ἡ ἀπορία. οἱ παρόντες γε, οἱ μὲν, διεπαίζον, ὡς τὸ εἰκός. οἱδὲ, ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας. οἱδὲ, χθεσινῆς κραιπάλης ἀνάμνησιν ἔτι ᾤοντό με εἶναι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα σὺ ἐπιεικῶς ἤνεγκας τὸ μεθύειν. ἐγὼ δ' ὅσον ἄκρῳ τῷ μεσοδιάκτῳ ἐπισημαινόμενος τὸ βλάπτης τὴν ἁμαρτίαν. ἔδοξέν δέ μοι καλῶς ἔχειν διαμυδίαν τινὰ ἐμαυτῷ συγχέαι, ὡς μὴ πάνυ ἀνιώμενος ἐπὶ τῷ πταίσματι, μηδ' ἀφόρητον ἡγούμενος, εἰ πρεσβύτης ἀνὴρ τοσοῦτον ἀπεσφάλην δι' καλῶς ἔχοντος, ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων. ἀπολογίας μὲν γὰρ οὐδὲν ἔδει ἐμοὶ ὑπὲρ γλώττης, εἰς ἅπαντας εὔφημον εὐχλοῦς ὀλιγωρούσης, ἁρμόσειν μέ δὲν τὸ πρὸς φῆς, πάνυ λαμπρῶς συνδέξεσθαι φήμην τῷ σωθησομένῳ. σωθήσομαι γὰρ,

Difficile eſt, homo cùm ſis fortunæ alicujus offenſionem evitare: longè verò difficilius inopinati, divinoque impulſu commiſſi erroris defenſionem invenire. Quod utrumque mihi nunc accidit, qui cùm mane te ſalutaturus adiiſſem, & conſuetam hanc vocem emittere, teque ſalvere jubere debuiſſem, ego aureus ille oblitus, valere te juſſi. Quod quidem verbum boni eſt ominis, ſed intempeſtivum, ut quod auroræ non conveniat. Ob id igitur ſudabam, erubeſcebam, & præ inopia conſilii pervarius eram. Eorum autem qui aderant, alii quidem me lingua lapſum eſſe, ut erat conſentaneum: alii verò præ ætate delirare, alii denique heſterna crapula plenum adhuc eſſe exiſtimabant: tametſi tu animo maximè æquo caſum hunc ferebas, ut qui ne levi quidem riſu linguæ erratum notares. Viſus ſum igitur mihi præclarè facturus ſi conſolationem aliquam ipſe mihi componerem, ne hoc lapſu nimis ægrè afficerer, neve intolerabile putarem, ſi ſenex ego, præſentibus tot teſtibus, à decoro tantum deflexi. Nihil enim, opinor, opus erat defenſione pro lingua, quæ in tam boni ominis precationem labendo incidit. Quare mihi ſcribere incipienti videbar in dubiam quæſtionem incurſurus eſſe: ſed progredienti multa dicenda ſe ob-

1 Ὁ χρυσοῦς] Sic apud Ariſten. Epiſt. 1. & alibi quod notavit Doctiſſ. Mercer. Cætera ſummi Rhetoris & Philoſophi doctrinam declarant. *Bourd.*

1 Περὶ-

πολλὰ προφέρη τὸ λεκτέα. ὁ μὲν γὰρ προπεμπων ἐρῶ αὐτὰ, ἢν μὴ δεῖ σε χαίρειν αὐτῷ, καὶ σὺ δὲ πράττειν, καὶ σὲ ὑγιαίνειν προσήκει τὰ εἰκότα. τὸ μὲν δὴ χαίρειν, ἀρχαῖα μὲν ἡ προσαγόρευσις. ἐμοὶ δὲ ἰωδίνῃ μόνον, ἀλλ' ὑπὸ τῶν προσώπων ἔντευξιν, ἀλλὰ καὶ προσώπων μὴ ἰδόντες ἀλλήλους, ἔλεγον αὐτό. ὡς τὸ, Χαῖρ' ὦ δυνάστα τῆς δὲ γῆς Τιρυνθίας. καὶ μὴν τὸ δεῖπνον εἰς λόγους ἤδη παρῆσαν φερόμενοι, ὡς τὸ, Χαῖρ' Ἀχιλλεῦ, φωτὸς μὲν εἶσης οὐκ ἐπιδεύεις, Ὀδυσσεῦς ὁπόσα τῷ ἐπιστολίμῳ πρεσβείαι αὐτῷ ἐφράσαι. καὶ ἤδη ἀπόντες παρ' ἀλλήλων, ὡς τὸ, Χαῖρε, ἐγὼ δ' ὑμῶν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. ἴδιον δὲ χωρὶς ὑδὲς ἀπιστείμενον τῇ προσρήσει, ὑδὲ ὡς νῦν μόνον ὁ ἰωδινὸς, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀπαισίων καὶ ἀποκοτάτων ὁμοῖς ἐχρῶντο αὐτῇ, ὡς ὁ τοῦ Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη πελάσσων τὸν βίον, Καὶ χαίρετ', ἤδη γάρ με προβάλλει σκότος. καὶ ὁ μόνος φιλοφροσύνης αὐτοῖς ὧν τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθείας, καὶ δὴ μηκέτι χρήσεσθαι ἀλλήλοις. τὸ γὰρ μακρὸν χαίρειν φράσαι, τὸ μηκέτι φροντιεῖν δηλοῖ. [1] πρῶτος δ' αὐτὸ Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλων τὴν νίκην, εἰπὼν πρὸς τοὺς ἀρχοντας

obtulerunt: quæ tamen priùs non dicam, quàm de verbis *Salvere*, *Bene agere* & *Valere*, quæ conſentaneum eſt, expoſuero. Verbum igitur *Salvere*, antiqua eſt ſalutatio, quam uſurpabant non ſolùm mane, primaque in compellatione, ſed etiam cum ante ſe mutuò non vidiſſent; quale illud eſt, *Salve ô ſoli rex ipſius Tirynthii*. Deinde à cœna cùm jam ad ſermones vinoſos converterentur: quale illud, *Salve Pelide nil cœna æqualis eges nunc*. quum ſuæ legationis mandata Vlyſſes ipſi exponeret. Præterea cùm jam à ſe mutuo diſcederent, quale illud, *Salvete, atque Deum me agnoſcite non mortalem*. Certum autem tempus nullum huic ſalutationi eſt attributum: neque ut nunc, ſolum matutinum, quandoquidem in infauſtis, abominandiſque rebus ſimiliter uſurpabant, ut Euripidis Polynices jam moriens, *Salvete*, inquit, *nam totus tenebris jam tegor*. Nec ſolùm illis erat benevolentiæ, ſed etiam odii ſymbolum, cùm ſignificarent nihil amplius inter ſe commercii fore. Nam qui *longum* ſalvere dixiſſet, innuebat ſe non amplius curaturum. Primus autem hoc verbo uſus fuiſſe fertur Philippides, cùm uno die curſu iter à Marathone Athenas uſque emenſus victoriam ſedentibus ma-

1 Πρῶτος ὁ αὐτὸ Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας] Erratum eſt ſæpiſſime in nomine ejus viri: multo melius Herodotus lib. 6. qui eum Φειδιππίδην vocat. Nomen proculdubio ei impoſitum ob curſus celeritatem, utpote qui curſor eximius ἵππου ἐφείδετο, cui non opus erat equo. Sic enim Græcis nomina ſæpe ab inſtituto & exercitatione imponebantur. Sic Πλωϊλύτη ἀπὸ τῆ πλύσιν τῶν πάπλων. Sic Ἡλικλῆς διὰ τὸ σοῦν χρῆσθαι ἀλκικλῆν ἔτι. Sic Μελίαγρος ὅτι αὐτὸν μέλαν τ' ἄχεας τῆ Καλυδωνίῃ κάπρῳ. Sic Ἡρακλῆς ὅτι διὰ τῶν Ἥρων κλέος ἶσχε. Sic Πολυνίκης διὰ τὸ μάχης ἐν στελλαῖς ἴδη. Sic Βελλεροφόντης ἀπὸ τῆ Βελλέρε φόνε. Sic Τυδεύς ὅτι τὰς μυσσῆρος Λυγκέως ἐκτυφλώθη, & ſexcenta talia. *Palm.*

1 Τὸ

ἐκ προθυμίας, καὶ περφοντικότως ὑπὲρ ἧς τέλος ἡ μάχης, Χαίρειν, νικῶμεν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, συναπεθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ τῷ χαίρειν συνεπαποδοῦναι. ἐν ἐπιστολῇ γὰρ ἀρχῇ, Κλέων ὁ Ἀθηναίων δημαγωγὸς, ἀπὸ Σφακτηρίας γράφων τὸ χαίρειν πρῶτον ἔγραψε, διαγελάζομενος τὴν νίκην τὴν ἐκείνου, καὶ τὴν τῶν Σπαρτιατῶν ἅλωσιν. καὶ ὅλως γε μετ' ἐκεῖνον ὁ Νικίας ἀπὸ Σικελίας ἐπιστέλλων, ἐν πρὸ δόχαίου τὸ ἐπιστολὴν διέμενεν, ἀπ' αὐτῶν δεξάμενος τὸ πραγμάτων. ἀλλ' ὁ γοῦν μέγιστος Πλάτων, ἅτε ἀξιόπιστος νομοθέτης τοιούτων, τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν ὄν, καὶ ἀδὲν ἀπρεπὲς ἐμφαίνον. τὸ δὲ οὖ ἀφάτιον, αὐτὸ αὐτῷ εἰσάγει, ὡς χρῆναι σώματός τε καὶ ψυχῆς οὗ ἀλλοκεκριμένων σύμβολον. καὶ ἐπιστέλλων γοῦν τῷ Διονυσίῳ, αἰτιᾶται αὐτὸν, ὅτι ποιῶν εἰς τὸν Ἀπόλλω, χαίρειν τὸν θεὸν προσεῖπεν, ὡς ἀνάξιον τοῦ Πυθίου, καὶ οὐχ ὅπως θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον. ὁ μὲν γοῦν βραβεύτης Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον [2] Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιλητοῖς αὐτοῦ πεπαιδεῦσθαι, ὅτι τὸ οὗ πράττειν πρόσεστιν, ἀλλὰ δεῖ τὸ ὑμᾶς εἶναι ἄρχειν σπέυδειν. ἅπαντες γὰρ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀλλήλοις ἐπιστέλλοντες, ὁπότε ἀπαίδευτόν τι γράφοιεν, ὑμᾶς εἶναι οὕτως ἐν δεῖ παρεκελεύοντο, ὡς καὶ αὐτὸ ψυχῆ τι

magistratibus, & de pugnæ eventu solicitis annunciaret. *Salvete: vincimus*: eoque dicto statim cum nuncio interiisse, & cum verbo *Salvere*, expirasse. In Epistolæ autem initio, Cleon ille Atheniensium tribunus, cùm ex Sphacteria scriberet, primo loco *Salvere* posuit, lætum illic partæ victoriæ nuncium mittens, expugnatis videlicet Spartanis. Denique post illum Nicias dux, cùm ex Sicilia scriberet, antiquam epistolarum formam retinuit, statim ab ipsis rebus exordiendo. Sed mirabilis ille Plato, vir fide dignus, & legum hujusmodi lator, hoc verbum *Salvere* jubet planè improbare tanquam malum, nihilque serium præ se ferens. Ejus autem loco verbum, *Bene agere*, introducit, tanquam commune corporis animique bene affectorum symbolum. Ac missis ad Dionysium literis, reprehendit ipsum, quòd versus in Apollinem scribens, Deum salvere jussisset, tanquam Deo indignum, ac nedum Diis, sed ne præstantissimis quidem viris decorum. At certè divinus Pythagoras, tametsi nihil ipse nobis proprium suorum scriptorum relinquere voluit, quantum ex Oecello Lucano, & Archyta, aliisque ipsius discipulis conjicio, nec verbum, *Bene agere*, præposuit, sed à verbo *Valere* ordiri jussit. Itaque omnes ipsius sectatores, cùm ad se invicem literas mitterent, quoties serii quippiam scribebant *Valere*, statim ab initio jubebant, ut quod tam cor-

1 Τὸ μὲν χαίρειν κελεύει & πάνυ ἀποδοκιμάζειν] Plana sententia est. Sed fortè si Lucianus scripserat ludens: τὸ μὲν χαίρειν, χαίρειν κελεύει, καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει, ut pagina sequent. πάνυ χαίρειν τοῦ χαίρειν. Marc.

2 Οἰκέλλῳ] Cod. Florent. Οἰκίλῳ. Bourd.

καὶ σύμβολα ἀρμοδιώτατον, καὶ συνόλως ἅπαντα τὸν ἑκατέρου βίον πληρῶσα ἀγαθά. καὶ τὸ μὲν τρίτον αὐτοῖς τρίγωνον, τὸ λεγόμενον, τὸ πενταγράμμου, ᾧ συμβόλῳ τοὺς ὁμοδόξους ἐχρῶντο, ὑγιείας πρὸς αὐτῶν ὀνομάζετο. καὶ ὅλως ἡγοῦντο τὸ μὲν ὑγιαίνειν εἶναι, ὅπερ ἦν τὸ εὖ πράττειν, ὅπερ τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν. εἰσὶ δ' οἱ καὶ τῶν τετρακτύν, ἣ μέγαν ὅρκον αὐτῶν, [2] ἢ ἣ σύνολα αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν. οἶδα, καὶ ὑγείας ἀρχὴν ἐκάλουν. ὃν καὶ Φιλόλαός ἐστι. καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς λέγω, ὅτε καὶ Ἐπίκουρος ἀνὴρ πάνυ χαίρειν τῷ χαίρειν, καὶ τὴν ἡδονὴν πρὸ ἁπάντων αἱρούμενος, ἐν ταῖς ἀναγκαιοτέραις ἐπιστολαῖς, εἰσὶ δ' αὐτοῦ ὀλίγαι, καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς φιλτάτους μάλιστα, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν τῇ ἀρχῇ προστάττει; πολὺ δ' ἂν καὶ ἐν τραγῳδίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ εὕροις τὸ ὑγιαίνειν, πρῶτον εὐθὺς λεγόμενον. τὸ μὲν γὰρ Οὐλίτε, καὶ μέγα χαῖρε, σαφῶς προτεταγμένον, ὦ χαίρειν τὸ ὑγιαίνειν ἔχει. ὁ δ' Ἄλεξις, Ὦ θεράπων, ὑγίαινε. ὡς χρηστὸν ἐλήλυθας. ὁ δ' Ἀχαιὸς, Ἥκω πεπραγὼς δεινά, σὺ δ' ὑγίαινε μοι. καὶ ὁ Φιλήμων, Αἰτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον. εἶτ' εὐπραξίαν. τρίτον δ', χαίρειν. εἶτ' ὀφείλειν μηδέν. ὁ μὲν δὲ τὸ σχολὴν χρέαν ψας, ὃ καὶ Πλάτων μέμνηται, τί καὶ ἄτοπος φησι; corpori quàm animo erat accommodatissimum, omniaque simul hominis bona complectebatur. Et triplex, illorum triangulus qui alternatim inter se junctus, quinquelinearem figuram constituit, quo symbolo apud ejusdem sententiæ sectatores utebantur, Sanitas ab ipsis appellabatur. In summa, ipsum quidem Bene valere putabant esse, verùm neque *Bene agere*, neque *Salvere* omnino idem quod *Valere*. Sunt autem & qui Quaternionem *maximum* ipsorum juramentum, aut perfectum ipsis numerum perficere dicant: alii verò etiam valetudinis principium vocarunt: ex quibus etiam est Philolaus. Ecquid tibi priscos dicam, quando & Epicurus, quanquam verbo *Gaudere*, gaudebat, & voluptatem rebus omnibus anteponebat, in epistolis quas de rebus paulò gravioribus scripsit (quæ quidem sunt paucæ) & in iis quas ad amicissimos potissimum misit, statim à principio bene valere imperat? Sæpe etiam & in Tragœdia, & in veteri Comœdia statim à principio dictum illud *Bene valere* invenias. *Vale*, & multum mihi *Salve*, prudenter illi verbo *Salvere* verbum illud *Valere* præpositum habet. Alexis autem, *O Here Vale, ut tardè admodum advenis.* Achæus etiam, *Venio peracta re gravi, at tu mihi vale.* Et Philemon, *Primùm valere cupio, dein agere bene, Salvere tertio, ultimo debere nil.* Nam qui convivale illud carmen scripsit, cujus etiam meminit Plato, quid etiam ait? *Equi-*

[1] Τὸν τετρακτύν] Huc pertinet quod est in aureo versu Pythagoræ:
Ναὶ μὰ τὰν ἁμετέραν ψυχᾶ παραδόντα τετρακτύν
Παγὰν ἀενάου φύσεως. Bourd.

[2] Ἢ ἣ σύνολα αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν, οἶδα δὲ ὑγείας ἀρχὴν] Ἢ ἣ σύνολα αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ, ἤδη δὲ ὑγείας. Marc.

1 Cla-

γ' γε αὐτὸ μὲν ἄριστον, τὸ δίκαιον, καλὸν δεύτερον, πρέπον δ', πλούσιον. ἔτι δὲ χαίρειν δ' τὸ παρόντων οὐκ ἐμνήσθη. ἵνα σοι τὸ γνωριμώτατον ὀνείδιον, καὶ πᾶσι δῆλον ποιῶ λέγω, Υγίαινε πρόσθιστε μακάριον, μὴ σοῦ νέοιμι τὸ λειπόμενον βιοτῆς. ὥστε εἰ πρόσθιστε ἐστὶν ὑγίεια, καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς τὸ ὑγιαίνειν, πρωτεῖον τῶν ἄλλων ἀγαθῶν. μυρία δ' ἂν ἄλλα ἔχ τε ποιητῶν, καὶ συγγραφέων, καὶ φιλοσόφων παραδεῖξαι σοι ἔχων, πρωτιμώντων τὸ ὑγιαίνειν, τοῦτο μὲν, παρεμπήσομαι ὡς μὴ εἰς ἀπιθανολογίαν πνὰ μειρακιώδη ἐκπέσω μοι τὸ σύγγραμμα, καὶ κινδυνεύσω ἄλλῳ ἄλλο συγγράφειν τ' ἦλον. ὀλίγα δέ σοι τ' ἀρχαίας ἱστορίας, ὁπόσα μέμνημαι οἰκεῖα τῇ παρούσῃ πρόσφορα, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον. ὅτι Ἀλέξανδρος τῶν ἐν [2] Ἰσσῷ μάχῃ ἀγωνισάμενος ἔμελλεν, ὡς Εὔμενης ὁ παρδιανὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολῇ λέγει, εἰσελθὼν εἰς τὸν σκηνὸν αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων, εἴτ' ἐπιλαθόμενος, εἴτ' ἐπιπορευθεὶς ὥσπερ ἐγώ, εἴτε καὶ θεῶν τινος τοῦτο καταγηράσαντος, τοιοῦτόν μοι ἔφη, Υγίαινε βασιλεῦ, ἡμῖν δὲ ἤδη τὰ δευτερεῖα. παρελθόντων δ' τ' παρόντων πρὸς τὸ παράδοξον τ' πρόσωπον, καὶ τὸν Ἡφαιστίωνος ὀλίγα δεῖν ὑπ' αἰδοῦς ἐκπλαγέντος, Ἀλέξανδρος δέχομαι εἶπε τὸν κλεδόνα. τὸ γὰρ σῶας ἐπανήξειν δὲ τ' μάχης, ἤδη μοι ὑπῆρχεν ἐπὶ τοῖς Γαλάταις σωθῆναι ἔμελλεν, ἔδειξεν ὅταν ἐπιστάντα οἱ τ' Ἀ-

Equidem hoc judico primum, Valere, dein pulchrum videri, Posse ditem. Verbi autem *Salvere* omnino non meminit. Et ut notissimum quoque illud, & quod omnibus in ore est tibi dicam, *Superûm antiquissima Diva Salus. Tecum mihi liceat, Vivere quod supereſt.* Itaque si antiquissima est Sanitas, ejusque opus est *Bene valere*, bonum hoc aliis est anteponendum. Quanvis autem sexcenta alia exempla tum ex poëtis, tum ex historicis & philosophis commemorare possim, ubi verbum hoc *Valere* anteponunt, hoc tamen omittam, ne scriptum meum in juvenilem ineptiam incidat, & [1] clavum clavo trudere videar. Sed pauca ex veteri historia deprompta, quæ memoria teneo, scitè facturum putavi si propria huic causæ adscriberem. Quando Alexander pugnam illam ad Issum initurus erat, ut Sardianus Eumenes in epistola ad Antipatrum dicit, mane in ejus tentorium ingressus Hephæstion, sive oblitus, sive sicut ego perturbatus, sive etiam numine quopiam impellente adactus, idem quod ego dixit. Bene vale rex: tempus jam est in aciem duci exercitum. Conturbatis autem cæteris qui tum aderant ob inopinatam salutandi formam, ipsoque Hephæstione propemodum præ pudore exanimato, Alexander, recipio inquit omen: illud enim nos è pugna incolumes reversuros, jam mihi pollicetur. Antiochus autem cognomento Soter, quando cum Galatis prælium esset conserturus, Ale-

1 *Clavum clavo*] Id est, malum alio malo. Aristot. lib. 5. polit. c. penult. Cic. Tusc. 4. Cogn.

2 Ἰσσῷ] Cod. Flor. ἐν Ἰσσῷ. Bourd.

λέξανδρον, κελεύειν σύνθημα δοῦναι τῇ φάλαγγι τὸ ὑγιαίνειν. καὶ ἀπὸ τούτου σύνθημα, τὸν Ἀλέξανδρον νικᾶν ἐκέλευσε. καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, Σελεύκῳ ἐπιστέλλων, σαφῶς ἀνέστρεψε τὴν τάξιν, ὁ δεῖν μὲν τὸν ἐπιστολὴν ὑγιαίνειν αὐτὸν προστιθέναι, ἐπὶ τέλει δέ, ἀντὶ τοῦ ἐρρῶσθαι ἀποφήνας τὸ χαίρειν, ὡς Διονυσόδωρος ὁ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ συναγαγών φησιν. ἄξιον δὲ καὶ Πύρρου τοῦ ἠπειρώτου μνησθῆναι, ἀνδρὸς μετ' Ἀλέξανδρον τὸν δεύτερον εὐ στρατηγίας εὐδοκιμήσαντος, καὶ μυρίας τροπὰς τῆς τύχης ἐνεγκόντος. ὅστις τοίνυν ἀεὶ θεοῖς εὐχόμενος, καὶ θύων, καὶ ἀναπηδῶν ὅτε ποτὲ τὴν νίκην, ἢ βασιλείας ἀξίωμα μεῖζον, ἢ εὐκλειαν, ἢ πλοῦτον ὑπερβολὴν, ἤντησε παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐν τῷ ἠυχεῖσθαι, ὑγιαίνειν. ὡς ἐς ἂν τὰ ἔχῃ, ῥᾳδίως αὐτῷ τἄλλα προσγενησόμενα. καὶ ἄριστα οἶμαι ἐφρόνει, λογιζόμενος ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν ἁπάντων ἀγαθῶν, ἐς ἂν τὸ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ. ἀλλὰ νῦν ἐκείνου καιρὸς εἶναι οὐφ' ἡμῶν ἀποδεδειγται. τάχα ἂν εἴποις τις. σὺ δὲ τοῦτον σιωπήσας, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἐφθα, ὅμως τῷ δικαίῳ λόγῳ οὐκ ἂν ἔξω εἶης ἁμαρτηκέναι, ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν τῇ κνήμῃ τὸ κράνος, ἢ τὸν τῇ κεφαλῇ τὰς κνημίδας ἐπιθήσεσθαι. ἀλλ' ὦ βέλτιστε, φαίην ἂν κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, εἰκότως ἂν ταῦτ' ἔλεγες, εἰ τις ὅλως καιρὸς ἦν ὑγείας μὴ δεομένοις. νῦν δὲ καὶ ἕωθεν, καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ, ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον.

Alexandrum in somniis affare sibi putavit, qui juberet ut ante pugnam exercitui tesseram hanc *Valere* daret. Ac sub hac tessera præclaram illam victoriam est consecutus. Ptolemæus etiam Lagi filius missis ad Seleucum literis planè ordinem invertit, à principio quidem epistolæ valere illum jubens: pro eo autem ubi alii *Vale* scribunt, Salvere subscribens quemadmodum Dionysiodorus tradit, qui epistolas ejus collegit. Æquum etiam [1] Pyrrhi Epirotæ meminisse, qui post Alexandrum secundas tenuit in re militari, variasque fortunæ vices pertulit, hic cum Deos precando, sacrificando, & donaria consecrando semper veneraretur, nunquam tamen ab illis vel victoriam vel regni majestatem ampliorem, vel gloriam, vel divitiarum abundantiam postulavit, sed unum hoc, ut bene valeret precabatur ut pote cui, hoc fruenti cætera facillimè suppeterent. Atque me judice optimè sentiebat, illud secum reputans, nullum cæterorum omnium bonorum fore fructum, si sola Sanitas abesset. Sed nunc *cujusque* proprium tempus *quo* usurpabatur à nobis est demonstratum. Fortassis autem dixerit quispiam. Tu verò hoc immutato, etsi nihil aliud dixisses, justa tamen de causa extra culpam non esses: perinde ac si quis galeam tibiæ, vel capiti ocreas alligaret. Verùm ô optime, ego illi responderem, meritò sanè hæc diceres, si quod in universum tempus esset quod sanitate opus non haberet. Nunc verò & manè, & meridie, noctuque bene valere semper necesse est: in pri-

1 *Pyrrhi Epirota*] De quo Iustin. lib. 18. *Cogn.*

καὶ μάλιστα τοῖς ἄρχουσι, καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν, ὅσῳ καὶ ὑμᾶς πολλὰ δεῖ ὑγιαίνοντας εἶναι. ἔπειτα, ὁ μὲ χαίρειν εἰπὼν, μόνον οὐ φθέγμα τῆς ἐρρήσεως, καὶ ἔστιν εὐχὴ τὸ πρᾶγμα. ὁ δὲ ὑγιαίνειν προσκελεύόμενος, καὶ χρήσιμόν τι δρᾷ, καὶ ὑπομιμνήσκει τοὺς τὸ ὑγιαίνειν σπουδάζειν. καὶ ὁ σωτήριόν μόνον, ἀλλὰ καὶ προσγράφει. τί δ' ἐν [1] καὶ ἐν τῇ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ, ὃ ἀεὶ καὶ προὶ βασιλέως λαμβάνετε, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ἐστι παραγγελλόμενον, τὴν [2] ὑγείαν τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι; καὶ μάλα εἰκότως. εἰδὲν γὰρ ἂν εἴη ὄφελος, ὑμῶν πρὸς τἄλλα, μὴ ὄντων ὑγιαινόντων. ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, εἰ τι καλῶς τῇ Ῥωμαίων φωνῇ ἐπαΐω, τοὺς εὐθυμαγρεύοντας ἀντιδεξιούμενοι, [3] τὸ τὴν ὑγείας ὀνόμαθ' πολλάκις ἀμείβεσθε. καὶ ταῦτα πάνυ εἰ ἔπον, οὐχ ὡς ἂν εὐθυμίας ἀφελὼν τὸ χαίρειν, ἐπιπηδήσας δ' αὐτ' αὐτῷ εἰπεῖν τὸ ὑγιαίνειν, ἀλλ' ὡς τοῦτο μὴ ἄκων παθών. ἢ μᾶλλον ἂν ὦ ξενίζων, καὶ τοὺς καιροὺς τῶν εὐθυμαγρεύσεων συναλλάττων. χάρειν δ' ὁμολογῶ ταῖς θεοῖς, ὅτι μοι τὸ σφάλμα ἐς ἄλλο μακρῷ αἰσιώτερον ἐξετράπη, καὶ εἰς τὸ ἄμεινον μεταβάλλεσθαι. καὶ τύχοι τῆς ὑγείας, ἣ Ἀσκληπιῷ αὐτῷ ἐπινοίᾳ τῇδ' ἐπράχθη, δι' ἐμοῦ σοι τὸ ὑγιαίνειν ὑποσχομένῳ. ἐπεὶ primis verò principibus vobis, qui multa negocia geritis, eoque ad multa sano corpore opus habetis. Præterea autem ille qui dixit *Salve*, auspicato tantùm principio est usus, eaque res est votum. Sed qui *valere* jubet, is & quiddam utile facit, & eorum admonet quæ ad sanitatem conferunt: nec comprecatur modò, sed etiam imperat. Quid autem? nonne in mandatorum libello, quem semper à rege quoque accipitis, hoc primum vobis præcipitur, ut vestram valetudinem curetis? Ac meritò sanè: neque enim ulla vestri utilitas ad res cæteras obeundas foret nisi integri ac sani essetis. Quinetiam vos ipsi, si Romanam linguam ego nonnihil intelligo, quum salutantes resalutatis, illis plerumque sanitatis nomine respondetis. Et hæc omnia dixi, non quòd verbum *Salvere* consultò demerim, & *Valere* pro eo dicere affectarim: sed quòd invito mihi exciderit: alioqui ridiculus essem si inusitatam vocem inducerem, & tempora salutationum immutarem. Gratiam autem Diis habeo, quòd mihi erratum hoc, in verbum aliud longè auspicatius est conversum, & in melius prolapsus sum. Et fortasse hoc Salutis vel Æsculapii ipsius consilio factum est, qui tibi per me sanitatem promittat. Nam quo

1 Καὶ ἐν τῇ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ] *Et in mandatorum libello.* Marc.

2 Τὴν ὑγείας τὴν ὑμετέραν αὐτῶν θεραπείαν] Formula illa fuit: *Valetudinem tuam cura diligenter*, Aut, *Da operam ut valeas*, Aut, *Fac ut valetudinem cures.* Quæ formulæ in M. Tullii epistolis ad Terentiam uxorem. Sed illæ in epistolis extremis, in mandatorum verò libellis primis. Ἐντολῶν verò βιβλίον esse mandatorum libellum quem à principe accipiebant præsides & procoss. & ἐντολὰς βασιλέων esse mandata principum, patet Dionis lib. LIII. *Idem.*

3 Τὸ τὴν ὑγείας ὀνόμαθ' πολλάκις ἀμείβεσθε] Formula est, *Vt vales?* ut Plauti Rud. sc. XXIX. *Idem.*

ἔγωγε, πῶς ἂν αὐτὸ ἔπραττον ἄνδρ
θεῦ, μηδέπω πρόπαλαι σὺ τῇ μακρᾷ βίᾳ παροχθεὶς ὅμοιον; εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀνθρωπίνῳ τινὰ ὑπὲρ τ μεγίστ λόγῳ ἀπολογίαν εἰπεῖν, ἴδοι ξένον εἰ πάνυ ἐπιεικῶς ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις ὑπὸ σπουδάζω, ὡς τ ἄγαν ἐπιδυμίας εἰς τοὐναντίον ἀφικόμενος, ἐκέπεσον. τάχα δ' ἂν πινα σκοπὴν ἔχειν τ κατ' ὀργὴν λογισμὸν, κ φαντασιῶν πλῆθος. ὧν οἱ μὲν, σφοδρότητι, οἱ δ, ἐν τῇ πυκνῇ τ σφοδρομιγρεύσεως μὴ μένοντες. σὺ δ' οὖν οἶσθ' ὅτι κἀν οἱ ἄλλοι εἰς ἄνοιαν, ἢ ἀπαιδευσίαν, ἢ ἀμαθροσύνῃ σοφίζονται τὸ πρᾶγμα, αἰδῶς αὐτὸ σύμβολον, καὶ ἀφελείας ἐποίησε, καὶ ψυχῆς μηδὲν ἀγεννοῦς, καὶ ἐντεχνον ἐχούσης. ὡς τό γε πάνυ θαρραλέον ἐν τοῖς τοιούτοις, ἀ πόρρω θρασύτητ καὶ ἀναιδείας ἐστί. καὶ ἔμοιγε εἴη μηδὲν μὴ τοιοῦτον σφάλλεσθ. εἰ δ συμβαίη, πρὸς εὐφημίαν αὐτὸ τρέπεσθ. ἐπὶ γὰρ θεοῦ Σεβαστοῦ, καὶ τοιόνδε τι λέγεται γένεσθ. ὁ μὲν, ἔτυχε δίκην πινὰ δικάσας ὀρθῶς, καὶ ἀπολύσας ἐγκλήματ θεοῦ μεγίστου ἀδίκως συκοφαντούμενον ἄνδρα. ὁ δὲ, χάριν ὁμολογῶν μεγάλην τῇ φωνῇ, χάριν εἰδέναι σοι ἔφη ὦ αὐτοκράτωρ, ὅτι κακῶς καὶ ἀδίκως ἐδίωκόμεθ. καὶ τοῦ Σεβαστοῦ ἀγανακτησάντων, καὶ ἀφαιρεῖσθαι τ ἄνδρα ἐπειγόντων, παύσασθε φησὶ καλεπαίνοντες σὲ θεῦ ἔφη. οὐ γὰρ τῷ γλώττῃ αὐτὸ, ἀλλὰ τῷ γνώμῳ ἐξετάζειν ἄξιον. σὲ θεῦ μὲν, ἔτη. σὺ δ' εἶπε τῷ γνώμῳ σκέψαιο, πάνυ εὔνουν εὑρήσεις, εἶπε τῷ γλώττῃ, εὔφημος καὶ αὐτή. ἔοικα δ' ἐγὼ τοῦδε ἤδη γενο-

quo pacto ipse equidem illud sine Deo commisissem, qui per longam ætatem antea nunquam simili modo fui perturbatus? Si quam verò facti defensionem humanam afferre oportet, nihil novum putes si quum à te in optimis cognoscì properabam, nimia cupiditate conturbatus, in contrarium incidi. Iam & à recta cogitatione, militum etiam frequentia facilè quempiam deturbaverit, quorum alii *adversos* protrudunt, alii in *ordine salutationis* non manent. Tu verò, sat scio, quanvis alii factum hoc in amentiam, aut imperitiam, mentisve impotentiam detorqueant, illud pro verecundiæ & simplicitatis indicio accepisti, animæque nihil vafri nihil callidi habentis signum esse duxisti: nam nimia in his rebus audacia, à temeritate & impudentia non distat. Atque utinam mihi contingat nunquam in hunc modum errare: si verò contingat, id in fastam precationem vertatur. Temporibus igitur primi Augusti, etiam tale quid accidisse dicitur. Hic enim cùm aliquando litem quandam rectè dirimisset, hominemque calumniose accusatum maximo crimine absolvisset, ille gratias agens magna voce, gratiam, inquit, habeo tibi Imperator, quòd malè atque injustè judicasti. Ibi cùm qui Augustum circunstabant, indignarentur, hominemque discerpere vellent. Definite indignari, inquit ille: neque enim linguam ejus, sed animum examinare æquum est. Sic quidem ille. Tu verò, sive mentem spectes, planè benevolum me comperies: sive linguam, ipsa quoque bene ominatur. Cæterùm videor hoc loci jam constitutus, aliud

ρθρω, εἰκότως ἄλλό τι φοβηθήσεσθε, μή τι δίξω ἐξεπίτηδες ἡμαρτηκέναι; ὡς τῷ ἀπολογίαν τινὰ τῶν συγγράψαμι. καὶ εἴη γε ὦ φίλτατι Ἀσκληπιὲ τοιοῦτον φανῆναι τὸν λόγον, ὡς μὴ ἀπολογίαν, ἀλλ' ἐπιδείξεως ἀφορμὴν εἶναι δοκεῖν.

aliud quiddam meritò veriturus, ne qui data opera erraſſe me putent, ut hanc ſcribendæ apologiæ occaſionem haberem. Atque utinam Æſculapi cariſſime, ejuſmodi hæc appareat oratio, ut non apologia, ſed oſtentationis occaſio captata videatur.

ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ.

HERMOTIMVS, SIVE DE SECTIS.

ARGVMENTVM.

Hic Dialogus didacticus eſt. Diſputat autem de ſectis philoſophorum, quænam optima ſit, & ad felicitatem quam omnes promittunt, certiſſimè ducat. Et quia impoſſibile apparet, ex tam multis, tamque diverſa ſentientibus, quid optimum atque veriſſimum ſit, eligere, tandem concluditur, Satius eſſe non philoſophari, quàm fruſtra ætatem ac operam in eo, quod aſſequi nequeas, conſumere. Series Dialogi ita ſe habet. Occaſionem & exordium ab inceſſu & habitu Hermotimi, Stoica philoſophia ſectatoris, ſumitur: qui, quoniam viginti jam annos perpetuos philoſophos audierat, neque tamen adhuc mediam ad virtutem viam ſuperaverat, diſputationi occaſionem & materiam ſubminiſtrat. Prima igitur quæſtio tractatur, quanto omnino tempore opus ſit, ad virtutem & felicitatem conſequendam. Luciano longitudinem illius ut nimiam accuſante, Hermotimo autem contrà præmia, & mercedem tanti laboris opponente. Atque hoc diſputationis proœmio, & quaſi quadam ſylva præmiſſa, mox ad principalem quæſtionem venitur, puta quænam philoſophorum ſecta certiſſima atque optima ſit, & quomodo eadem deprehendi debeat. Ibi Hermotimo Stoicam præferente, ejuſque rei rationes quaſdam non ſatis idoneas adhibente, à Luciano deridetur magis quàm confutatur. Idem autem mox totam hanc diſputationem quaſi de integro orditur. Ac primò quidem Virtutis Icone quadam propoſita, oſtendit cum multi adeò ſint, qui viam ad illam polliceantur, in tam diverſa turba, tamque gravi cauſa optimum & certiſſimum ducem quærendum atque eligendum eſſe. Quem cum alter ex Stoicis ſumendum eſſe, rurſum diceret, ejuſque rei argumentum etiam hic non ſatis idoneum afferret, Lucianus per proſopopœiam reliquorum philoſophorum, ſe ipſos immeritò, cauſſa indicta, damnari, ac Stoicis iſtis recentioribus, præponi, querentium, apologiam ſubjungit, Hermotimumque repre-

hendit, qui quos nunquam cognovit ac legerit, temerè adeò damnet. Et hinc locum ita concludit, ut dicat, quoniam in incerto sit, quænam philosophandi via aliis præferri debeat, omnes æque relinquendas esse. Hinc variis similitudinibus utrinque res agitur, Hermotimo defendente Stoicam viam, & contendente, apud unum aliquem deprehensa veritate, non esse opus, alios ultrà consulere: contrà autem opponente Luciano, sed apud unum aliquem, nondum inventam ac deprehensam illam esse, & ob id pariter omnes perscrutandos & cognoscendos esse. Quo obtento, jam & de tempore agitur, quo ad cognoscendos omnes opus sit, quod tam longum præfinitur, ut impossibile videatur, vel partem illorum, etiam per omnem ætatem ab uno aliquo evolvi atque cognosci posse. Rursum igitur quod suprà concluditur, quoniam impossibile sit omnes evolvere, & tamen idem necessarium, si veram viam ad virtutem deprehendere velis, satius esse in totum ab illis abstinere. Et hinc quoque ad similitudines deveniunt, Hermotimo contra hanc longitudinem temporis contendente, non esse necesse, ut omnium omnia scripta evolvantur, sed ex parte cognosci ac judicari totum posse. Luciano autem contrà negante, nisi si totum idem uniforme sit, & antea aliquando, quale sit, visum ac cognitum fuerit. Nam philosophiam ipsam non unius generis esse, sed de multis ac diversis rebus tractare. Post hæc idem aliis quoque argumentis ostendit difficultatem eligendi & judicandi, tum de ipsis viis, tum de ducibus & præceptoribus. Deinde ut maximè de via & duce constet, inanem tamen ac vanam spem propositam esse, & hæc multis similitudinibus passim amplificantur. Postremò per fictionem concesso eo, ut Stoicorum optima via sit, testimonio ipsius Hermotimi comprobat, nominem adhuc illorum inventum fuisse, qui, quod promitteret aliis, ipse præstitisset. Denique & mores & vitam illorum cum officio & effectu virtutis pugnare, quod & exemplo cujusdam Stoici præceptoris confirmat. Concludit igitur philosophandum hoc pacto non esse, id quod mox Hermotimus facit, ex pœnitentia, priore vita atque habitu rejectis.

ΛΥΚΙΝΟΣ.

Ὅσον ὦ Ἑρμότιμε τῷ βιβλίῳ καὶ τῇ βαδίσματος ἀσπουδίᾳ πεικάσαι σοι, παρὰ τὸ δέον σπεύδοντι ἐπικεῖσθαι. συνοίσει γὰρ τι μεταξὺ ταῦτα ποιοῦντι, καὶ τὸ χαῖρε διεσπάλθαι, ἡρέμα ὑποτονθορύζοντα, καὶ τὸν χαῖρε ὧδε κἀκεῖσε μεταφέρειν, ὥσπερ τινα ῥῆσιν ἐπὶ σαυτὸν λέγ-

LUCIANUS.

Quantum ô Hermotime, cùm ex libello, tum ex gressus festinatione conjicio, ad præceptorem properare videris. Aliquid saltem inter eundum mente volvebas, & tacitè submurmurando labia motitabas manumque huc illuc ferebas, quasi orationem apud te digere-

res,

τιθέμενον. ἐρώτημα ἢ, ἢ σύμμιγα σοφιστικὴν ἀναθεωρῆζων, ὡς μὴ ἢ ὁδὸν βαδίζων χολὴν ἄγοις, ἀλλ' ἐνεργὸς εἶης, ἀεί τι σπουδαῖον πρᾶττων, καὶ ὁ τῷ ὄδε σοι γένοιτ' ἂν ἐς τὰ μαθήματα. Ερμῆ. νὴ Δί' ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτό τι. τὸν γὰρ χθιζὸν συνουσίαν, καὶ ἃ εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ἀνεπιμπαζόμην, ἐπίων τῇ μνήμῃ ἕκαστα. χρὴ ἢ μηδένα καιρὸν οἴμαι παρεῖναι, εἰδότας ἀληθῆ ὄν τὸ τοῦ Κῴου ἰατροῦ εἰρημένον, ὡς ἄρα, [1] Βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὴ ἢ τέχνη. καί τι ἐκείνου ἰατρικῆς πέρι τοῦτ' ἔλεγον, ἀμφοτέρου πράγματος. φιλοσοφία ἢ, καὶ μακρὰ τῷ χρόνῳ ἀνέφικτος, ὥν μὴ πάνυ τις ἐρρωμένως ἅπτοιτο ἀεὶ καὶ χρηστὸν ἀποδείκνυται ἐς αὐτόν. καὶ τὸ κινδυνεύειν δὲ περὶ μικρῶν, ἢ ἄθλιον εἶναι ἐν τῇ πολλῇ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ ἀδιαπόλυτον, ἢ δαιμονᾶσαι φιλοσοφοῦντα. Λυ. τὰ μὲν ἄθλα ὦ Ἑρμότιμε, ἀμυθήτια, ἡλίκα εἴρηκας. οἶμαι γοῦν ὑπόρρωθέν τινα εἶναι αὐτῶν, εἴγε χρὴ εἰκάζειν τῷ τε χρόνῳ ὁπόσον φιλοσοφεῖς, καὶ τῷ σπουδῇ τοσοῦτο, οἷόν μοι δοκεῖς μέγιστον ἤδη ἔχειν δρόμον. εἰ γάρ τι μέμνημαι, χθὲς ἐκόσμεις ἕτερον τοιοῦτόν ἐστιν, ἀφ' οὗ σε ἐγὼ οὐκ ἄλλο ποιοῦντα ἑώρακα, ἢ διδάσκοντας, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἐς βιβλίον ἐπικεκυφότα, καὶ ὑπομνήματα τῶν συνουσιῶν ἀπογραφόμενον, ὡς χρὴ ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων, καὶ τὸ σῶμα κατεσκληκότα. δοκεῖς δὲ

res, vel quæstionem aliquam obliquam componeres, vel sophisticam speculationem excogitares, ut neque per viam incedens otiareris, sed operi sedulò vacares, aliquid serii semper faciendo, quodque ad præcepta tibi conferat. *Hermot.* Per Iovem Luciane, tale quiddam est. Nam quæ hesterno in conventu nobis dixit, singula repetens memoria recolebam. Æquum verò esse opinor nullum præterire tempus, siquidem verum esse scimus illud Coi medici dictum, Nimirum, *brevem esse vitam, artem verò longam.* Quod quidem de arte medica est effatus, quæ minore negotio perdiscitur. At Philosophia ne longo quidem tempore comprehenditur, nisi quis summa vigilantia acres oculos in eam semper defigat. Neque parvis de rebus periclitamur: aut enim in multa privatorum colluvie dispeream miserum esse, aut philosophando fœlicem vitam ducere oportet. *Lucian.* Perquam admiranda certè sunt, ô Hermotime, præmia quæ dixisti. Cæterùm opinor, te ab iis non remotum esse, siquidem ducenda est conjectura ex tempore quod multum in philosophiæ studiis collocasti: præterea ex labore quem non mediocrem jamdudum impendisti. Nam si bene memini, hic ferme annus est vigesimus ex quo nihil aliud te facientem vidi, quàm præceptores frequentantem, & ut plurimum in librum incumbentem, & dissertationum commentarios describentem, ita ut perpetuò præ curis palleres, & corpore macresceres. Ac mihi videris ne per

[1] Βραχὺς ὁ βίος] Primus Aphorismorum Hippocratis in quem multa Gallice infra in hoc dialogo. *Edward.*

μοι ἀλλ' οὐδὲ ὅναρ πω περὶ ἀνίαν σαυτὸν, ὅπως ὅλως εἶναι σὺ τῷ πράγματι. πεῦ δὴ σκοπουμένῳ μοι, φαίνῃ σὺν ἐς μακρὰν ἐπιλήψεσθαι τῆς εὐδαιμονίας εἶτα μὴ λέληθας ἡμᾶς καὶ πάλαι αὐτῇ συνών. Ερμο. πόθεν ὦ Λυκῖνε ὃς νῦν ἄρχομαι ὑποδύνειν εἰς τὴν ὁδὸν, ἡδὺ ἀρετῆ πάνυ πόρρω κῇ τῆ [1] Ησίοδον οἰκεῖ, καὶ ἔστι ὁ οἶμος ἐπ' αὐτὴν μακρός τε, καὶ τρηχὺς, ἰδρῶτα σὺν ἀλίγῳ ἄγων τοῖς ὁδοιπόροις; Λυ. οὐχ ἱκανὰ δῆτ' ἴδρωταί σοι ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ὁδοιπορεῖ; Ερμο. οὔ φημι. οὐδὲν γὰρ σὺν ἐμοὶ μὲ πανυδαίμονα εἶναι, ἐπὶ τοῦ ἄκρου γενόμενον. τὸ δὴ νῦν, ἀρχόμεθα ἔτι ὦ Λυκῖνε. Λυ. ἀλλὰ τὴν μεσόχλιὸν, ὃ αὐτὸς ἔτος Ησίοδος ἥμισυ φῂς παντὸς ἔφη εἶναι, ὥστε καὶ μέσην τὴν ἄνοδον εἶναι σε ἤδη λέγοιτις, σὺν ἂν ἀμφότερα. Ερμ. οὐδέπω οἶδ' ἔγωγε τοῦτο. πάμπολυ γὰρ ἂν ἡμῖν ἔτι ὑπολείποιτο. Λυ. ἀλλὰ πῶς γάρ σε φῶμεν ἤδη τυγχάνειν ὄντα; Ερμ. σὺ τῇ ὑπηρεσίᾳ κέντει ἔτι ὦ Λυκῖνε, ἄρτι ἀποβαίνειν βιαζόμενον, ὀλισθηρὸν ὄντα, καὶ τραχεῖαν, καὶ δεῖ χαίρειν ὁρίζοντα. Λυ. ἐκεῖνο ὁ διδάσκαλός σοι τοῦτο ἰκανὸς ποιῆσαι, ἄνωθεν ὡς ἔοικε καθήκων ὁ Ολύμπιος Ζεὺς, χρυσοῦν τινα σειρὰν κρεμάσας, τὰς αὐτῷ λόγους, ὑφ' ὧν σε ἀναπτερῶν δηλαδὴ, καὶ ἀνακουφίζων πρὸς αὐτὸν τε καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτὸς πρὸς πολλῆ ἀναβιβηκώς. Ερμ. αὐτὸ ἔφηθας ὦ Λυκῖνε τὸ γιγνόμενον. ὅσον γὰρ ἐπ' ἐμοὶ, πάλαι ἀνεπαισάμην ἄν, καὶ συνελῶ αὐτοῖς.

per somnium quidem unquam te ipsum relaxasse, ita totus in re fuisti. Itaque mihi hæc consideranti, videris fœlicitatem brevi consecuturus, nisi nobis insciis cum ipsa jamdudum versaris. *Hermot.* Vnde illud conjicis Luciane, cùm in viam jam primum prolato capite prospiciam: virtus verò procul admodum ex Hesiodi sententia habitet, ejusque via sit longa & ardua, & aspera, nec euntibus paucum sudorem moveat. *Lucian.* Ergo nondum tibi satis est sudatum, neque satis confectum itineris? *Hermot.* Minimè inquam. Nihil enim prohiberet quominus per omnia beatus essem, si fastigium attigissem? at nunc adhuc, ô Luciane, incipio. *Lucian.* At principium, ille ipse Hesiodus, dimidium totius esse dixit. Itaque si dixerimus te jam in medio esse ascensu, à vero non aberraverimus. *Hermot.* Nequaquam hoc dixeris, etsi multum nobis confectum sit. *Lucian* At ubinam itineris esse te dixerimus? *Hermot.* infra adhuc in ipsa montis radice, ô Luciane modò porrò ire conantem. Est autem lubrica, & aspera, & opus habet aliquo qui manum porrigat. *Lucian.* Proinde idoneus est ad id agendum præceptor tuus, desuper è cacumine, quemadmodum Homericus ille Iupiter, demissa catena aurea, suis nimirum præceptis, quibus te attrahat, attollatque, ad se, & ad virtutem, quò ipse jampridem conscendit. *Hermot.* Hoc ipsum quod fit, Luciane, dixisti. Etenim quantum ad illius operam attinet, jamdudum trahor sursum, & cum ipsis versor: sed quod ad me at-

[1] Ησίοδον οἰκεῖ] Lib. 1. Oper. hæc tota dissertatio Hesiodum de via illa virtutis interpretatur. *Bourd.*

1 Ile-

τὸ σὲ ἐμοῦ, ἔπ οὐδεί. Λυ. ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς τὸ τέλος τὸ ὁδὸν ὁρῶντα καὶ τὸν ἄνω δόδαιμονίαν, καὶ μάλιστα ἐκεῖνα συμπεθυμημένον. πάλαι, ἀλλὰ τίνα σοι ἐλπίδα ὑποφαίνῃ, ὡς δήποτε ἀναβησόμενος; ἐς νέωτα εἴκοσιν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἔσεσθαί σε, οἷον μὴ τὰ μυστήρια τὰ ἄλλα, ἢ [1] Παναθήναια; Ερ. ὀλίγον φῄς ὦ Λυκῖνε. Λυ. ἀλλ' ἐς τὸν ἑξῆς ὀλυμπιάδα. Ερ. καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς [2] ἀρετῆς ἄσκησιν, καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν. Λυ. μὴ δύο μὲν δὴ ὀλυμπιάδας πάντως. ἢ πολλῷ γ' ἂν ὑμῶν ῥᾳθυμίαν κατηγορίη τις, εἰ μὴ σὲ τοσούτῳ χρόνῳ δύναισθε, ὅσον τοῖς ἀπὸ ἡρακλείων στηλῶν εἰς Ἰνδοὺς ἀπελθεῖν, εἶτ' ἐπανελθεῖν ῥᾴδιον, εἰ καὶ μὴ εὐθὺ, μὴ σὲ ἀεὶ βαδίζοι τις. ἀλλὰ σὺ τοῖς ἀμφ' Μίσσι ἔθνεσι περιπλανώμενον. καί τοι πόσῳ τινὶ βελῶ ὑψηλοτέρῳ καὶ λιοτοπέρῳ ᾠήμην εἶναι τὴν ἄκραν, ἐφ' ἧς ὑμῖν ἡ ἀρετὴ οἴκει, [3] ἣ Ἀ'όρυς ἐκείνης, ὦ σοὶ τοὺς ὀλίγων ἡμερῶν, Ἀλέξανδρον κατακρατοῦσιν εἶλεν; Ερμ. οὐδὲν ὅμοιον ὦ Λυκῖνε. οὐδ' ἔστι τὸ προῆγμα τοιοῦτον, οἷον σὺ εἰκάζεις, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ κατεργασθῆναι, καὶ ἁλῶναι, οὐδ' ἂν μύριοι Ἀλέξανδροι προσβάλωσιν, ἐπὶ πολλοὶ ἂν οἱ ἀνιόντες εἶεν. νῦν δ' ἀνίρχοντιν ὀλίγοι καὶ ὀλίγα ἐῤῥαμμένοις, καὶ προσέρχονται ἐπὶ ποσόν. οἱ μὲν, ἐπὶ πάνυ ὀλίγον. οἱδὲ, ἐπὶ

attinet, adhuc sum inferior. *Lucian.* Atqui confirmandus est animus, cùm viæ finem, & sitam in summo fœlicitatem conspicias, maximè verò cohortante illo. Quam verò tibi spem facit, quum tandem aliquando conscenderis? An te anno sequenti in summo fore conjectabat, veluti post alia sacra, aut post Panathenæa? *Hermot.* Exiguum est quod dicis Luciane. *Lucian.* An subsequenti quinquennio? *Hermot.* Hoc quoque est exiguum cùm ad virtutem exercendam, tum ad fœlicitatem consequendam. *Lucian.* Proinde ad summum post duo lustra. Alioqui magnæ quis ignaviæ vos arguat, nisi id poteritis ex temporis spatio, quo quivis ter eat redeatque facilè à columnis Herculis ad Indos, quanvis neque rectà neque semper progrediatur, sed per gentes in medio sitas oberret. Atqui quanto altiorem, & acclivioremvis ponamus esse verticem montis in quo vobis habitat virtus, Aorna illa petra, quam intra paucos dies Alexander summa vi occupavit? *Hermot.* Nihil simile est Luciane: nec ejusmodi est negotium, cujusmodi tibi fingis, ut brevi tempore conficiatur & capiatur, non si sexcenti Alexandri vires suas conjunxerint, quoniam multi sunt conati conscendere, nunc verò non pauci valdè forti animo conscendunt, & aliquantum pergunt, alii parum admodum, alii plusculum

1 Παναθήναια] De quibus, & aliis sacris ceremoniis dico copiosè σὺν θεῷ alibi. *Bourd.*

2 Ἀρετῆς ἄσκησιν] Hoc illud est quod Philosophos omnes exercuit tandiu, de quo locus alius dicendi, ut & de illo seq. δόδαιμονίας κτῆσιν. Idem.

3 Τῆς Ἀ'όρυς ἐκείνης] De hoc loco Id. Dial. Philipp. & Alex. Arr. Curt. alii. *Idem.*

πλέον. ἐπειδὰν ᾖ κῆ μέσῳ τῷ ὁδῷ γένωνται, πολλοῖς τοῖς ἀπόροις καὶ δυσχερέσιν ἐντυγχάνοντες, ἀποδυσπετοῦσί τε, καὶ ἀναπίμπλανται, ἀθυμαίνοντες, καὶ ἱδρῶτι ῥεόμενοι, ἃ φέρονται τὴν κάμινον. ὅσοι δ' ἂν εἰς τέλος διαφυγόντες πειρήσωσιν, ἕως τοῦ ἄκρου ἀφικνεῖσθαι, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, εὐδαιμονοῦσι, γαληνόν τινα βίον τὸ λοιπὸν βιοῦντες, οἷον, μύρμηκας ἀπὸ τῆς ὕψους ἐπισκοποῦντες ἡμᾶς τοὺς ἄλλους. Λυ. παπαὶ ὦ Ἑρμότιμε. ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις. ἀδὲ κῆ τοὺς πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ παντάπασιν ὑμᾶς τοὺς χθαμαλοὺς καὶ γῆς. εἰκότως. ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρονεῖς, καὶ ἄνωθεν. ἡμεῖς δ' ὁ συρφετὸς, καὶ ὅσοι χαμαὶ ἑρχόμεθα ἑσμῷ, μὴ τῶν θεῶν καὶ ὑμᾶς ἕως τοῦ νέφους ὑπερφερόμενοι, καὶ ἀνελθόντες οἱ πάλαι ποτὲ ἴδωμεν. Ἑρμ. εἰ γὰρ ἤθελες καὶ ἀνελθεῖν ὦ Λυκῖνε. ἀλλὰ πάμπολυ τὸ λοιπόν. Λυ. ὅμως σὺκ ἔφησθα ὀπόσον, ὡς χρήσῃ τῷ ἀναβαλεῖν. Ἑρμ. καὶ αὐτὸς γὰρ οἶδα ὦ Λυκῖνε τὰκελεύσεις. εἰκάζω μέντοι καὶ τελείῳ τῷ εἴκοσιν ἔτεσιν, μεθ' ἃ πάντως ἥξω καὶ ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐσόμεθα. Λυ. Ἡράκλεις, πολὺ λέγεις. Ἑρμ. καὶ γὰρ ἕως μεγίστων ὦ Λυκῖνε οἱ πόνοι. Λυ. τεπὶ μὲν ἴσως ἀληθές. ὑπὲρ δὲ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, πόθεν ἔχεις, ὁ διδάσκαλός σε καθυπέσχετο, ἃ μόνον σοφὸς, ἀλλὰ καὶ μαντικὸς ὤν, ἢ χρησμολόγος τις, ἢ ὅσοι τὰς Χαλδαίων μαθόντες ἐπίστανται; φασὶ γὰρ εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. ἃ γὰρ δὴ σέ γε εἰκὸς ἐπὶ τοῦ ἀδήλου, εἰ βιώσῃ μέχρι ἕως τοῦ ἀρετοῦ, τοσούτους οἴους ἀνέχεσθαι, pluſculum. Cæterùm ubi medium itineris attigerint, multas difficultates & perplexitates nacti, faſtidio capiuntur, & regrediuntur, anhelantes & ſudore manantes, nec laborem ferentes. Quicunque autem ad finem perdurarint, hi ad faſtigium perveniunt, ab eoque tempore fœlicitatis compotes facti, vitam quandam admirandam per reliquam ætatem vivunt, alioſque homines tamquam formicas è ſublimi contemplantur. *Lucian.* Papæ Hermotime, quantulos nos facis, neque cum Pygmæis nos comparas, ſed omnino cum humi repentibus animalculis. Meritò, nam alta jam à principio ſapis. Nos verò vilis plebecula, & quotquot humi repimus, cum Diis etiam vos qui nubibus altiores evaſiſtis, & quò jamdudum feſtinatis aſcenſu perveniſtis precatione venerabimur. *Hermot.* Vtinam Luciane daretur aſcendendi facultas, ſed viæ multum ſupereſt. *Lucian.* tamen non dixiſti quantum, ut id cum tempore compares. *Hermot.* Neque enim ipſe, Luciane, probè ſcio, nihilominus conjicio non pluribus quàm viginti annis opus fore, quibus exactis in ſummo jugo conſiſtam. *Lucian.* Multum hercle dicis. *Hermot.* Etenim pro rebus maximis ſuſcipiuntur labores. *Lucian.* Id fortè quidem eſt verum. Te verò tot annos, nempe viginti, victurum num præceptor tuus tibi eſt pollicitus, non ſolùm ſapientia, ſed divinandi etiam arte pollens, aut ſortis dicendæ peritus, unuſ-ve ex illis qui Chaldaicam diſciplinam callent? Ajunt quippe eos talia noſſe. Neque enim ſanè æquum foret ut incertus num uſque ad virtutem ſis victurus, tot labores ſuſtine-

καὶ παλαιστρεῖν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ἂν εἰδῇς εἰ σε πλησίον ἤδη ᾖ ἄκρα γλυφόμενον, τὸ χρεὼν ἐπιτιὰν, καθαπερεί τις λαβόμενος ᾖ ποδὸς, ἐξ ἁπαλῆς τε ἐλπίδος. Ερ. ἄπαγε. δύσφημα γὰρ ταῦτα ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἴη βιῶναι ὡς μίαν γοῦν ἡμέραν εὐδαιμονήσω, σοφὸς γλυφόμενος. Λυ. καὶ ἱκανήσει ἀντὶ τῶν τοσούτων καμάτων ἡ μία ἡμέρα; Ερμ. ἐμοὶ μὲν καὶ πάνυ ἱκανὸν ἀπόσον ἱκανόν. Λυ. τὸ δὲ ἄνω ὅτι εὐδαίμονα, καὶ τοιαῦτα, ὡς πάντα χρῆν ὑπομεῖναι δι' αὐτὰ, πόθεν ἔλαις εἰδέναι; εἰ γὰρ δὴ αὐτός που ἀπελήλυθας. Ερμο. ἀλλὰ τῷ διδασκάλῳ πιστεύω λέγοντι. ὁ δὲ, πάντα οἶδεν, ἅτε ἀκριβῶς ἤδη ὤν. Αυ. ἔλεγε δὲ καὶ θεῶν, ποῖα τὰ περὶ αὐτῶν, ἢ τίνα τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν σήν; ἆρα πολὺν πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ ἡδονὰς ἀνυπερβλήτους; Ερμο. εὐφήμει ὦ ἑταῖρε. οὐδὲν γὰρ ἴσα ταῦτα [1] τοῖς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. Λυ. ἀλλὰ τίνα φῂς ταῦτα; εἰ μὴ ταῦτα ἔξεστι τὸ τέλος τῆς ἀσκήσεως ἐλπίζειν; Ερμο. σοφίαν, καὶ ἀνδρίαν, καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ πάντα ἐπίστασθαι βεβαίως πεπισμένον, ἢ ἔστιν ἄλλα. πλοῦτος δὲ, καὶ δόξα, καὶ ἡδοναὶ, καὶ ὅσα δὴ σώματος, πάντα ταῦτα καὶ τὰ ἀφῆκε, καὶ ἀπηυτομόλησε, ἀνέχαιρε δὲ, ὅτε φασὶ τὴν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ καθαγιζόμενα, θεὸν γενέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀπόσον ἀνθρώπινον εἶχε ἀπὸ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρόν τι, καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεοὺς διακριθεὶς

stineres, noctes dieſque ærumnas perferres, neſcius an te jam cacumini proximum Parca inſtans pede correptum tractura ſit ab imperfecta ſpe avulſum. *Hermot.* Apage iſta Luciane, ſiquidem maledica ſunt. At viverem utinam, ut ſapientiam aſſecutus unicum ſaltem diem fœlicitate fruerer. *Lucian.* Et pro tot tantiſque laboribus unica dies tibi ſufficiat? *Hermot.* Mihi quidem etiam exiguum momentum ſatis eſſet. *Lucian.* Cæterùm unde noſſe potes rebus ſupernis ineſſe fœlicitatem, ut earum gratia quidvis perferre oporteat? Nunquam enim eò ipſe conſcendiſti. *Hermot.* At ego dicenti præceptori credo: planè enim id novit, ut qui jam ſit excelſiſſimus. *Lucian.* At per Deos, qualia illa, quam-ve illic eſſe fœlicitatem ajebat? Nunquid divitias aliquas, & gloriam, & voluptates incredibiles? *Hermot.* Bona verba quæſo, amice nihil enim iſta faciunt ad vitam cum virtute exigendam. *Lucian.* At quænam ſunt illa bona, niſi hæc ſunt, quæ habituros illos dicit qui finem exercitationis pertigerint? *Hermot.* Sapientia, fortitudo, honeſtum ipſum, & juſtum, & omnium, ut ſingula ſe habent, certa cum perſuaſione ſcientia. Divitias verò, gloriam, & voluptates, & quæcunque ſunt corporis bona, infra reliquit: & exutus aſcendit, ut combuſtum in Oeta monte Herculem Deum factum ferunt. Etenim ille cùm abjeciſſet quicquid humani à matre contraxerat, & puram atque incorruptam divinitatem ferret, illa ab igne diſcreta ad Deos ſubvo-

1 Πρὸς τὸ ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. ἀλλὰ τίνα] Excidit perſona Δυκίνου. Scilicet fuiſſe πρὸς τὸ ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. Λυ. ἀλλὰ τίνα. Marc.

2 Λ'λλ'

ὑπὸ δ πυρός. καὶ ἅπαι δὴ ὑπὸ φιλοσοφίας, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ πυρός, ἅπαντα ταῦτα περιῃρῆσθαι, ἃ τοῖς ἄλλοις δοκεῖ εἶναι δεινά, οὐκ ὀρθῶς δοξάζοντι, ἀνελθόντες ἐπὶ τὸ ἄκρον, εὐδαιμονοῦσι, πλούτου, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν· ἀλλ' οὐδὲ μεμνημένοι ἔτι, καθαπλῶντες ἢ τί οἰόμενον ταῦτ' εἶναι. Λυ. νὴ τὴν Ἡρακλέα ὦ Ἑρμότιμε τὸν σὸν Οἴτην, ἀνδρεῖα, καὶ εὐδαίμονα λέγεις αὖθις αὐτῶν. πλοῦ, ἀλλὰ τόδε μοι εἰπέ. καὶ κρατοῦντες ποτε οὐκ ἂν ἄκρας, ὦ ἐπελήσοντο χρησίμου τοῖς κάτω, ἃ καθελελοίπασιν; ἢ ἀνάγκη ἅπαξ ἀνελθοῦσι αὐτοὺς, μένειν, καὶ σωφρονεῖν τῇ ἀρετῇ, πλούτου, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν καταγελῶντας; Ερ. ὁμοίως τοῦτο ὦ Λυκῖνε, ἀλλ' ὃς ἂν ἀπαθὴς ᾖ πρὸς ἀρετὴν, ὅτι ὀργῆ, ὅτι φόβῳ, ὅτ' ἐπιθυμίας ὁ τοιοῦτος ἂν δουλεύῃ. οὐδ' ἂν λυποῖτο. οὐδὲ ἅλως, πάθος ἔτι τοιοῦτον πάθοι ἄν. Λυ. καὶ μὴν εἴ γέ με δεῖ, μηδὲν ὀκνήσασθαι, εἰπεῖν τἀληθῆ, [1] ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ οἶμαι, μὴ σὺ ὅσιον εἶναι ἐξετάζειν τὰ ὑπὸ τῶν σοφῶν μυούμενα. Ερμο. μηδαμῶς, ἀλλ' εἰπὲ ὅ, τι καὶ λέγεις. Δυ. ὅρα ὦ ἑταῖρε, ὡς ἔγωγε καὶ πάνυ ὀκνῶ. Ερμο. ἀλλὰ μὴ ὄκνει ὦ γλυκεῖε, πρός γε μόνον ἐμὲ λέγων. Λυ. τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα ὦ Ἑρμότιμε, διηγεμαι σοι παρεσκευασμαι, καὶ ἐπίστευον ὅπως ἔχειν, σοφούς τε γίγνεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἀνδρείους, καὶ δικαίους, καὶ τἆλλα. καί πως [2] ἀκηλέμην πρὸς τὸν λόγον.

volavit. Ad hunc modum hi à philosophia, ceu ab igne quopiam spoliati his omnibus quæ aliis non rectè sentientibus, miranda videntur, conscenso cacumine beatam degunt vitam: nec divitiarum, gloriæ, ac voluptatum meminerunt ampliùs, sed eos derident qui hæc alicujus esse momenti sentiunt. *Lucian.* Sanè per Oeteum Herculem Hermotime, viris digna, & fœlicia de ipsis refers. Atqui id mihi dicas, Nunquid è fastigio descendunt unquam si velint, ut rebus infra relictis utantur? an verò ubi semel ascenderunt, manere coguntur, & cum virtute conversari, divitias, gloriam, & voluptates irridendo? *Hermot.* Non solùm hoc, Luciane, sed quicunque in virtute perfectus evasit, hujusmodi vir nec iræ, nec metu, nec cupiditatibus servit, nec tristitia, nec denique ulla animi perturbatione afficitur. *Lucian.* Sed enim si mihi, nihil verito fas esset verum dicere: sed linguis favendum puto, nec fas esse inquirere quæ sapientes faciunt. *Hermot.* Nequaquam, sed apertè loquere. *Lucian.* Vide, ô amice quàm verear. *Hermot.* At ne vereris, generosè, apud me solum dicere. *Lucian.* Enimvero alia quæ dixisti, Hermotime, sequebar, & ita se habere credebam: eosque esse sapientes, & fortes, & justos, & cætera: tuoque sermone quodammodo demulcebar: sed quum

[1] Ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ] *Bona verba.* Sunt verba solemnis hujus formulæ σίγα πρὸς ἔγω λαὸς, εὐφημεῖν χρὴ. de qua copiosè Scal. ad Varr. pag. 94. leg. Schol. Sophoclis. ad Oedip. Col. & ad Philoct. dico alibi. *Bourd.*

[2] Ἐκηλέμην πρὸς τὸν λόγον] Sic in Nigrino & sæpe alibi. paginam 511. & seq. repetit in Lapith. *Idem.*

[1] Ἐκε-

ἐπὸτε ἦ καὶ πλοῦτε ἔφησθα καταφρονεῖν σφῶϊν, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν, καὶ μήτε ὀργίζεσθαι, μήτε λυπεῖσθαι, πάνυ σεσωφρονηκότε, μόνα γάρ ἐσμεν, ἐπίσην, ἀναμνησθεὶς ἃ σε πρότερον εἶδον ποιοῦντα. βούλει φάσκειν; ἢ ἐκεῖνον καὶ ἄνδρα ἔ ὀνόμαζε; Ερμο. μηδαμῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἰπὲ, ὅστις ἐστί. Λυ. διδάσκαλος αὐτὸς ἔτος ὁ σός, ἀνὴρ τἀτ' ἄλλα οὐδὲς ἄξιος, καὶ γέρων ἤδη εἰς τὸ ὕστατον. Ερμο. τί δὲ δὴ ἐποίησε; Λυ. τὸ ξένον εἶδες τὸ Ἡρακλεώτου, ὃς ὢν πολλῷ σωφρονέστερος αὐτοῦ, μαθητὴς ὤν; τὸ ξανθόν; τὸ ἐρεσχηλόν; Ερμο. οἶδα· οὐ λέγεις. Δίων αὐτοῦ τοὔνομα. Λυ. ἐκεῖνον αὐτὸν, ἐπὶ τὸν μισθὸν οἴμαι μὴ ἀποδίδοντα τὸ ἡμίεργον, ἀπήγαγε δίκης τὸ ἄρχοντος ἔναγχος, ὠδυσάμην γὰρ αὐτοῦ δοιμότατον ὄντα τὸ τραχήλου. καὶ εὖσα, καὶ ὀργίζεσθε. καὶ εἰ μὴ τὸ σωμήνιον τινὲς ἐν μέσῳ ἐβόων, ἀφείλετο τὸ νεανίσκου ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶ, δῆλος, ὡσοφὺς ἂν, ἀπέτεμεν αὐτῶ τὴν ῥῖνα ὁ γέρων, ὅπως ἡμαυκτῇ. Ερμο. πονηρὸς γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνος, καὶ ἀγνώμων ὡ Λυκῖνε ὡς τὰς δοκήσεις. ἐπὶ τοῖς γὰ ἄλλοις, οἷς δανείζῃ, πολλὰς ὀίσεις, οὐδὲν τοιοῦτό πω ἐβλαστήκειν. δοκησιδύσας γὰρ αὐτῷ καὶ κρεοδύτης τὰς τόκους. Λυ. τί δ', ἂν μὴ δοκησιδῶσιν ὦ μακάριε, μόλις τι αὐτοῖ, καὶ ῥαθύμως ἤδη τοῦ φιλοσοφίας, καὶ μηκέτι τὸ ἐν τῇ Οἴτῃ καθελεῖν μέλλων δοκεῖν; Ερμο. οἶδ γὰρ ὅτι ἑαυτῷ χάριν ἐκεῖνος ὡς τὰ τοιαῦτα ἰατρεύσας; ἀλλ' ἔστι αὐτοῖ παιδία νεογνὰ, ὧν κήδεται, μὴ ἐν δόξαις καθέδωσιν. Λυ. δέον ὦ Ἑρμότιμε ἀναγαγεῖν κἀκεῖνα ἐπὶ τὸν ἀρετὸν, ὡς σωφρονίσαιμονοῖεν αὐτοῖ,

quum dixisti ipsos divitias contemnere, & gloriam, & voluptates, nec irasci, nec tristitia affici, hîc utique, soli enim sumus, hæsi, recordatus quæ facientem vidi: vis dicam quem? an verò, nomine etiam supresso, satis est? *Hermot.* Nequaquam: sed hoc etiam dicito quis ille sit. *Lucian.* Ille ipse præceptor tuus, vir aliàs venerandus, & jam summè senex. *Herm.* Quid igitur ille fecit? *Luc.* Hospitem illum Heracleotem nosti, qui multo jam tempore in iisdem Philosophiæ studiis discipulus ejus fuit? flavum illum? illum contentiosum? *Hermot.* Novi quem dicis: Dion vocatur ille. *Lucian.* Illum ipsum dico: quem cùm in tempore mercedem non penderet, nuper ad Prætorem duxit pallio ejus collo circumjecto: & clamabat interea & excandescebat. Ac nisi ex familiaribus ejus aliqui in medium veniissent, & adolescentem è manibus ejus eripuissent, certò scias, senem illum ei nasum mordicus avulsurum fuisse, adeò stomachabatur. *Herm.* Malus enim est ille & ingratus, ô Luciane, in pendenda mercede. Alioqui in alios multos quibus pecunias fœneratur, nihil unquam tale constituit. siquidem præscripto tempore reddunt fœnora. *Lucian.* Quid verò, nisi reddant ô beate, id-ne curat ille quem Philosophia jam purgavit, nec rebus in Oeta monte relictis amplius indiget? *Hermot.* Putasne illum sui causa rerum harum studio teneri? Sed liberos habet parvulos, qui ne inopem vitam agant, solicitè curat. *Lucian.* Operæ pretium esset Hermotime, ut & illi ad virtutem promoverentur, quò communi cum illo fœlicitate, divitias contemnendo,

πλούτου καὶ εὐφροσύνης. Ερμοτ. Ἐγὼ μὲν οὖν ἀπολαύσομαι σοῦ τῶν λόγων διαλέγεσθαί σοι. σπεύδω γὰρ ἤδη ἀκροάσασθαι αὐτοῦ, μὴ καὶ λάθω πάλιν ἀπολειφθείς. Λυ. Θαῤῥεῖ ὦ γαθέ. τὸ μὲν γὰρ [1] ἐκεχειρία ἐπήγγελται. ὥστε ἐγὼ ἀρίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τοῦ ἔτους. Ερμο. πῶς λέγεις; Λυ. ὅτι σὺ τῇ παρούσῃ σοι ἐξουσίᾳ αὐτὸν, εἴγε χρὴ πιστεύειν τοῖς προγράμμασι. πινάκιον γάρ τι ἐκρέμασθαι ὑπὲρ τῶν πυλῶν, [2] μεγάλοις γράμμασι λέγον, σήμερον δὲ συμφιλοσοφεῖν. ἐλέγετο δ' ὑπὸ [3] Εὐκράτους, τοῦ πάνυ διατρίβοντος ἡμῖν, χθὲς, χιλίοις ἑταίροις ἑστιῶντι, πολλά τε συμφιλοσοφοῦντα τῇ συνουσίᾳ, καὶ ὡς Εὐτύδημον τὸν Περιπατητικὸν παρεζωγρηκέναι λέγει αὐτὸν, ὡς ὧν ἐκεῖνοι εἰώθασιν ἀντιλέγειν τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς. ὑπό τε τῶν κρωγμῶν, πονήρως τὴν κεφαλὴν διατεθῆναι, καὶ ὑδρῶσαι μέλα πολλὰ ἐς μέσους μύκας, ἀποδεικνύειν ὡς φασὶ συνουσίας. ἅμα δὲ καὶ ἐπιπόνως οἰκῆσαι παλαιὸν δὲ οἰκοδομὴν, τὸ παραυτὸν ὡς εἰκὸς φιλοτησίας ἐμπιπτόντων. καὶ ἐσθιεσθαι πολὺ, ἀλλὰ καὶ μέγα. ὥστε ἀναστρέψαι, ἅμα τε ὡς ἔφασκον πολλὰ, καὶ μόνον ἀριθμῷ διαλαβόντα τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ πιεῖν κατόπιν ἐπῆν τοῖς ἀναδεδεκόσι, καὶ σημήνασθαι ἐπιμελῶς, τὸ ἀπ' ἐκείνου κρεοῦδες, μηδένα εἰσδέχεσθαι ἐμοῦγε ἕνεκα. ταῦτα δὲ Μίδᾳ ἔφασαν δοῦναί τινα αὐτῷ δηλοῦν, ἵνα μὴ ἐνοχλῶμεν ἐν τῷ δείπνῳ. ἐγὼ δὲ ἐπεὶ ἔλαβον παρὰ τοῦ Μίδου τὰ ὀπτὰ καὶ τὸν ἄρτον, ἐπορευόμην ἐπὶ τὴν θύραν. ἐκεῖ δὲ ἐπιστὰς ἐγὼ, καὶ ἀκούσας τοῦ Εὐκράτους ἐπιτιμῶντος τῷ Εὐτυδήμῳ, ὅτι ἐν τῷ συμποσίῳ ἐπιλαθόμενος τοῦ λόγου, ἐν ᾧ ἦν, ἐπεδείκνυτο τὴν τέχνην, ἐν ᾗ ἐστι δεινὸς, ἐκέλευον τὸν Μίδαν ἀνοῖξαι τὴν θύραν. ἐπεὶ δὲ ἀνέῳξε, καὶ εἰσῆλθον, ἐγὼ μὲν ἐκάθισα ἐπὶ τὸν θρόνον τὸν ἐμὸν, ὃν ἐκεῖνος ἐκόμισεν ἐκ τῆς οἰκίας, ὁ δὲ Εὐτύδημος ἐπὶ τὸν τοῦ Εὐκράτους. ἐπεὶ δὲ ἐκάθισεν, ἐγὼ μὲν ἐπεδίδουν τὰ ὀπτὰ καὶ τὸν ἄρτον, ὁ δὲ Εὐκράτης ἐπεδείκνυτο τὸν Εὐτύδημον

ἐπὶ μόνον [1] τετριγότων ἤκουσαν, καὶ τὰς ὀδόντας εἶδον ἀπολάμποντας ἐπισημότερον, ὡς ἂν ἐκ μέλανος τοῦ παντὸς σώματος, καὶ τὰς προβοσκίδας, ὡς εἰς ἁρπαγὴν ὑπεραιρομένας, περὶ ἣν τὸ τόξευμα ἐξικνεῖτο, ἐκκλίναντες, σὺν ὁδῷ κόσμῳ ἔφυγον. οἱ μὲν πεζοὶ, πεσόντες ὑπ' ἀλλήλων εἰς δρομαίους, καὶ συμπατούμενοι ὑπὸ τῶν ἱππέων, ὡς εἶχον, ἐμπεσόντων ἐπ' αὐτούς. τὸ ἅρμα δὲ ἀναστρέψαν, καὶ πάλιν ἐμπαλιν εἰς τὰς οἰκείας σὺν αἵματι διεφέρετο ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὸ τοῦ Ὁμήρου Δίφρον θ' ἑλίκτυπα βαλίεσθον. οἱ ἵπποι δ' ἐπίπαν ἄπαξ τὸ δρόμου ὁδὸν ἀπετέκοντο, σὺν ἀναχόρμοι τῶν ἐλεφάντων, τοὺς ἐπιβάτας ἀποβαλόντες, κεῖν' ὄχεα κραταίζοντες τιμωντες νὴ Δία, καὶ διαιρέντες ταῖς ὀρεπάναις, εἴ τινας τῶν φίλων καταβάλοιεν. πολλοὶ δ' ὡς ἐν παραχώ τοσούτῳ [2] καταβάλοντο. ἐπονθ' ὑπ' οἱ ἐλέφαντες συμπατοῦντες, καὶ συναναρπαζόντες εἰς ὕψος ταῖς προβοσκίσι, καὶ συναρπάζοντες, καὶ ταῖς ὀδοῦσι περιπείροντες. καὶ τέλος, ὅτοι κατὰ κράτος ἀποδιδόασι τῷ Ἀντιόχῳ τὴν νίκην. οἱ Γαλάται μὲν, οἱμωγῇ, ἐπιθήκεσιν, ποδὶ δὲ φόνῳ χλωμῷ. οἱδὲ, ξῶντες ἑλαμβάνοντο. πολλοὶ πάνυ ὀλίγοι, ὁπόσοι ἔφθασαν εἰς τὰ ὄρη ἀναφυγόντες. οἱ Μακεδόνες δὲ, ὅσοι σὺν Ἀντιόχῳ ἦσαν, ἐπαιώνιζον. καὶ προσιόντες ἄλλος ἄλλαχόθεν, ἀνέδουν τὸν βασιλέα, καλλίνικον ἀναβοῶντες. ὁδὲ, καὶ δακρύσας ὡς φασιν, Αἰσχυνώμεθα ἔφη ὦ στρατιῶται, οἷς μὴ ἡ σωτηρία σὺν ἐκκρίδεκα τε-

belluæ, quum tantùm ſtridentes audiverunt, & dentes inſigniter candentes viderunt, velut ex toto nigro corpore, & proboſcides tanquam ad rapinam ſublatas, priuſquàm emiſſum fuiſſet telum, verſis retrò habenis, nulloque ordine aufugerint. Sed enim pedites ſe invicem haſtis configentes, ab equitibus in ipſos prolapſis conculcabantur. Currus autem ſubverſi, denuo in ſuos non ſine ſanguine ferebantur: ac juxta illud Homeri. Surſum ac deorſum volvebantur currus. At verò equi cùm ſemel à recta via declinaſſent, elephantorum impetum non ſuſtinentes, ſeſſores excutiebant, & currus ſtrepebant proſcindentes per lovem, & diſſecantes falcibus, quoſcunque ex amicis dejeciſſent: multi autem, ut in tanto tumultu, dejiciebantur: quos elephanti ſequebantur conculcantes, & in altum ſuis proboſcidibus projicientes, unaque rapientes, & dentibus transfigentes. Tandem illi ſuo robore victoriam Antiocho tradiderunt. Galatæ autem alii, magna clade edita, occubuerunt: alii vivi capti ſunt, paucis exceptis qui in montes confugerunt. Porrò Macedones quicunque cum Antiocho in prælium deſcenderant, pæana canebant, & accurrentes aliunde alius, victorem regem clamantes coronabant. At ille lachrymatus, ut ajunt, Pudeat nos, inquit, ô milites, quibus harum ſede-

1 Τετριγότων] Mart. Delrio ad Senec. leg. putat τετρυπότων. Bourd.
2 Καταβάλοντο] Mſ. Regius καταλαμβάνοντο. Idem.

τοις θηρίοις ἐχρῆτο. ὡς εἰ μὴ τὸ καινὸν ἅπαν ἐκπλήξει τοὺς πολεμίους, τί ἂν ἡμεῖς ἡμῶν αὐτοὺς; ἐπί τε τῷ τροπαίῳ, κελεύσῃ ἄλλο μηδὲν, ἐλέφαντα ἢ μόνον ἐγκολάψαι. ὥρα τοίνυν με σκοπεῖν, μὴ καὶ τὰ μὲν ὅμοιον ᾖ τῷ Ἀντιόχῳ. τὰ μὲν ἄλλα, οὐκ ἄξια μάχης. ἐλέφαντες δέ πῃ, καὶ ξένα μορμολύκεια αὐτοῖς τοὺς ὁρῶντας, καὶ θαυματοποιία, ἄλλως ἐκεῖνα γε ἐπαινοῦσι πάντες. οἷς δ' ἐγὼ ἐπιπολῆς, ἃ πάνυ ταῦτα ἐν λόγῳ περὶ αὐτοῖς ἐστι. ἀλλ' ὅτι μὲ ἡλεία Ἱπποκέντωρος γαμαμυρὴ, τοῦτο μόνον ἐκπλήττει. καὶ ὥσπερ ἐπὶ καινὸν, καὶ παράδοξον δοκεῖ αὐτοῖς. τὰ δ' ἄλλα, μιᾶς ὥρας τῷ Ζεύξιδι πεποίηται. ἀλλ' ἃ μάτην. γραφικοὶ γὰρ ὑμεῖς, καὶ μὴ τέχνης ἔκφυτε ὀφθῆτε. εἴη μόνον ἄξια ἅπαντα θεωρεῖν.

sedecim belluarum ope salus obtigit: ita ut nisi spectaculi novitas hostes perterruisset, quid nos præ ipsis fuissemus? Trophæo autem nihil nisi elephantum insculpere jussit. Itaque jam tempus est ut considerem, num ego sim Antiocho similis. Cætera quidem quæ pugna non sunt digna: sed tantùm sunt elephantes, & nova terriculamenta spectantibus metum & admirationem parientia, tamen ab omnibus laudantur. At quibus confidebam, horum rationem non habent: sed hoc solum mirantur, depictam videlicet Hippocentaurum fœminam: idque, sicut est, novum & monstrosum ipsis videtur. At cætera nequicquam à Zeuxide facta sunt. At non nequicquam. Etenim vos qui estis pingendi periti, etiam cum arte singula expenditis, dummodo digna sint quæ in theatro spectanda proponantur.

ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ. | HARMONIDES.

ΑΡΓΥΜΕΝΤΥΜ.

Commendat se amico, ex principibus cuidam suo, adductus, ut ipse fingit, exemplo Harmonidæ, qui cùm magistrum suum de paranda gloria & immortalitate consuluisset, monitus ab eodem fuerit, ut artem quam à se didicisset, non omnibus Græcis, nam id impossibile fore, sed optimatibus ac præstantissimis quibusque ostentaret, sic enim fore, ut cùm illi ipsi laudati fuerint, ubicunque ipsum laudarent, veram ex eo gloriam ac laudem consequeretur. Statuisse igitur se eodem pacto, & huic commendari se, suaque debere, ut qui primum ea præstantia, eoque judicio sit, ut quod ipse suo calculo approbasset, deinde & cæterorum omnium probaretur, amplificando hanc personæ illius excellentiam, per colla-

† Non est συγκλαλιὰ sed Σύστασις sive commendatio. *Marc.*

‡ Time-

lationem. Deinde & ex eadem patria secum natus sit, ut vel eo nomine favere ac patriocinari sibi debeat. Postremò & à scriptorum ratione facilitatem ac meritum causæ ostendit. Orditur statim ab expositione exempli, cujus occasione adductum ac motum sese fingit. Concludit autem Orationem per comprecationem & votum, à Diis precando, ut cœptam laudem suam crescere ac perpetuam esse velint. Titulus eadem ratione, qua in superioribus inditus est.

Ἁρμονίδης ὁ αὐλητὴς, ἤρετό ποτε Τιμόθεον διδάσκαλον αὐτῦ ὄντα, εἰπέ μοι ἔφη ὦ Τιμόθεε, πῶς ἂν ἔνδοξος γενοίμην ἐπὶ τῇ τέχνῃ; καὶ τί ποιῶν ζῶ, εἴσονται με οἱ Ἕλληνες ἅπαντες; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὐ ποιῶν, ἐδιδάξω με ἤδη ἁρμόσασθαι τὸν αὐλὸν εἰς τὸ ἀκριβές, καὶ ἐμπνεῖν εἰς τὴν γλωττίδα λεπτόν τι, καὶ ἐμμελές, καὶ ὑπερφέρεσθαι τὰς δακτύλας σύφωνα τῇ πυκνῇ τῇ ἁρμονίᾳ, καὶ θέσει, καὶ βαίνειν εὐρύθμως, καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορὸν, καὶ τὴν ἁρμονίας ἑκάστης ἀφυλάκτως τὸ ἴδιον. [2] τὸ Φρυγίου, τὸ ἔνθεον. τὸ Λυδίου, τὸ βακχικόν. τὸ Δωρίου, τὸ σεμνόν. τὸ Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν.

Harmonides tibicen [1]Timotheum magistrum olim his verbis interrogavit. Dic mihi Timothee, quomodo arte mea clarus evadam, & quid faciam unde me Græci omnes norint? Nam alia quidem tuo beneficio jam didici, scilicet tibiam accuratè componere, tenuem & canorum sonum in lingulam inspirare, & appositè digitos crebrò tollendo & ponendo applicare, & ad numeros progredi, modosque ad chorum consonos facere, & Harmoniæ cujusque proprietates observare. Phrygiæ impetum divinum, Lydiæ furorem, Doricæ gravitatem, Ionicæ jucunditatem. Hæc inquam

1 *Timotheum*] Hic nobilissimus sub Alexandro magno floruit, de cujus Musica, qua Alexandrum ad bellum accendere solebat, meminit Dio, in lib. de Regno. *Cogn.*

2 Τῆς φρυγίου] Sunt Harmonidæ quatuor solum musicæ modi principales, Phrygius, Lydius, Dorius & Ionicus: cùm tamen qui de musica scripserunt, quinque constituant, addentes his quatuor Æolium, ut Plato 3. de Rep. Athen. lib. 14. Cassiodor. Epist. 40. lib. 2. & libr. de Music. Nisi sub Dorio Æolium involvat, hæc enim duo sæpe confunduntur, ut in Pindaro qui cum Dorice scriberet, vocavit musam suam αἰολίδα μολπήν. Assignat autem τῷ φρυγίῳ τὸ ἔνθεον ubi malè Interpres Obsop. *attonitum.* volvit enim Harmonides *religiosum*, ut pater locis citat. & apud Apulejum libr. 1. Florid. Sed de tonorum istorum qualitate omnes isti ferè inter se dissentiunt: tribuit Ionio τὸ γλαφυρόν. Intreprès *suavitatem*, vertendum erat *varium* ut apud Apulejum loc. cit. hic sæpè apud Homer. γλαφυρὸν pro eo quod multos recessus multasque latebras habet. *Bourd.* Modorum seu nomorum ratio circumscribitur. Phrygio tribuit τὸ ἔνθεον Bacchanalem licentiam, Dorico severitatem, Ionico jucunditatem Apul. lib. 1. Florid. Plut. & Boëth. in Music. *Cogn.*

ταῦτα μὲν ἐν πάντα ἐκμεμάθηκα παρὰ σοῦ. τὰ μέντοι γε, καθ' ὧν ἕνεκα ἐπεθύμησα τῆς αὐλητικῆς, οὐκ οἶδα πῶς ἂν ἀπ' αὐτῆς μοι γένοιτο ἡ δόξα, ἡ παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ. καὶ ἵν' ὅπου φανῶ, εὐθὺς ἐπιστρέφεσθαι πάντας εἰς ἐμέ, καὶ λέγειν τοὔνομα, οὗτός ἐστιν Ἁρμονίδης ἐστίν, ὁ ἄριστος αὐλητής. ὥσπερ ὅτε καὶ σὺ ὦ Τιμόθεε, τοσοῦτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, ὑπήλησας τῇ Παυδιονίδι. καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, [1] ᾧ ὁμώνυμόν σοι ποιήσαντι τὸ μέλος, εὐθὺς ἴσθι, ὃς ἠγνόει τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν. ἀλλ' ἴσθι ἂν καὶ νῦν φανῇς, συνθέουσιν ἐπὶ σὲ πάντες, ὥσπερ [2] ἐπὶ τὰς γλαῦκας τὰ ὄρνεα. [3] ταῦτ' ἐστὶ, δι' ἃ σφόδρα ἠυξάμην αὐλητῆς γενέσθαι, καὶ ὑπὲρ ὧν πεπόνηκα τὸν πόνον τὸν πολύν. ἐπὶ τοῦτο αὐλεῖν αὐτὸ, ἄνευ δὲ ἐνδόξου εἶναι δι' αὐτὸ, οὐκ ἂν ἠξιώμην, ἀγνώστῳ μοι θεατῇ χρώμενον, εἰ μὴ Μαρσύας, ἢ Ὄλυμπος γένοιντό μέλλοιμι λαθήναν. [4] οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀποβήτα φασὶ, καὶ ἄφωνος ἡ Μουσικῆς. ἀλλὰ σὺ ἔφη καὶ ταῦτα

quam omnia ex te didici. Sed maxima illa quorum gratia artem ludendi tibia expetivi, nescio quomodo inde mihi obvenire queant, celebris apud multos opinio, & in cœtibus claritudo, ut digito monstrer, & ubicunque visus fuero, protinus omnes in me convertantur, & nomen dicant. Hic ille est Harmonides tibicen præstantissimus. Quemadmodum quando, cùm primùm domo è Bœotia venisses, Pandionidi tibicinem egisti: cumque in Aiace furente, eum vicisses qui tuo cognominem cantum modulabatur, nemo erat, qui nomen tuum, Timotheum Thebanum ignoraret. Imò etiam nunc ubicunque visus fueris, ad te concurrunt omnes, ut ad noctuam aviculæ. Hæc sunt quorum gratia tibicen evadere optavi, & pro quibus magnum illum laborem exhausi. Quandoquidem tibia canere, per se citra famæ accessionem non expetiverim, si ignoto mihi obtingat, non si Mariyas, aut Olympus non sentiens evasurus sim. Siquidem in celebris, & ignotæ Musicæ nullum est emolumentum. At tu, in-

1 Τῷ ὁμώνυμόν σοι] Τῷ ὁμωνύμῳ σοι. Marc.

2 Ἐπὶ τὰς] *Aves circa noctuam.* Cætera enim sunt Interpretis non Luciani, de hoc proverb. Aristot. Laert. Dio Chrysostomus, alii. *Bourd.* *Ad noctuam*] Noctua noctu videt, canit & volat sola, odiosa cæteris avibus in quas astuta utitur dimicatione, nam avicularum multitudine circumdata resupina pedibus pugnat, collectaque in arcum rostro & unguibus tota tegitur, ei auxiliatur accipiter, fœdere quodam naturæ, ut inquit Plin. Laërtius scribit, Timonem Philiasium hoc nomine maxime reprehendisse Arcesilaum quod is populares plausus non aliter consectaretur, atque noctua frequenti avium conventu claudi contuevit.

Hæc ait & turbam dextra lævaque frequentem
Ingreditur, volucres ululas mirantur ineptæ,
Illa stupet solidum, sed tu vanissime, plebis
Captator, quid ob hæc tam non præclara superbis?

Sic Apologum Ang. Politia. in sua Lamia exponit. *Cogn.*

3 Ταυτ' ἐστὶ δι' ἃ σφ' ἠυξάμην] Δι' ἃ σφ' ἠυξάμην. Marc.

4 Οὐδὲν γὰρ] Τῆς λανθανούσης μουσικῆς ἄδηλος λόγος. Vide Interpr. Persii ad Sat.

παίδευσόν με, ὅπως μοι χρήσιμον καὶ μαυτῷ, καὶ τῇ τέχνῃ. καί σοι διττὼ εἰσομαι τὼ χάριν, καὶ ἐπὶ τῇ αὐλήσει, καὶ τὸ μέγιστον, καὶ ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτῆς. ἀποκρίνεται δὴ αὐτῷ ὁ Τιμόθεος, ἀλλ' ὦ Ἁρμονίδη, ἐρᾷς μὲ ἔφη οὐ ἴσθι σὺ μικρᾶ πρᾶγμα, ἐπαίνου, καὶ δόξης, καὶ ἐπίσημος εἶναι, καὶ γνωσκεσθαι παρὰ τοὺς πολλούς. τοῦτο γάρ, εἰ μὲ σὺ τοσοῦτον ἐς τὸ πλῆθος παρελὼν ἐπιδεικνύμενον, ἐθέλοις προσέσθαι, μακρὸν ἂν χρόνον, καὶ οὐδὲ ὅτου ἄπαντες εἴσονται σε. τὰ γὰρ ἂν εὑρεθείη ἡ θέατρον, ἢ στάδιον ὅτω μέγα, ὃν ᾧ πᾶσιν αὐλήσεις ταῖς Ἕλλησιν; ὡς γὰρ ποιήσεις γνωσθήσῃ αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸ πέρας ἀρίξῃ τὸ σύγχρης, ἐγὼ καὶ τάθ' ὑποθήσομαί σοι. σὺ γὰρ αὐλεῖ μὲ καὶ ποτὲ τὸ θέατρα ἐνίοτε. ἀπὸ, ὀλίγον μελέτω σοι τὰ πολλῶν. ἢ σὲ ἐπιτομώς, καὶ ῥᾴστα ἐπὶ τὴν δόξαν ἄγουσα, ἡδὲ ἐστιν. εἰ γὰρ ἐπιλεξάμενον τὰ ἐν τῇ Ἑλλάδι τοὺς ἀρίστους καὶ ὀλίγους αὐτῶν, ὅσοι κορυφαῖοι, καὶ ἀναμφιλόγως θαυμασοί, ἐπ' ἀμφότερα πίσει, εἰ τούτοις φησὶ ἐπιδείξαιο τὸ αὐλήμαθε, καὶ ἅτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη μεθυπὰρ γνώσεσθαι σὸν ὄντα βραχεῖ. καὶ τὸ παράγγελμα ὁρᾶ πῶς σωτήριμι. εἰ γὰρ ὃς ἅπαντες ἴσασι, καὶ ὃς θαυμάζουσιν, ἅτοι ἢ, εἰσονται σε αὐλητὴν δόκιμον ὄντα, [1] τί σοι δεῖ τὰ πολλῶν, οἵτινες πάντως ἀκολουθήσουσι τοῖς ἄμεινον κεῖ-

inquit, doce me etiam hæc quomodo mihi me ipso, & arte sit utendum. Ac tibi duplici nomine gratiam habebo, cùm propter tibiæ cantum quem callebo, tum quod maximum est, propter gloriam quam ex eo obtinebo. Cui sic respondet Timotheus. Rem non exiguam, ut probè scis Harmonides, laudem & gloriam amas, qua iis insignis, & à vulgo cognoscaris. Sed hoc, si in cœtus prodeundo ut specimen artis edas, tibi parare velles, longum foret, neque sic te nossent omnes. Etenim ubi gentium, aut theatrum, aut stadium ita magnum inveniretur, in quo Græcis omnibus tibia modulareris? Vt autem illis innotescas & voti tui compos fias, hoc consilium tibi dabo. Tu quidem in theatris tibia nonnunquam lude, sed vulgus parum tibi sit curæ. Hæc via quæ ad gloriam ducit est compendiaria & facillima: si collectis Græciæ optimatibus, eorumque paucis, quicunque primores sunt, & citra controversiam admirandi, spectatæ utrinque fidei, si inquam his tuæ modulationis specimen exhibeas, & hi te laudent, puta te tam brevi tempore Græcis omnibus jam innotuisse. Et vide qua ratione rem hanc tibi construo. Nam si ii quos norunt, & mirantur omnes, te præclarum tibicinem esse cognoscent, quid vulgo tibi opus, qui meliores rerum judices

Sat. 1. *Bourd.* Hujus Adagii sensus est, quasvis egregias dotes ingenii, si non proferas, perinde esse quasi non habeas. Suet. in Nero. Gell. c. ult. lib. 13. Ovid.

Tu licet ad Thamyram superes, atque Orphea cantu
Non erit ignota gratia magna lyra. Cogn.

1 Τί σοι δεῖ τὰ πολλῶν] Vt mima illa, satis est equitem mihi plaudere. *Bourd.*

1 Ἀναβ-

ναι δυναμένοις; ὁ γάρ τοι πολὺς ἂν τῶν λεὼς, αὐτοὶ μὲ ἀγνοῦσι τὰ βελτίω, βάναυσοι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν. ὅτινα δ' ἂν οἱ πεπαιγότες ἐπαινέσωσι, πιστεύσω μὴ ἂν ἀλόγως ἐπαινεθῆναι τοῦτον. ὥστε ἐπαινέσωσι κὴ αὐτοί. καὶ γὰρ ἂν κὴ ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οἱ μὲ πολλοὶ θεαταί εἰσι κροτῆσαί ποτε, καὶ συρίσαι. κελεύσει ἓ ἑπτὰ, ἢ πέντε, ἢ ὅσοι δή. πῶπε ὁ μὲν Ἁρμονίδης οὕτω ἔφη ποιῆσαι, μελλοῦν γὰρ αὐλῶν φασιν, ὅτε τοῦ θεάτρου ἠρώτιζεθ, φιλοπμότερον ἐμφυσῶν, ἀναπνεύσας τῷ αὐλῷ, κὴ ἀστεφάνωτος ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε, τὸ αὐτὸ κὴ ὠφέλιμον κὴ ὑγιεινὸν αὐλήσας ἐν Διονυσίοις. ὁ μὲν τοι Τιμοθέε λόγος, οὐκ αὐλητικῆς, ἐμὴ Ἁρμονίδη μόνον εἰρῆσθαι μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν, ὅσοι δόξης ὀρέγονται, δημόσιόν τι ἐπιδεικνύμενοι, ἓ ὠφέλιμον τῶν πολλῶν ἐπαίνων δέονται. ἔγωγ' οὖν ὁ πρὸ κὴ αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια ὠφελεῖ τὲ ἐμαυτὸν, κὴ ἐζήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι, τῷ Τιμοθέε λόγῳ ἑπόμενος, ἐσκοπούμην ὅστις ἄριστος εἴη τὲ ἐν τῇ πόλει, κὴ ὅτῳ πιστεύσουσι οἱ ἄλλοι, κὴ ὃς ἀπὸ πάντων δρχέσειεν ἄν. ὅτῳ ἓ ἔφην σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅπερ τὸ κεφάλαιον δρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων φασὶ, κὴ ὁ ὀρθὸς κανὼν τὲ τοιούτων. εἰ δέ σοι δείξαιμι τάμὸν, κὴ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὸ, εἶη γὰρ ἂν φανερός. κὴ δὴ ἐπὶ πέρας ἦκεν μοι τὰ ἐλπίδος, ὡς μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντι. ἢ πάνυ γὰρ ἂν ὠφὸ σᾶ ἐλόμην, ἔπειτ' ἐξαπατῆσαι ἂν εἰκότως νομισθείην; ὥστε λόγῳ μὲ ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς [1] ἀναρρίπτειν

dices omnino ſequetur? Siquidem popularis iſta multitudo, quæ magna ex parte mechanicis opificibus conſtat, fere ſemper ea quæ ſunt optima ignorat. Quemcumque autem proceres laudaverint, cum non temerè laudatum credunt. Itaque & ipſi laudabunt. Quippe in ipſis quoque certaminibus multi ſunt ſpectatores, qui aliquando applaudunt, & explodunt: at ſeptem aut quinque, aut quot libet judicium ferunt. Hæc quidem Harmonides non præſtitit. Etenim inter tibias ut fertur, cùm primum in certamen deſcendiſſet, ambitioſiùs ſpiritum intendens, in ipſa tibia expiravit, & in ſcena non coronatus obiit, cùm idem & primum & poſtremum in Bacchanalibus tibia cecinisſet. Hoc Timothei conſilium, non tibicinibus, non Harmonidæ tantum dari mihi videtur, verùm omnibus qui gloriam appetunt, & publicum ingenii ſpecimen edentes, vulgi laudem repoſcunt. Proinde ego quum ſimilia de rebus meis animo verſabam, & quærebam qua ratione quamprimum innoteſcerem omnibus, Timothei conſilium ſecutus, conſiderabam quis civium eſſet præſtantiſſimus, & cui fidem cæteri adhiberent, quique pro omnibus ſufficeret. Tu igitur nobis revera talis videri debebas, quoniam virtutis omnis caput es, ut ajunt, gnomon & recta regula rerum hujuſmodi. Quòd ſi mea ſcripta tibi commonſtrarem, eaque laudares, fieret ut ſic agnoſcerentur, & continuò ſpei compos eſſem, in uno calculo cunctos aſſecutus. Annon ſi aliquem tibi præferrem, errare meritò exiſtimarer? Itaque juxta proverbium, in uno viro aleam ja-

1 Ἀναρρίπτειν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς κύβον] Vide Paræmiog. ſic in Dialogo pro Imaginibus. Bourd.

1 Τῶι

ψομβρ ἢ νύδον. τὸ δ' ἀληθὲς, ὥστ' ἂν εἰ βίᾳ ἅπαντα χρῆναι ἀνθρώποις ἐπιδεικνύμι τὰς λόγχας. δῆλον γὰρ, ὡς καθ' ἕνα τι, καὶ σὺν ἅπασι πάντων συμπεπλεγμένων, μόνῳ αὐτὸς ἀμείνων ἂν ἦθα. οἱ μὲν γὰρ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον φερόντων, σφεῖτοι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν, δύο ἔφερον. σὺ δ', καὶ τὰς τῶν ἐφόρων, καὶ τὰς τῶν γερόντων συνόδους, καὶ ὅλως ἁπάντων ὁ πολυψηφότατος εἰ παιδείᾳ. σύ γε καὶ μάλιστα ὅσῳ [1] τῷ λευκῷ ἀεὶ καὶ σώζουσιν φέρεις, ὃ καὶ θαρρεῖν με τῇ παρούσῃ ποιεῖ, διά γε τὸ μέγεθος καὶ τολμήματος, καὶ πάνυ δικαίως ἂν φοονηθείην. κἀκεῖνο δ' ἡ Δίκα, ὥσπερ καὶ αὐτὴ θαρρεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότριον τἀμοῦ εἶναί σοι. ὃς πόλεώς τε σκείνης εἰμὶ, ἣν πολλάκις δὴ ἐποίησας, τὸ μὲν πρῶτον, ἰδίᾳ, τὸ δὲ δεύτερον, κοινῇ μὲν πάντος δ' ἔθνους. ὥστε ἐμοί τε καὶ νῦν ἐμοὶ ἐς τὸ χεῖρον ῥέπουσιν αἱ ψῆφοι σὺν τῷ λόγῳ, καὶ ἐλάττους ὄσιν αἱ ἀμείνους, σὺ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς πρεσβείᾳ, ἀναπλήρου τὸ ὑστέρημα πρὸς σαυτῷ. καὶ τὸ ἐπαινούμενον οἰκεῖόν σοι δοκεῖτω. καὶ γὰρ οὐδὲ σκεῖνό μοι ἀφανὲς, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασαν πρότερον εἰ ἔνδοξος ἤδη ἐγὼ, εἰ ἐπαινοῖντο πρὸς τῶν ἀκουόντων οἱ λόγοι. πάντα σκεῖνα, ὑπολειμμένα ἀπείρατα φασὶ, καὶ [2] ἐπῶν σκιαί. τὸ δ' ἀληθὲς, σὺ τῇ παρούσῃ δειχθήσῃ. δὴ ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν. οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ὑπολάβοιεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον καὶ παιδείᾳ δεκτόν

jaciemus. Ac revera, perinde fuerit ac si omnium gentium hominibus meos libros ostendam. Etenim liquet quòd & seorsim singulos, & collectim universos ingenii præstantia antecellis. Sanè Lacedæmoniorum reges, cùm reliqui unum quisque calculum ferrent, ipsi soli, uterque duos ferebant. At tu ephororum, præterea senum, denique omnium calculos in eruditione æquas, eoque magis quòd album semper & salutiferum fers. Quo fit ut in præsentia confidam, cùm alioqui ob magnitudinem ausi meritò metuerem. Quinetiam illud animum addit per Iovem, quòd meæ res alienæ tibi non censeantur: cùm ex ea urbe sim oriundus, quam primum quidem privatis, deinde etiam publicis beneficiis tota cum gente cohonestasti. Quare si fortè nunc in pejus vergant calculi in sententiis ferendis, & pauciores sint qui meliores: tu adjecto Minervæ suffragio, ex te ipse quod deerit suppleto, tibique proprium supplementum censeatur. Neque enim id mihi sufficit, si multi ante sunt admirati, si clarus ego jam sum, si meæ orationes ab auditoribus laudantur. Illa omnia ut est in proverbio, somnia sunt evanida, & verborum umbræ. Cæterùm ipsa veritas nunc ostendetur. Hic lucubrationum mearum exactus est terminus. Non amplius est dubium, nec quisquam ambiget, quin id omnium optimum juxta disciplinas existimari oporteat, quod tibi

1 Τῷ λευκῷ] De his calculis res nota. *Bourd.*

2 Ἐπῶν σκιαί] Sic legit Interpres & Parœmiog. In Anglic. Cod. rectius ἐπείων σκιαί. ut σκίας ὄναρ apud Pind. *Idem.*

νομίζεσθαι, σοὶ γὰ δόξαιμι, ἢ πάντων. εὔφημεῖν ἢ χρή, ὅτῳ ὕπερ μέγαν ἀγῶνα χωρεῖν ἔοικα. δέξαιμ' ἂν γὰρ ὦ Θεοὶ, λόγῳ ἄξιοι. καὶ βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὸ δόξαι τοῖς ἄλλων ἔπαινον. ὡς τὸ λοιπὸν θαρρούντως, εἰς τὰς πολλὰς παρείναι. [1] πᾶν γὰρ ἤδη σάδιον, ἥτιον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.

tibi visum fuerit. Sed eum bona verba dicere par est, qui in tantum certamen descendit. Vtinam certè pretio digni censeamur ô Dii, ac eam quæ nobis ab aliis eventura est, laudem confirmetis, ut in posterum fidenti animo in publicum prodeamus. Quippe omne stadium minùs reformidandum est ei, qui magna Olympia devicerit.

[1] Πᾶν γὰρ ἤδη σάδιον ἥτιον φοβερὸν τῷ τὰ μεγάλα Ὀλύμπια νενικηκότι] Hoc loco τὸ μεγάλα non παρέλκει, sed eo, quod in pluribus locis Græciæ certamina sacra celebrabantur sub Olympiorum nomine, ideo dixit Olympia magna ad differentiam eorum, quæ minus celebria erant. Intelligit igitur Olympia magna, quæ Pisæ ad Alpheum celebrabantur, quæ & antiquissima à Pelope & Hercule erant, & celeberrima non solum in tota Hellade, sed etiam Italia, Sicilia, Asia, Ægypto, Syria, Cyrenaica, concurrentibus ad spectaculum, & athletas & quadrigas eo mittentibus: minora vero Olympia erant, quæ celebrabantur Dio Macedoniæ ab Archelao rege instituta, quod nos docet Demosthenis Scholiastes ad orationem περὶ παραπρεσβείας his verbis: τὰ Ὀλύμπια δὲ θρῶ-Ͻ& Ἀρχέλα& ἐν Δίῳ τ Μακεδονίας κατέδειξεν, ἄγετο δὲ ἐπ' ἐνέα, ὡς φησὶν, ἡμέρας ἰσαρίθμους ταῖς μούσαις. Eodem nomine erant etiam Athenis, ut docet Pindari Schol. ad Olymp. 7. ad hæc verba, χραναὰς ἐν Ἀθήναις. Sic enim commentatur: εἰσὶ δὲ ἐν ἅπτι Παναθηναῖα ἢ τὰ Ηράκλεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια, &c. Vetus inscriptio Romana, de qua Iosephus Scaliger lib. de emendatione temp. quinto pag. 476 Olympia etiam post Panathenæa recenset & Hesychius Ὀλύμπια ὁ Ἀθλώπιν ἄγων. Item alia Olympia, quæ Smyrnæ, & alia, quæ Pergami, & alia Alexandriæ, quorum mentionem fieri in Pandectis asserit idem Scaliger. Respectu igitur horum omnium certaminum, quæ sub nomine Olympiorum diversis locis celebrabantur, dicta sunt Olympia magna ea, quæ Pisæ committebantur. *Palm.*

ΣΚΥΘΗΣ, Η ΠΡΟΞΕΝΟΣ.

SCYTHA, SEV HOSPES.

ARGVMENTVM.

[1] *Laudat Macedonicos quosdam cives, patronos, ut videtur, suos: ut à quibus maximè adjutus atque apud alteros promotus fuerit. Facit autem hoc collatione quadam Anacharsidis Scythæ & Solonis Athenien sis, ad quem cùm alter Athenas profectus, à Toxare,*

[1] Περσαλαιᾶ. Habita verò in Macedonia & quidem ut conjecturam feceris Thessalonicæ. Pateret legenti infrà. *Marc.*

[1] Περσ-

re, populari ſuo adductus fuiſſet, & humaniter acceptus ab illo, & brevi toti civitati notus atque acceptus factus eſt. Eodem igitur pacto & ſe, cùm in Macedoniam veniſſet ab omnibus, ut ad illos, de quibus encomium hoc inſtituit, diverteret, iiſdemque ſeſe commendaret, admonitum fuiſſe, ait. Vt enim apud Athenienſes aliquando Periclem, Ariſtotelem & Solonem, quaſi caeterorum omnium inſtar fuiſſe, ita hos inter Macedonas reliquos excellere. Titulum, ex eadem ratione qua ſuperiores, hac quoque oratio habet. Catera plana ſunt.

Ὁ [1] πρῶτος Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήναζε παιδείας ἐπιθυμίᾳ τῆς Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις σπουδαῖος αὐτὸς, σοφὸς μὲν, καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ, καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν δρίστων. οἴκοι δὲ, οὐ βασιλείας γένους ὤν, οὐδὲ τῶν πιλοφορικῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τῶν πολλῶν, καὶ δημοτικῶν, οἷοί εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ὀκτάπηδες καλούμενοι. τοῦτο δέ ἐστι, δυὸ βοῶν δεσπότης εἶναι, καὶ ἁμάξης μιᾶς. ὅτος ὁ Τόξαρις, οὐδὲ ἀπῆλθεν ἔτι ὀπίσω εἰς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν ἀπέθανε. καὶ μετ' οὐ πολὺ, καὶ Ἥρως ἐδόξε. [3] καὶ σπένδουσιν αὐτῷ ξένῳ Ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι. τοῦτο μὲν τὸ νόμισμα, ἥρως νομίζεται· ἐπικτήσατο δὲ τοῦτο διὰ σοφίαν τὴν ἐπωνυμίας, καὶ ἀνθ' ὅτου εἰς τοὺς ἥρωας κατελέγη, καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν εἷς ἔδοξεν, οὐ χαίρων ἴσως διηγήσασθαι, ὡς μάθητε, οὐ Σκύθαις μόνοις ἐπιχώριον ὂν ἀπαθανατίζεσθαι.

Non primus Anacharſis diſciplinæ Græcanicæ ſtudio ex Scythia venit Athenas: ſed ante illum Toxaris, vir ſapiens honeſtatis & ſtudiorum optimorum amans. Non erat autem regiæ ſtirpis, nec eorum qui pileos geſtant, ſed unus è vulgo & plebe Scytharum: cujuſmodi ſunt qui apud illos vocantur [2] Octipedes: quo ſignificant aliquem duorum boum, uniuſque plauſtri eſſe dominum. Hic Toxaris nuſquam ad Scythas rediit, ſed Athenis diem obiit. Nec multo poſt, & Heros eſt habitus, & ipſi quanquam peregrino Medico Athenienſes hoſtias immolant. Nam hoc nomen, heros factus, inſuper adeptus eſt. Sed enim cauſam nominis, & quamobrem in heroum numerum eſt relatus, unuſque ex Aſclepiadibus habitus, non erit forte alienum narrare, ut cognoſcatis, non Scythis tantùm moris eſſe immorta-

1 Πρῶτος] Sic rectè, & patet hac narratione, mendoſe in aliis πρῶτον. Bourd. Vide hujus vitam & Epitaphium apud Laërtium. *Cogn.*

2 *Octipedes*] Scythico proverbio dicebantur quibus ruſticanæ tantum opes erant, quique duos poſſiderent boves, & currum unum: inter opes enim ruſticanas præcipue recenſet Heliod. bovem aratorem. *Idem.*

3 Καὶ σπένδουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι] Malè Interpres: *Et ipſi quamquam peregrino Medico, Athenienſes hoſtias immolant.* σπένδουσιν αὐτῷ, ξένῳ ἰατρῷ. hoc eſt, *ipſi hoſtias immolant, ſub nomine peregrini Medici.* Menagius.

1 Πίμ-

ἐναπέζειν, καὶ [1] πέμπειν ἐκεῖ τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι Θεοποιεῖν τὸς Σκύθας. ἐπὶ τῷ Ἐλλάδος καὶ τὸ λοιμὸν τὸ μέγαν, ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνὴ, ἐρεοπαγίτου ἀνδρὸς, ἐπισκώψαι οἱ [2] τὸν Σκύθην, κελεύσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις, ὅτι παύσονται τῆς λοιμοῦ ἐχόμενοι, ἢν τὸς τάφους οἴνῳ πολλῷ ῥαίνωσι. τοῦτο συχνάκις ἠκούσθη, ὅτε δὲ ἠμέλησαν Ἀθηναῖοι οἱ ἀκούσαντες, ἔπαυσι μηκέτι λοιμώττειν αὐτὸς, εἴτε, ἀτμός τινας πονηρὸς ὁ οἴνῳ σβέσας τῇ ὀδμῇ, εἴτε ἄλλό τι τοιοῦτον εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, εἴτε ἰατρικὸς ὤν, συνεβούλευσεν. ὁ δὲ ὢν μισθὸς τῆς ἰάσεως, ἔπι καὶ νῦν δοθησόμενος αὐτῷ, λευκὸς [3] ἵππος καταθυόμενος ἐπὶ τῷ μνήματι. ὅθεν ἔδειξεν ἡ Δειμανίτη, ὡσθησθῆναι αὐτὸν, συντίλαντας σκῆνα τὸ τοῦ θεοῦ οἶνον. καὶ ἐρέπτη κεῖται ὁ Τόξαρις τεταμμένῳ, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔπι καὶ μάλιστα ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπται, τῇ λαιᾷ μὲν, τόξον ἔχων ἐντεταμένον, τῇ δεξιᾷ δὲ, βιβλίον ὡς ἐόντα. ἔπι καὶ νῦν ἐστὶ ὑπὲρ ἡμῖσυ, καὶ τὸ τόξον ὅλον, καὶ τὸ βιβλίον. τὰ δὲ ἄλλα ἡ στήλης, καὶ τὸ πρόσωπον, ὁ χρόνος ἤδη ἐλυμήνατό πᾶν. ἔστι δὲ πολὺ ἀπὸ τῆς Διπύλου, ἐν ἀριστερᾷ εἰς Ἀκαδημίαν ἀπιόντων, ὁ μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαί. πάλαι ἀλλ' ἔστι γε ἀεί. καὶ φασὶ πυρετιαίνοντάς τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ. καὶ μὴν

talitate donare, & ad Zamolxim mittere, sed etiam Athenienſibus licere Scythas in Græcia Deos facere. Quo tempore ſæva peſtilentia graſſabatur Athenis, exiſtimavit Architelis areopagitæ viri uxor, aſtantem ſibi Scytham juſſiſſe ut Athenienſibus diceret ceſſaturam peſtem, ſi vino multo conſpergerent angiportus. Quod cùm ſæpe feciſſent (non enim conſilium neglexerunt Athenienſes) non amplius graſſata eſt peſtis, ſive vapores infeſtos odore ſuo vinum extinxit, ſive quid aliud efficacius cognitum heros Toxaris, ut pote medendi peritus, conſuluit. Itaque curationis merces, etiam nunc illi perſolvitur, videlicet albus equus qui ad ejus monumentum immolatur: unde accedentem illum, Dimænete oſtendit illa de vino mandata dediſſe. Atque ibi inventus eſt Toxaris ſepultus, ipſaque inſcriptione cognitus, quanquam integra non apparebat. In primis verò quòd ſuper columnam Scythico vir ornatu ſculptus erat, læva intenſum arcum tenens, dextra librum ut videbatur. Et etiamnum præter ejus dimidium, & arcum totum, & librum videas: reliquum verò columnæ, & faciem, temporis longinquitas jam labefactavit. Eſt autem non procul à Dipylo, à læva in Academiam euntium, non magnus tumulus, humique cippus, verùm ſemper eſt coronatus: & ajunt quoſdam febricitantes ab eo ſublevatos (neque id per

1 Πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν] Dico alibi. *Bourd.* Καὶ πέμπειν ὡς τὸν περὶ τὸν Ζάμολξιν. Marc. Morem hunc mittendi ad Zamolxim ſcribit Herod in 4. Strab. in 7. Suid. in dictione Ζαμόλξις. Cogn.

2 Τὸν Σκύθην] Τὸν Τόξαριν. Menagius.

3 Ἵππον] Dico alibi. *Bourd.*

1 Καὶ

τ Δι', ἐδίν ἄπιστον. ὃς ὅλλω ποτὲ ἰάσατο τὴν πόλιν. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ ἔνεκα ἐμνήσθην αὐτῦ, ἔζη μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις. ὁ Ἀνάχαρσις ἦ, ἄρτι κατέπλευκὼς, ἀπὸ τῆς Περσικῆς, οἷος δὴ ξένος, καὶ βάρβαρος, καὶ μετρίως τεταραγμένος ἐπὶ τῷ γνώμῳ. πάντα ἀγνοῶν. ψοφοδεὴς ἐπὶ πολλά. οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. καὶ γὰρ σκιᾷ καταγελώμενος ἐνόμιζε τὰ ὁρώντων ἐπὶ τῇ σκιᾷ, καὶ ὁμόγλωσσον ἐδίνα δύεσθαι. καὶ ὅλως, μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδῦ, καὶ ἐδεδίκει, ἰδὼν μόνον τὰς Ἀθήνας, [1] ἐπὶ πόδα δὺς ὀπίσω χωρεῖν. καὶ πάλιν ἐπέκαιε, πάλιν αὖθις ἐπὶ Βοσπόρου. ὅθεν δὴ πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι οἰκαδὲ ἐς Σκύθας. ὅτῳ ἔχοντι τὴν Ἀναχάρσιδι, σὺ τυγχάνῃ δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς ἀληθῶς ὁ Τόξαρις ἤδη σὺ τῷ Κεραμεικῷ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπισπάσαθ', παντελῶς ὅσα εἶπε μόνον, ἀ χαλεπῶς ἔμελλε γ' αὐτὸν γνώσεσθ' τ Ἀνάχαρσιν, ἅτε γόνυς [2] ἔ δοκιμωτάτῳ ὄντα, καὶ ὢν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. ὁ Ἀνάχαρσις ἦ, πόθεν ἂν σκεῖνον ἔγνω ὁμογενῆ ὄντα, ἐλλιπῶς ἐστολμένον, ὑπεξυρημμένον τὸ γόνειον, ἄζωστον, ἀσιδήρῳ, ἤδη σαμύλον, αὐτῶν τ Ἀττικῶν ἕνα τ αὐτοχθόνων; ὅτῳ μεταποιοῖντο ὑπὸ ἔ χρόνῳ. ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθικὶ προσεῖπεν αὐτὸν, ὦ σὺ ἔφη Ἀνάχαρσις ἂν τυγχάνεις, ὁ Δαυκέτου; ἐδάκρυσιν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι καὶ ὁμόφωνον ἀρχαῖ ἴσα, καὶ τὸν ἀνὰ per Iovem à vero abhorret) qui totam urbem olim sanavit. At enim ad id veniemus cujus gratia mentionem ejus feci. Vivebat adhuc Toxaris, quum navi devectus Anacharsis, ex Pyræo venit, veluti peregrinus & barbarus, animo non mediocriter perturbato, omnia ignorans, ad multa meticulosus, nescius quid ageret. Siquidem à quibus videbatur, ludibrio haberi se ob vestem intelligebat: & nullum eandem linguam callentem inveniebat. Atque omnino jam illum susceptæ profectionis pœnitebat, & visis duntaxat Athenis, vestigia retrorsum relegere decreverat: atque conscenta navi, rursus in Bosporum navigare, unde non multum illi itineris domum ad Scythas conficiendum restabat. Sic affecto Anacharsidi, bonus quispiam dæmon incurrit, nimirum Toxaris in Ceramico. Ac primùm quidem patria vestis ipsum pertraxit: deinde Anacharsidem nosse non futurum erat ipsi difficile, ut qui ex lectissimo genere ortum ducebat, & inter Scytharum primores locum obtinebat. Vnde verò Anacharsis gentilem illum esse agnovit, cùm Græcam vestem gereret, abraso mento esset, discinctus, sine ense, jam facundus, & ex Atticis indigenis unus. Adeò jam temporis spatio erat immutatus. Verùm Toxaris Scythica lingua ipsum affatus: nonne tu, inquit, es Anacharsis Dauceteæ filius? Lachrymatus est præ gaudio Anacharsis, quòd lingua sibi consonum aliquem inveniisset, quique nosset quæ-

1 Ἐπὶ πόδα δὺς ὀπίσω χωρεῖν] Gallicè similiter dicimus, *retourner sur ses pas.* Menagius.

2 Τὰ δοκιμωτάτω] Anglic. Cod. τ δοκιμωτάτων. Bourd.

δὲ τὰ ὅτις ἰῶ ἐν Σκύθαις, καὶ ἤρετο. σὺ δ' πόθεν οἶσθα ἡμᾶς ὦ ξένε; καὶ αὐτὸς ἔφη ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τὄνομα, ὃ δ' ἐπιφανῶν, ὥστε κ' ἐγνωσάς ἂν σοι καὶ αὐτό. μῶν ἔφη ὁ Τόξαρις εἶ, καὶ δὴ ἐγὼ ἤκουσα, ὡς πε Τόξαρις ἔρωτι τῆ Ἑλλάδος, ἀπολιπὼν καὶ γυναῖκα ἐν Σκυθίᾳ, καὶ παιδία νεογνά, οἴχοιτο εἰς Ἀθήνας, καὶ νῦν ἀφῖχθαι κεῖθι, πρωμνηστεύσων τὸ θρίσιν; ἐγὼ ἔφη ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις καὶ μοῦ λόγος ἔπι παρ' ὑμῖν. ἀκοὴν ἦλθ' ὡς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητὴν σε ἴδοι με γεγυμνασμένον, καὶ ζηλωτὴν ἔρωτος, ὃν ἠράσθης, ἰδίᾳ τῆ Ἑλλάδι. καὶ καπί γε τῆ ἐμπορείαν ταύτην ἀπεδημήσας, ἥκω σοι, μυρία παθὼν ἐν βίῳ μέσῳ ἔθνεσι. καὶ εἴην μὴ σοὶ ἐνέτυχον, ἔγνωσθ ἤδη πρὶν ἥλιον διῦναι, ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῶν κομίσας. ἔτος ἐπλανώμην, ξένα κ' ἄγνωστα πάντα ὁρῶν. ἀλλὰ τοῖς Ἀκινάκαι, καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν παντοίων ἡμῖν Θεῶν, σύ με ὦ Τόξαρι παραλαβών, ξενάγησον, κ' δεῖξον τὰ κάλλιστα τῆ Ἀθήνησιν. εἶτα κ' τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων τε τὺς ἀρίστους, καὶ ἀνδρῶν τὺς βελτίστους, καὶ ἤθη, καὶ παιγνήμεις, καὶ βίον αὐτῶν, κ' πολιτείαν, δ' ἅπερ σύ τε, κἀγὼ μῦθ σε, πρωτίστην ὁδὸν ἤκομεν. κ' μὴ περιόδης ἀθεάτους αὐτῶν ἀνασκέψοντα. τοῦτο μὲν ἔφη ὁ Τόξαρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἰρήκας, ἐπὶ τὰς γνώμας αὐτὰς ἐλθόντα, οἷ χαλ ἀπόντα. πολὺ ἀλλὰ θαρρεῖ. ὃ γὰρ ἂν ὡς φῇς, ἀπόλθῃς, ὥσθ' ἂν ἀφίῃ σε ῥᾳδίως ἡ πόλις. οὐκ ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ἐπιλήψεταί σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, qualis inter Scythas esset: tum interrogavit. Tu verò unde me nosti hospes? Cui ille, Vestras ego sum, appellor Toxaris, non clara stirpe oriundus, ut ex eo tibi notus sim. Num, inquit, Toxaris ille es, quem audivi amore Græciæ, relictis in Scythia uxore, liberisque infantibus, Athenas venisse, ibique nunc degere, & apud optimates in precio esse? Ego inquit, ille sum, si qua de me apud vos fama superest. Proinde, inquit Anacharsis, scias factum esse me discipulum tuum, tuique amoris æmulum, quo perductus es ut Græciam videres. Itaque negociationis hujus exemplo peregrè profectus, venio mala sexcenta passus apud gentes in medio sitas. Ac nisi in te incidissem, decreveram, antequam sol occidisset, gressum ad navim referre, ita turbatus eram quòd peregrina, & ignota omnia conspicerem. At per Acinacem, & Zamolxin Deos nostrates, tu me assumptum ô Toxari, circumducito, & quæcunque Athenis sunt pulcherrima mihi commonstrato. Deinde cætera quæ sunt in reliqua Græcia, & leges optimas, & viros præstantissimos, & mores & celebritates, & vitam ipsorum, & reip. administrationem: ob quæ tu, ego verò post te, tantum itineris emensi sumus: nec redire non spectatis iis me sinas. Hoc equidem, inquit Toxaris, minimè amanter dixisti, te vix fores ingressum, fuisse retrogressurum. Atqui confidenti sis animo: neque enim abibis, ut ais, neque te urbs facilè dimittet. Nec adeò exiguas habet illecebras ad retinendos peregrinos, ut non te capiat, & uxoris, ac liberorum, siquos

ἐὰν σοι ἤδη εἰσὶ μεμηχᾶς. ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ ἐγώ σοι ὑποδείξομαί σοι. ἔστι σοφὸς ἀνὴρ οὗτοσὶ, ἐπιχώριος μέν, πεπλανημένος δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον. καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγινόμενος, τὰ ἄλλα, ἃ τῷ πλησίον, ἀλλὰ καὶ πάνυ πενιχρὸν ἄνδρα, ὄψει μάλα ἁπαλῶς ὑπὸ δημοτικῶς ἐσταλμένον. πάλιν αὖ γε τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, πάνυ πρωθῆ αὐτόν. ὥστε καὶ νομοθέτην ἄν τις αὐτὸν τῆς πολιτείας, καὶ ἀξιοῖ καὶ τὰ σφέτερα αὐτοῖς διαγορεύειν βίον. εἰ τοίνυν φίλον κτήσαιο, καὶ μάλα οἷόν τ' ἀνὴρ ἐστὶ, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα σὺν αὐτῷ ἔχειν. καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδείης τὸν τῆδε ἀγαθῶν, ὡς ἔστιν ὅ, τι ἂν μεῖζον σοι καλὸν χαρίσασθαι δυνάμενον, ἢ συζητήσας ἐκεῖνον. μὴ τοίνυν μέλλωμεν ἔφη ὦ Τόξαρι ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβὼν, ἄγε παρ' αὐτόν. ἀτὰρ σμικρὸν δέδια, μὴ δυσπρόσοδον, καὶ σὺ παρέργῳ χρῇ σὺ τὴν ἔντυξιν ὑπὲρ ἡμῶν. θαρρεῖ γὰρ ὅδε, ἐκεῖνο τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν δόξαν τ' ἐς ξένον ἄνδρα δωρεᾶς. ἔπου θᾶττον. ἔσῃ γὰρ ὅσῃ περὶ τὰς ξένας ἡ αἰδὼς, καὶ ἡ ἄκρη ἐπιείκεια, καὶ χρηστότης. μᾶλλον δὲ καὶ δαίμονα ὑπὸ αὐτὸς ἡμῖν ἐπέστησεν, ὁ ἐπὶ σωτηρίας, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ. καὶ ἅμα ἐπέστειπεν τὸν Σόλωνα, τοῦτό σοι ἔφη δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἄνδρα, φιλίας δεόμενον. Σκύθης δὲ ἐστὶ τῶν παρ' ἡμῖν εὐπατριδῶν. καὶ ὅμως τἀκεῖ πάντα ἀφεὶς ἧκε σωτηρίαν ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὀ-

si quos habes oblivionem non inducat. Vt verò quàm celerrimè vniversam Athenarum urbem, imò Græciam totam, & res Græcorum præclaras videas, tibi consilium dabo. Hic est vir sapiens, indigena quidem, sed qui diu in Asia & Ægypto peregrinatus est, & cum optimis quibusque viris versatus. Cæterum non dives, sed pauper admodum. Videbis tenem hoc modo populi more amictum. Verumtamen cum propter sapientiam, tum propter alias virtutes ipsum colunt: adeò ut eo legislatore utantur ad reipub. administrationem, ejusque præceptis in vita instituenda parere dignentur. Si hunc tibi amicum paraveris, & cujusmodi vir sit, didiceris, in eo te Græciam universam habiturum puta, & bonorum quæ illic sunt summam cogniturum, ita ut nullo majori officio tibi possim gratificari quam si te huic commendavero. Ne igitur cunctemur ô Toxari, inquit Anacharsis, sed me ad illum ducito. Sed enim illud vereor, ne sit adito difficilis, tuamque pro me postulationem flocci faciat. Bona verba quæso, inquit ille, rem maximè gratam ipsi me facturum puto, quum occasionem offeram benefaciendi viro peregrino. Sequere me solummodo. Nam cognosces quanta sit illius in hospites reverentia, quanta æquitas, ac benignitas. Imò potiùs forte quadam hic ipse ad nos accedit, nempe ille qui cogitabundus secum loquitur. Simul Solonem compellans, hoc tibi magnum, inquit, donum adduco, virum peregrinum, amicitiæ indigum. Est autem Scytha ex nostræ gentis nobilibus. Attamen bonis omnibus ibi relictis, vobiscum conversatu-

ψόμβῳ τῆ Ἑλλάδῳ. καίτοι [1] ἐπίτομόν τινα ταύτην ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πάντα, καὶ γνώριμος γένοιο τοῖς ἀρίστοις. τοῦτο δή σοι ἐθέλω προσαγαγεῖν αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, ὅτι ποιήσεις, καὶ [2] προξενήσεις αὐτῷ, καὶ πολίτην γνήσιον ἀποφανεῖς τῆς Ἑλλάδος. καὶ ὅπως σοι ἧττον μικρὸν ἔμπροσθεν ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα εἰργασμένος ἦδη, Σόλωνα ἰδών. τοῦτο γάρ ἐστιν Ἀθῆναι. τοῦτο ἡ Ἑλλάς. οὐκ ἔπ' ξένου. σύμπαντές σε ἴσασι. πάντες σε φιλοῦσι. πλὴν τοῦτο ἴσι τὸ κῦρ τῆς περιβύτου τούτου. ἀπάντων ἐπιλήσῃ τῆς σῆς Σκυθίας, συνὼν αὐτῷ. ἔχεις τῆς ἀποδημίας τὰ ἆθλα, τὸν ἔρωτα τοῦ πόλου. ὃς σοι ὁ Ἑλληνικὸς κανών. τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. ὅτι τοίνυν γίγνωσκει, ὡς σὺ δι' ἐμοῦ ἔσται. ὧν. ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ φίλον χρήσῃ αὐτῷ. μακρὰν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἦλθε ὁ Σόλων πρὸς δῶρα, οἷα δ' εἶπεν. ὡς δ' τὰ λοιπὰ συνῆσαν, ὁ μὲν, παιδεύων, καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, καὶ σεμνόν τοῖς Ἕλλησιν καλοῖς, καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι. ὁδὶ, πλησὺς τῆς σοφίας αὐτῆς, καὶ μηδὲν τῶν ἔργων πόδα ἐκὼν εἶναι ἀπολειπόμενον. ὡς γὰρ ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τὸν Σόλωνα, ἅπαντα ἔγνω τὸν ἀκριβῆ, καὶ πᾶσιν ὦν γνώριμος, καὶ ἐπιμᾶτο δι' ἐκεῖνον. ὁ δὲ μικρὸν ὦν Σόλων ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι τῆς

rus, & res Græciæ præclaras visurus venit. Porrò ei hoc compendium excogitavi, ut facillimè etiam omnia discat, & optimis quibusque innoteſcat, nimirum ut ipſum tibi adducerem. Ergo ſi Solonem bene novi, ſic facies, ipſum ſuſcipies, & verum Græciæ civem efficies. Iamque Anacharſi, quod paulò ante dicebam, viſo Solone, omnia vidiſti. Hoc ſunt Athenæ, hoc eſt ipſa Græcia. Non amplius es peregrinus, omnes te norunt, omnes te amant. Tantum bonorum in hoc ſene tibi conſiſtere puta. Res Scythicas, cum ipſo converſans, oblivioni trades. Habes tuæ peregrinationis præmia, finem amoris. Hic tibi Græca eſt regula, Atticæ philoſophiæ exemplum. Cognoſce igitur te eſſe fœliciſſimum, qui cum Solone verſaberis, eoque amico uteris. Longum eſſet referre quantum hoc munere delectatus ſit Solon, & quibus verbis reſponderit, utque deinceps mutua conſuetudine ſint uſi, hic quidem Solon, inſtituens & docens pulcherrima quæque; & omnibus amicum faciens Anacharſin, Græcorumque optimis adducens, tum omne ſtudium adhibens, ut quàm jucundiſſimè in Græcia vivens renideret. Ille verò ejus ſapientiam admiratus, ne altero quidem pede lubenter à ſenis latere ſecedens. Prout igitur pollicitus fuerat, Toxaris, ex unico Solone omnia momento cognovit: omnibuſque notus erat, & propter illum in precio habebatur. Non enim Solon parum eum laudabat. Verùm homi-

1 Ἐπίτομόν τινα ταύτην] Supple ὁδόν. Menagius.
2 Προξενήσεις αὐτῷ] Sic Demoſthenes: φενξένεις αὐτῶν. Idem.

1 Ὀνο-

τῦτο, ὡς νομιθήτη ἐπιθηθ, ἐφίλων, ὡς ὀνεῖνο δοκιμάζοι. καὶ ἐπίστευον ἀεί τους ἄνδρας εἶναι τὰ πολύτιμα. καὶ ἰμυνθη μόνο βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίηθο ἡυόμμο, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τῦτο ἱστορῆσθαι ὦδε αὐτῦ. καὶ ὅτι ἂν ὑδὲ ἀνέρεψεν οἶμαι ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε. βέλεσθε ὧν ἤδη ἐπαναγω τῷ μύθῳ τὸ τέλο, ὡς μὴ ἀκίφαλο ᾖ τοῖς; ἴσως γὰρ εἰδέναι ἔ τινές μοι ἐνίκησε, ὁ Ἀνάχαρσις ὡς Σκυθίας, καὶ Τόξαρις πανυῶ ἐς Μακεδονίαν ἦκεθον, ἵν καὶ Σόλωνα χάρινθε ἄνδρα ἐπαγωγιμῶτ Ἀθήνηθεν. φημὶ δὴ ὁμοῖόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχαρσιδι. καὶ γὰρ χαρίεντ, μὴ νεμεσήσητέ μοι τὸ εἰκότο, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴκασα. βάρβαρο μὲν γὰρ κἀκεῖνο. καὶ ὑδὲν τι φαίης ἂν τὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ, ὑδὲ κ τὸ βασιλικὸν οἰκοθεν τάμοι ἐς τὸν ὁμοιότητα, καὶ ἐκεῖνα δέ. ὅτε γὰρ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῖν τῇ πόλῃ, ἐξεπλάγην μὲν αὐτῆς ἰδὼν τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλο, καὶ τ ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων, καὶ λαμπρότητος πᾶσης. ὥστε ἐκπολὺ ἐτέθηκειν ἐκτὸς τῶν τότε, καὶ ὀκ ἐξήρκουν τῇ θεωρίᾳ, εἰδὼν τ Ὀνησιώτης ἐκεῖνο νεανίσκο ἐκπεπόθῃ τῶς τῶν Μενελάε οἰκίαν. καὶ ἐμέλλον ὕπο ἀθρησίας τῶν γνώμων, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ, καὶ κ τ ποιητῶν ἐκείνων, ἀνθεῖσαν ἀγαθοῖς

mines, ut legislatori parebant, sic amabant, quos ille probaret, eosque viros optimos denique esse credebant. Solus verò ex barbaris initiatus est Anacharsis civitate donatus: si Theoxeno fides est habenda, qui hoc etiam de ipso memoriæ prodidit. Sed neque ut puto, nisi mortuo Solone, rediit ad Scythas Anacharsis. Vultis igitur fabulæ finem jam subdam, ne fine capite obambulet? Proinde jam tempus est cognoscendi cujus rei gratia Anacharsis ex Scythia, & Toxaris in præsentia venerunt in Macedoniam, ad quos Solonem etiam virum senem adduxi ex Athenis. Dico simile quid mihi accidisse atque Anacharsidi: ac per Gratias ne mihi similitudinem vitio vertite, si cum viro regio memet comparo. Etenim etiam barbarus ille erat. Nec ulla in re nos Syros Scythis illis deteriores esse dixeris: neque res meas cum regia dignitate in similitudinem adduco, sed cum illis quæ dixi. Quum enim primùm in vestram urbem veni, statim obstupui, visa magnitudine, & pulchritudine ipsius, & incolarum multitudine, aliaque potentia, omnique splendore. Itaque diu attonitus hærebam, nec satis mirari illa poteram. Cujusmodi quiddam insulari illi juveni Menelai ædes contemplanti accidit. Ac futurum erat ut animo sic afficerer intuitus urbem tam præclarè vigentem, ac juxta poëtam, bonis omnibus florentem, quibus

1 Ὀνησιώτης ἐκεῖνο] Telemachus apud Homer. Odyss. repetit alibi. *Bourd.* Telemachus. *Menagius.* Telemachus sc. ex Insula Ithaca, Homer. Odyss. δ. Menalai domum ex auro, argento, electro, & ebore conspicuam, cum stupore quodam miratur. *Cogn.*

πᾶσιν, οἷς γελᾷ πόλις. ὅπου δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη σοὶ τὰ πρακτέον. καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τὸ λόγων ὑμῖν, πάλαι ἐδέδεκτο. πῶς γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα, σιωπῇ παραδοὺς τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γὰρ, ὅστις ἀποκρύψομαι τἀληθές, οἵτινες οἱ πρόχρωτες εἶεν, καὶ οἷς ἂν τις ἀφελῶν, καὶ συγγραψάμενος ἀφελήσειας, συναγωνιοῦμαι τοῖς τὰ ὅλα. οὐ παῦλά μοι ἦν εἰς, ἅπερ τῷ Ἀναχάρσιδι καὶ ἐτέροις βαρβάροις, ὁ Τοξαρὶς, ἀλλὰ πολλοί· μᾶλλον δὲ πάντες τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον. ὡ ξένε, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοὶ, καὶ δεξιοὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀλλαχόθι τοιούτους εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς. δύο δὲ μάλιστα ἐστὸν ἡμῖν ἄνδρε ἀρίστω, γνώμῃ μὲν, καὶ ἀξιώματι, πολὺ πρόχροντες ἁπάντων. παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων δυνάμει, τῇ Ἀττικῇ δεκάδι σχεδὸν ἐκκαίδεκα ἄλλοις ἄν. τὴν δὲ ἐκείνων δόξαν ἡμῖν οὕτως ἔχουσαν πρὸς αὐτούς. γνῶθι τοῦτο γιγνόμενον; ὅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. τὴν μὲν γὰρ χρηστότητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, καὶ τὸ ἐν μεγάλῳ τοσούτῳ ἀστεῖ φρόνημα, καὶ τὸ μετ' ἀκριβείας αἰδέσιμον, καὶ τὸ πρᾶον, καὶ τὸ δυσπρόσοδον, αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσαιο, πειρηθεὶς μικρῷ ὕστερον. καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς, καὶ πατήρ. ὁ μὲν, εἰ τὸν Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπαινοῖς· ὁ δὲ, υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἁπάξαπαν

bus civitas florere potest. Sic affectus, diiudicabam quid faciendum esset. Iamque olim vobis aliquam orationem edere decreveram. Nam quibus aliis edidissem, tanta urbe silentio præterita? Quærebam enim, neque celabo veritatem, quinam proceres essent, & quos aggressus, præsules conscripta de illis historia, ad omnia uterer adjutoribus. Hic mihi non unus, ut Anacharsidi, atque hic barbarus Toxaris, sed multi, imò omnes eadem, tantùm non iisdem syllabis, respondebant. Multi quidem, iique boni & industrii viri, ô hospes, in urbe sunt, nec alibi bonos ejusmodi viros invenires. Verum duos potissimum viros optimos habemus, genere, & authoritate omnibus præstantes: quos eruditione, & dicendi facultate, cum Attica decade rectè comparaveris. Populi autem erga eos benevolentia planè est amatoria. Et hoc fit, quod est civitati optimum. Nam benignitatem, & humanitatem erga hospites nullamque in tanta magnitudine invidentiam, ac reverentiam cum benevolentia conjunctam, & mansuetudinem, & morum facilitatem, ipse paulò post expertus aliis narrabis. Atque ut mireris impensiùs, unius ejusdemque sunt familiæ, filius & pater: hic quidem si Solonem, aut Periclem, aut Aristidem animo versas. Ille verò filius, simul atque visus fuerit tibi, te rapiet: adeò

1 Παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ δεκάδι παρεγγύλλοις ἄν] Vincentius Opsopœus interpres sic vertit; quomodo legerit nescio: videturtamen legisse Ἀττικῇ δεκάτῃ, & sibi intellexisse μέσῃ, quasi fuerit quædam decima musa Athenis. Sed ea δέκας non ad musas referri debet, sed ad decem illos oratores celebriores, qui Athenis floruerunt, & quorum vitas scripsit Plutarchus, quod (credo) satis manifestum videbitur nostro lectori. *Edit.*

1 Οἰκί-

σε. Ἔτω μέγας ἐστὶ, & καλὸς ἀρ-
ρένωπήν ἴσα τὴν σύμμορφίαν. εἰ γὰρ
καὶ φθέγξαιτο μόνον [1] οἰκτίσεται σε
λύπη τῶν ὧτων ἀναδησάμενον. το-
σαύτην Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ
ὁ νεανίσκος ἔχει. ἥμᾶ τοι πόλις
ἅπασι κεχηνότις, ἀκούσιον ὁπότ'
ἂν δημηγορῆσαι παρέλθοι. ὁπόσα
φασὶ τοὺς τότε Ἀθηναίους, [2] ὡς τὴν
τοῦ Κλεινίου πατρωνείαν, παρ' ὅσον
τοῖς μὲν, οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέ-
λησε δ' ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν δ'
Ἀλκιβιάδου. τοῦτον γὰρ ἡ πόλις ἐ
φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖται ἤδη
ἀξιοῖ. καὶ ὅλως ἐν τούτῳ ἡμῖν δη-
μόσιον ἀγαθόν ἐστι, καὶ μέγα ὄφε-
λος ἅπασιν, ἀνὴρ εὖτος, εἰ δὴ
αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δέ-
ξαιντό σε, καὶ φίλον ποιήσαιντο,
πᾶσαν ἔχοις τὴν πόλιν. καὶ ἐπι-
στεῖσαι χρὴ τῷ χείρε τοῦτο μόνον,
καὶ σοι ἔτ' εὐδιάσημα τὰ σά.
τοῦτο γὰρ δὴ ἅπαντες ἴσμεν,
εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ.
καί μοι ἤδη πεπωμένῳ, τὸ πολ-
λοστὸν τῆς ὠφελούσης εἰρηνέας ἔδοξε.
οὐκ ἔδρας τοίνυν, ὡς [4] ἀμβολᾶς
ἔργον ὡς ὁ Κεῖος φησὶν, ἀλλὰ χρὴ
πάντα μὲν καλὰν κινεῖν, πάντα δ'
πράττειν, καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ἡ-
μῖν τοιοῦτοι γένοιντο. ἓν γὰρ τοῦθ'
ὑπάρξῃ, δι' ὅλα πάντα, καὶ πᾶσ'
ἔρα, καὶ λευκόμαν ἡ θάλασσα,
καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

adeò magnus est, & mascula quadam forma decorus: qui si tantummodo loquatur, ducet te ab auribus revinctum. tantam verborum suavitatem in lingua sitam hic juvenis habet. Quinetiam universa civitas ad audiendum inhiat, quoties ad populum verba facturus prodit. Cujusmodi quiddam Athenienſibus in Cliniæ filio accidiſſe dicunt, niſi quod non multò poſt eos amoris pœnituit, quo [3] Alcibiadem ſunt proſecuti. Hunc autem civitas non diligit ſolùm, ſed reverentia etiam dignatur. Denique hoc nobis populare bonum eſt hic vir, & ingens commoditas omnibus. Hic ſi te, ejuſque pater ſuſceperint, & amicum fecerint, totam civitatem habebis, & ſolummodo intendenda eſt manus, nec tuæ res amplius ambiguæ erunt. Hæc per Iovem dicebant, omnes, ſi adhibendum etiam eſt juramentum orationi. Ac mihi jam harum rerum periculum facienti, minimam partem eorum quæ ſuperſunt dixiſſe videor. Quare nec deſidiam, nec dilationem patitur hoc opus, ut ait poëta Cejus. Verùm movendus omnis rudens, nihil non faciendum ac dicendum, quo illorum amicitiam nobis conciliemus: qua ſi potiamur placida ſunt omnia, navigatio ſecunda, tranquillum mare, & in propinquo portus.

1 Οἰκτίσεται σε ὑπὸ τῶν ὤτων ἀναδυσάμενον] Lege ἀλύσεται σε ὑπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενον, & ita videtur legiſſe interpres. *Palm.*

2 Περὶ τὸν τῦ Κλεινίε] Legend. Plut. in Alcibiad. *Bourd.*

3 *Alcibiadem ſunt proſecuti*] Hoc abundè ſcribit Plut. in Alcibiad. Ariſtophan. in ranis. Valer. Max. lib. 7. *Cogn.*

4 Ἀμβολᾶς ἔργον] Tangit hunc verſum Heliod. lib. 2. ἐργ.
Αἰεὶ δ' ἀμβολίεργος ἀνὴρ ἄτασσι παλαίῃ. Bourd.

ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ.

QVOMODO HISTORIA CONSCRIBENDA SIT.

ARGVMENTVM.

Didaſcalicus liber eſt, continens præcepta ac regulas de hiſtoria ſcribenda. Dividitur autem in duas partes. In priore expoſito fine ſeu officio Hiſtorici, & confutatis iis, qui duplicem Hiſtoriæ finem faciunt, Vtile videlicet & Delectabile, mox vitia recenſet, quæ tum in verbis, & compoſitione, tum in ipſis rebus vitanda ſunt, & hoc ſub exemplis aliorum, quo quique modo aut genere peccarint, oſtendendo. In poſteriore autem parte primum, quæ afferrè ad hanc rem, quæque antea quaſi domi ſuæ comparata habere debeat, is qui ad ſcribendam hiſtoriam accedit, exponit. Deinde regulas primum de rebus, deinde de expoſitione & phraſi verborum, poſtremò & de partibus operis tradit: etiam hic exemplis aliorum præcepta ſua confirmando. Orditur autem ab occaſione, quam collatione Abderitici morbi amplificat.

Ἀβδηρίτας φασὶ Λυσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος, ἐμπεσεῖν τινα νόσημα ὦ κράτιστε Φίλων τοιοῦτον, [2] πυρεταίνειν μὲν γὰρ τοὺς πάντας παυδημεὶ ἀπὸ τῆς ὠρθῆς ὑγιείας, ἀπὸ δὲ ὠρθῆς τρίτης ἐξίσου ἐρρωμένους, [3] καὶ λιπαρεῖν τὸν πυρετόν. τοῖς δὲ πλείοσι ἑβδόμῃ, τοῖς μὲν, αἷμα πολὺ καὶ ἐναῶν ῥυὲν, τοῖς δὲ, ἱδρὼς ἐπιχύμενος πολὺς καὶ ὄντος, ἔλυσε τὸν πυρετόν. ἐς γέλοιον δέ τι πάθος περῖσῃ τὰς γνώμας αὐτῶν. ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινδύνευον, καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο, καὶ μέγα ἐβόων. μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμιμοῦντο, καὶ τὴν Περσέως ῥῆσιν [4] ὡς μάλα

[1] Abderitis ajunt Lyſimacho jam regnante, morbum, optime Philo, hujuſmodi quendam incidiſſe, videlicet primùm omnes in tota civitate febri correptos fuiſſe, eaque à primo ſtatim die valida, & continua. Circa ſeptimum autem diem, aliis multam ſanguinis è naribus fluxionem, aliis copioſum ſudorem obortum, febrim ſolviſſe. Cæterùm ridicula quædam perturbatio mentes illorum obſedit. Omnes enim ad tragœdiæ actionem permovebantur, & jambos recitabant, & vociferabantur. In primis verò Euripidis Andromedam flebiliter canebant, & Perſei ſermonem concinnè referre.

1 *Abderitis*] Conſcribendæ hiſtoriæ ratio, ex Euripidis Andromeda. *Cogn.*
2 Πυρεταίνειν] Anglic. πυρέτ̃ειν, ſic pag. ſeq. ὡς πυρέξας. Bourd.
3 Καὶ λιπαρεῖ τὸν πυρετὸν] Sic apud Hippocr. & Gal. *Idem.*
4 Ὡς μάλ̃] Angl. ὡς μέρ̃. Idem.

ἀὴρ γίγνεται. τροφὴ δὲ πᾶσιν ἡ αὐτή. ἐπειδὰν γὰρ πῦρ ἀναφύσωσι, βατράχους ὀπτῶσιν ἐπὶ τῆ ἀνθράκων. πόλεσι δὲ παρ' αὐτοῖς εἰσὶν ἐν τῷ ἀέρι πετόμενοι. ὀπτωμένων δὲ, [1] περικαθεζόμενοι, ὥσπερ δὴ περὶ τράπεζαν, λάπτουσι τὸν ἀναθυμιώμενον καπνὸν, καὶ κόχλοις. σίτῳ μὲν δὴ τρέφονται τοιούτῳ. ποτὸν δὲ αὐτοῖς ἐστιν, ἀὴρ ἀποθλιβόμενον εἰς κύλικα, καὶ ὑγρὸν ἀνιεὶς, ὥσπερ ἱδρῶτα. οὐμὴν ἀπουροῦσί γε, καὶ ἀφοδεύουσιν. ἀλλ' οὐδὲ τέτρηνται, ὥσπερ ἡμεῖς. ἀλλ' οὐδὲ τῶν σφυρῶν οἱ παῖδες [2] ἐν ταῖς πυγαῖς παρέχουσιν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἰγνύσιν, ὑπὲρ τῶν γαστροκνημίων. ἐκεῖ γὰρ εἰσὶ τετρημένοι. κάλλος δὲ νομίζεται παρ' αὐτοῖς, ἤν τις τῆς φαλακρὸς καὶ ἀκόμου ᾖ. τοὺς δὲ κομήτας καὶ μυσάττονται. ἐπὶ δὲ τῶν κομητῶν ἀστέρων, τοὐναντίον, τοὺς κομήτας καλοὺς νομίζουσιν. ἐπεδήμησαν γάρ τινες, οἱ καὶ περὶ ἐκείνων διηγοῦντο. καὶ μὲν δὴ φύσει, μικρὸν ὑπὲρ τὰ γόνατα. καὶ οὐρὰς ἐν τοῖς ποσὶν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντες εἰσὶ μονοδάκτυλοι. ὑπὲρ δὲ τῆς πυγῆς ἑκάστῳ αὐτῶν, κράμβη ἐκπέφυκε μακρὸν, ὥσπερ ὄρχις, θάλλουσα ἐς ἀεὶ, καὶ ὑπτίου ἀναπίπτοντος, οὐ κατακλωμένη. δάκνουσι δὲ μέλι δριμύτατον. κάπειδάν τι [3] ποιῶσιν, ἢ γυμνάζωνται, γάλακτι ἔοικεν τὸ σῶμα [4] ἀλείφεσθαι, ὥστε καὶ πυρὸς ἅπτεσθαι αὐτοῦ πήγνυται, ὀλίγον δὲ μέλιτος ἐπιτιθέντες. ἔλαιον δὲ ποιοῦνται ἀπὸ τῶν κεφαλῶν πάνυ λιπαρόν τε, καὶ εὐώδες, ὥσπερ μύρον. ἀμπέλους δὲ πολλὰς ἔχουσιν ὑδροφόρους. αἱ

aër fit. Cibus est omnibus unus. Nam super accensi ignis prunis ranas assant, quæ apud ipsos magno numero in aëre volitant: quibus assatis, velut ad mensam circunfusi, evaporatum ex illis fumum lambunt, & epulantur. Ac tali quidem cibo aluntur. Potus est aër in calicem expressus, qui liquorem roris instar ex se reddit. Non mingunt autem, nec egerunt, neque ea qua nos parte perforati sunt. Neque pueri natibus rem obscœnam præstant, verùm poplitibus supra suram, ubi pertosi sunt. Pulcher apud illos habetur, qui calvus est, & depilis: sed comatos abominantur. Contrà quam apud eos qui cometas stellas inhabitant: nam comatos pulchros existimant. Quidam enim advenerunt, qui nobis illorum mores narrarunt. Barbam autem paulum supra genua producunt: nec in pedibus ungues habent: at unicus illis est digitus. In speciem caudæ brassica cujusque natibus innascitur, prolixa, semper virens, quæ & resupino cadente non frangitur. Mel acerrimum emungunt: qui siquando vel labori, vel exercitationi incubuerint, lacte totum corpus oblinunt, ita ut modico melle instillato, caseus ex eo coaguletur. Oleum ex cepis exprimunt pingue admodum & unguenti instar, odoratum. Multas vites habent aquæ feraces: uva-

1 Περικαθεδίντες] Angl. περικαθεζόμενοι. Bourd.
2 Ἐν ταῖς πυγαῖς] Caltius, si quid in execrando tali scelere, Angl. C. ἐν ταῖς ὀφρύσι. Idem.
3 Ποιῶσιν] Τ' πᾶσιν. In Mſ. *Idem.*
4 Ἀλείφουσιν] Mſ. & Cod. Angl. ἰδρῶσιν, aliter tamen legit Interp. *Idem.*

1 Πυ-

ῳδ ῥᾶγας τ βοτρύων, εἰσὶν δ' ὅσα χάλαζα. καί μοι δοκεῖ ἐπιπεσὼν ἐμπεσὼν ἄνεμος ἀφεσίσῃ τὰς ἀμπέλους ἐκείνας, τότε ὡσὲ ἡμᾶς κατακόψαι ἡ χάλαζα, ἀφρήξαντων τ βοτρύων. τῇ ῥήγνυσι γαστρί, ὅσα πήρας χρῶνται, πλέκτρις ἐν αὐτῇ, ὅσων δέονται. ἀνοίκτη γὰρ αὐτοῖς φύτη, καὶ πάλιν κλειστή ἐστι. ἔντερον δὲ οὐ αὐτῇ ὐδὲ ἥπαρ φαίνε), ἢ τὸ μόνον, ὅτι διαστὸν ἔντοθε, καὶ λιπὸς ἐστι. ὥστε καὶ τὰ νεογνὰ ἐπειδὰν ῥιγῶσιν, ἐς τοῦτ' ὑποδύνη). ἐσθὴς ἢ τοῖς μὲν πλουσίοις, ὑαλίνη, μαλθακή. τοῖς πένησι ἢ, χαλκῆ, ὑφαντή. πολύχαλκος γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία. καὶ ἐργάζον) τ χαλκὸν ὕδατι ἐμβεβρέξαντες, ὥσπερ τι ἔρια. ὄσσε μέντοι τ ὀφθαλμῶν, οἵοις ἔχουσιν, οἰκτῶ μὴ εἰπεῖν, μή τις με νομίσῃ ψεύδεσθαι ἀφ' τοῦ ἀπίστου τ λόγου. ὅμως δὲ καὶ τοῦτο ἐρῶ. τοὺς ὀφθαλμοὺς περιαιρετοὺς ἔχουσι. καὶ ὁ βουλόμενος ἐξελὼν τοὺς αὐτοὺς, φυλάττει ἐς ἂν δεηθῇ ἰδεῖν. ὅταν δὲ ὑγιέμενοι, ὀρᾶ καὶ πολλοὶ τοὺς σφετέρους ἀπολέσαντες, παρ' ἄλλων χρησάμενοι ὁρῶσιν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ πολλοὺς ἀπῄτησε ἔχουσι, οἱ πλείστοι. τὰ ὦτα δὲ, πλατάνου φύλλα ἐστὶν αὐτοῖς, πλὴν γε τοῖς ἀπὸ τ βαλάνων. ἐκεῖνοι γὰρ μόνοι ξύλινα ἔχουσι. καὶ μὴν καὶ ἄλλο θαῦμα ἐν τοῖς βασιλείοις ἐθεασάμην. κάτοπτρον μέγιστον κεῖται ὑπὲρ φρέατος, ὑ πάνυ βαθέος. ἂν μὲν οὖν εἰς τὸ φρέαρ κατοπτρίσῃ τις, ἁπάντων τ παρ' ἡμῖν ἐν τῇ γῇ λεγομένων. ἐὰν δὲ εἰς τὸ κάτοπτρον ἀποβλέψῃ, πάσας μὲ πόλεις, πάντα δὲ ἔθνη ὁρᾷ, ὥσπερ ἐφεστὼς ἐκφύσεις. τότε καὶ τὰς οἰκείας ἐγὼ ἐθεασάμην, καὶ πάσαν τὴν πατρίδα. εἰ δὲ κἀκεῖνοί με ἐώρων, οὐκ ἔπ ἔχω τ ἀσφαλὲς εἰπεῖν.

uvarum autem acini sunt veluti grando. Ac mihi videtur, diruptis uvis illis in nos grando cadere, quum ventus irruens vites concusserit. Ventre tanquam sacculo utuntur, eique quicquid opus habent, indunt. Nam illis aperiri, rursus claudi potest. Neque in illo intestinum ullum, aut hepar apparet: sed solummodò intus est villosus, & hispidus: ita ut pueruli quum rigent, in eum subeant. Amictus divitibus quidem vitreus, mollis: pauperibus verò æneus, contextus. Nam ea loca æris sunt feracia: quod illi aqua maceratum, ut lanam carpunt. Quales autem habeant oculos, dicere vereor, nequis ob rei absurditatem, mentiri me putet. Attamen etiam hoc dicam. Oculos exemptiles habent: quique vult suos exemptos servat, dum iis ad cernendum opus habeat: quos quum reposuit, cernit. Multique propriis amissis, alienos mutuantur, & cernunt. Quique multos reconditos possident, illi divites sunt. Aures iis sunt platani folia, præter quam iis qui formantur ex glandibus. Illi enim soli ligneas habent. Porrò miraculum aliud in regia vidi. Super puteo non admodum alto positum est speculum maximum. Et qui in puteum descenderit, audit omnia quæ apud nos dicuntur in terris. Qui verò in speculum conspicatus fuerit, civitates omnes, gentes omnes videt, ac si omnibus interesset. Tunc familiares omnes, omnemque patriam vidi: an verò & illi me viderint, satis exploratum non habeo.

Qui

ὅστις δὲ μὴ πιστεύῃ ταῦτα ἅπαντα εἶναι, ἂν ποτε κἀκεῖνος ἐκεῖσε ἀφίκηται, ἐπιστήσεται ὡς ἀληθῆ λέγω. ὡς δ' ἂν ἀπασάμενοι τὴν βασιλέα, καὶ τὰς ἀμφ' αὐτὸν, ἐμβάντες, ἀνηχθημεν. ἐμοὶ δὲ καὶ δῶρα ἔδωκεν ὁ Ἐνδυμίων, δύο μὲν τὰ ὑαλίνα χιτώνια, πέντε δὲ χαλκᾶς, καὶ παντοπλίαν λαμπάδα. ἃ πάντα ἐν τῷ κάτω καταλιπὼν. συνέπεμψε δὲ ἡμῖν καὶ Ἱππογύπας χιλίους, ἀποπέμψοντας ἄχρι σταδίων πεντακοσίων. ἐν δὲ τῷ παράπλῳ, παῖδας μὲν καὶ ἄνδρας χώρας παρημείψαμεν, ἐπιστάμενοι δὲ καὶ τὸν ἐντεῦθεν ἄρτι συνοικιζόμενον. καὶ δειπνήσαντες, ὑπεπλέομεν. ἐμβάντες δὲ εἰς τὴν Ζωδιακὸν, ἐν ἀριστερᾷ παρήειμεν τὸν ἥλιον, ἐν χερσὶ τὴν γῆν ἀποπλέοντες. ὑπεδεκόμεθα, κατὰ τὸ ἐπικείμενον ἐπιφυόμενοι· ἀλλ' ὁ ἄνεμος οὐκ ἐφῆκεν. ἐπεθυμοῦμεν μὲν τοῦ χώρου σύμπαντος, καὶ πόνου, καὶ ὕδατος, καὶ παίδων ἀγαθῶν μεστόν. ἰδόντες δὲ ἡμᾶς οἱ Νεφελοκένταυροι, μισθοφορήσοντες ἀπὸ τοῦ Φαέθοντος, ἐπέπλησαν ἐπὶ τὰ πλοῖα. καὶ μαθόντες ἐκπόνδους, ἀπεχάρησαν. ἤδη δὲ καὶ οἱ Ἱππόγυποι ἀπελελύκεισαν. πλεύσαντες δὲ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, καὶ ἡμέραν, περὶ ἑσπέραν ἀφικόμεθα εἰς τὴν Λυχνόπολιν καλουμένην, ἤδη τῶν κάτω πλῶν διήκοντες. ἡ δὲ πόλις αὕτη, κεῖται μεταξὺ τῶν πλειάδων, καὶ τῶν ὑάδων ἄνω. παντοπόρος μέντοι ἐστὶ Ζωδιακός. καταβάντες δὲ, ἄνδρωπον οὐδένα μὲν εὕρομεν, λύχνους δὲ πολλοὺς περιφοιτῶντας, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ περὶ τὴν λιμένα περιπατοῦντας. τοὺς μὲν, μικροὺς, καὶ ὡσανεὶ εἰκῆ, πένητας. ὀλίγους δὲ τοὺς

Qui autem hæc ita se habere non crederet, siquando illuc ipse se contulerit, me vera dixisse cognoscet. Tum salutato rege, ejusque aulicis, navi conscensa solvimus. Cæterùm munera mihi dedit Endymion, vestes quidem vitreas duas, æreas autem quinque, lupineamque panopliam, quæ omnia in ceto amisi. Misit & nobiscum Hippogypos mille, qui nos quingentis stadiis deducerent. Inter navigandum, multas quidem etiam alias regiones prætervecti sumus: Appulimus verò ad recens conditam apud Luciferum civitatem, ubi ad hauriendam aquam descendimus. Hinc Zodiacum ingressi, solem à sinistra prætergressi sumus, terræ margini adnavigantes. Non enim descendimus, quanquam id socii magnopere expetebant. Sed non permisit ventus: quanquam videbamus regionem fœcundam, pinguem, irriguam, multorumque bonorum plenam. Porrò Nephelocentauri, hi videlicet qui Phaëthonti meruerant, nos conspicati in navem devolarunt: sed cùm fœdus initum didicissent, abierunt. Et jam Hippogypi discesserant. Cæterùm cùm navigassemus sequenti nocte, ac die, circa vesperam pervenimus ad Lychnopolin, quam vocant: jam iter nostrum ad inferiora secantes. Hæc autem urbs sita est in medio Plejadum, & Hyadum aëre, Zodiaco utique inferior. Vbi cùm descendissemus, hominem quidem nullum invenimus, sed lucernas multas circumcurrentes, & in foro, & circa littus deambulantes, alias quidem parvas, & ut ita dicam pauperes, paucas verò magnas & potentes, splen-

μεγάλων, καὶ δυνατῶν, πάνυ λαμπρὰς, καὶ θεραπείας. οἰκήσεις δ' αὐτοῖς, καὶ λυχνεῶνες ἰδίᾳ ἑκάστῳ πεποίηνται. καὶ αὐτοὶ ὀνόματα ἔχον, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι. καὶ φωνὴν ἀφιεμένων ἠκούομεν, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ἠδίκουν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ξενίαν ἐκάλουν. ἡμεῖς δ', ὅμως ἐφοβούμεθα. καὶ ὅτε δειπνοῦμεν, ὅτε ὑπνώσομέν τις ἡμῶν ἐτόλμησεν. δωμάτιον δ' αὐτοῖς ἐν μέσῃ τῇ πόλει πεποίηται. ἔνθα ὁ ἄρχων αὐτῶν, δι' ὅλης νυκτὸς κοιμᾶται, ὀνομαστὶ καλῶν ἕκαστον. ὃς δ' ἂν μὴ ὑπακούσῃ, καὶ δικαίως ἀποθνῄσκει, ὡς λιπὼν τὴν πόλιν. ὁ δὲ βάνατος ἐστὶ σβεσθῆναι, παρεστῶτος δὲ καὶ ἡμεῖς, ἑωράμεν παραγινόμενα, καὶ ἠκούομεν ἅμα τὰ λύχνων ἀπολογουμένων, καὶ τὰς αἰτίας λεγόντων, δι' ἃς ἐβράδυνον. ἔνθα καὶ τὸ ἡμέτερον λύχνιον ἐγνώρισα. καὶ προσεπὼν αὐτὸν, περὶ τοῦ κατ' οἶκον ἐπυνθανόμην, ὅπως ἔχοιεν. ὁ δὲ μοι πάντα διηγήσατο. τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην, αὐτοῦ ἐμείναμεν. τῇ ἐπιούσῃ δ', ἄραντες, ἐπλέομεν πλησίον τῶν νεφῶν. ἔνθα δὴ καὶ τὴν Νεφελοκοκκυγίαν πόλιν ἰδόντες, ἐθαυμάσαμεν. ἐμέλλομεν ἐπέβημεν αὐτῆς. ἐγγὺς εἶναι τὸ πρῶτον. βασιλεύοντος μέντοι αὐτῶν Κόρωνος ὁ Κοττυφίωνος. καὶ ἐγὼ ἐμνήσθην Ἀριστοφάνους τοῦ ποιητοῦ, ἀνδρὸς σοφοῦ, καὶ ἀληθοῦς, καὶ μάτην ἐφ' οἷς ἔγραψεν ἀπιστουμένου. τρίτῃ δ' ἀπὸ ταύτης ἡμέρᾳ, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ἤδη σαφῶς ἑωράμεν. γῆ δ' οὐδαμοῦ, πλὴν τῶν ἐν τῷ ἀέρι. καὶ αὐτὰ δ', [1] πυρώδεις ἦσαν, καὶ ὑπηρωγεῖς ἐφαντάζοντο. τῇ τετάρτῃ δ' περὶ μεσημβρίαν, μαλακῶς συδόντος τοῦ πνεύματος, καὶ σαλεύοντος, ἐπὶ τὸν θαλάττιον

splendidas admodum, & illustres. Domus illis, & lychneones seorsim cuique suppetebant, & nomina ceu homines habebant: eaque vocem emittentes audiebamus, nullamque injuriam nobis inferebant, imò ad hospitium invitabant. Attamen metuebamus, nec quisquam nostrum, apud illas cœnare, aut dormire ausus est. Palatium autem illis in media urbe est extructum, ubi per totam noctem sedet earum princeps, unamquamque nomine compellans. Quæcunque non paret, ad mortem condemnatur, ut acici desertrix: extingui mors illis est. Ibi nos astantes, ea quæ fiebant, considerabamus, simulque lucernas respondentes audiebamus, causasque dicentes cur serò venirent. Hic lucernam nostram agnovi, eamque alloquens scisitabar, quomodo se haberent res domesticæ, eaque mihi omnia narravit. Itaque ibi noctem illam commorati, postridie solvimus, ac prope nubes navigavimus. Hic visa urbe Nephelococcygia, mirati sumus: in eam tamen non descendimus, quia ventus non sinebat. Rex illorum est Coronus filius Cottyphionis. Tum memini Aristophanis poëtæ, viri sapientis & veridici, cui frustra non credideris in his quæ dixit. Tertia autem ab hac die Oceanum jam manifestè videbamus: terram verò nusquam, nisi aërias illas, quæ jam igneæ ipsæ & micantes mihi videbantur. Quarta verò die circa meridiem molliter aspirante aura & subsidente, in mare de-

[1] Πυρώδεις] Angl. πυρείδεις. Bourd.

καπεπήμεν. ὡς ἡ μὲν ὕδατος ἐψαύσαμεν, ἡσυχίαν ὡς ὑπερηδόμεθα, καὶ ὑπερεχαίρομεν, καὶ δεῖπνον πᾶσιν ἐκ τῶν παρόντων ἐποιήμεθα. καὶ ἀπορρίψαντες, ἐνηχόμεθα. καὶ γὰρ ἦν γαλήνη ἔτι, καὶ ὑπεῖθεν τὸ πλαγος. Ἔοικε δὲ ὀρχὴ κακῶν μειζόνων γίνεσθαι πολλάκις ἡ ἐκ τοῦ βέλτιον μεταβολή. καὶ γὰρ ἡμεῖς δύο μόνας ἡμέρας ἐν ὕδατι γαλεύοντες, τῇ τρίτῃ ὑποφαινούσῃ, ἐκ ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἄφνω ὁρῶμεν θηρία, καὶ κήτη. πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, ἓν δὲ μέγιστον ἁπάντων, ὅσον σταδίων χιλίων καὶ πεντακοσίων τὸ μέγεθος. ἐπῆλθε δὲ κελύνης, καὶ ἐκ πολὺ παρὰ τὸν γαλατίαν, ἀφρῷ τε ἐκκλυζόμενον, καὶ τὰς ὀδόντας ὑπερφαίνον, πολὺ τῶν παρ' ἡμῖν φαλλῶν ὑψηλοτέρας. ἐξεῖς δὲ πάντας, ὥσπερ σκόλοπας. καὶ λοβοὺς, ὥσπερ ἐλεφαντίνους. ἡμεῖς μὲν δὴ τὸ ὕστατον ἀλλήλοις ἐκδοσιπόντες, καὶ ἀσπασάμενοι, ἐμένομεν. τὸ δὲ, ἤδη παρῶν. καὶ ἀναρροφήσας ἡμᾶς, αὐτῇ νηὶ κατέπιεν. ἡ μέντοι ἔφθη σωματίδιά τινα διδοῦσα, ἀλλὰ ἀφ' ὧν ἐρράσμεθα ἡ ναῦς εἰς τὸ ἔσω διεξέπεσεν. ἐπεὶ δὲ ἔνδον ἦμεν, τὸ μὲν πρῶτον, σκότος ἦν, καὶ οὐδὲν ἑωρῶμεν. ὕστερον δὲ αὐτὸ ἀναχανόντος, εἴδομεν κῆτος μέγα, καὶ πάντη πλατύ, καὶ ὑψηλὸν, ἐκείνου μυριάνδρῳ πόλει σοικός. ἔκειτο δ' ἐν μέσῳ καὶ μικροὶ ἰχθύες, καὶ ἄλλα πολλὰ θηρία συγκεκομμένα, καὶ πλοῖον ἕτερα, καὶ ἄγκυραι, καὶ ἀνθρώπων ὀστέα, καὶ φορτία. κατὰ μέσον δὲ, καὶ γῆ, καὶ λόφοι ἦσαν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐκ τῆς ἰλύος, ὑφ' ἧς κατέπιεν σωιζόμενα. ὕλη δὲ ἐπ' αὐτοῖς, καὶ δένδρα παντοῖα ἐπεφύκει, καὶ λάχανα ἐβεβλάστηκει, καὶ ἐώκει πάντα ἐξημερασμένα

deponimur. Vt verò aquam attigimus, mirum quantopere lætaremur & gauderemus, unde ex iis quæ suppetebant omnibus cœnam exhibuimus, cumque tranquillum & placidum esset mare in id ad natandum nos projecimus. Videtur autem plerumque mutatio in melius majorum malorum esse principium. Nam bidui tantùm navigatione peracta cùm tertius illuceret dies, vertus orientem solem repente videmus beluas, & cete: multa etiam alia. Ex quibus unum maximum erat omnium mille circiter & quingentorum stadiorum magnitudine. Adveniebat hians, ac jamdiu mare perturbans, spumaque circunfusum, ac dentes exerens, phallis nostris multò longiores, omnes instar pali acutos, & instar eboris candidos. Itaque nos ultimum vale vicissim dicentes, & amplexantes præstolabamur. Illud verò jam aderat, & nos absorbens cum ipsa navi deglutivit. At dentibus non confregit priùs quàm per eorum raritatem intro navis decidisset. Postquam intus fuimus, primùm erant tenebræ, nihilque videbamus. Tandem eo hiante videmus cetum ingentem, undiquaque latum, altumque, civitatis capacem, quæ incolarum decem millia capere posset. In medio quoque parvi erant pisces, aliæque multæ beluæ concisæ, naviumque mali, & anchoræ, hominumque ossa, & onera. Circa medium verò, & terra, & colles erant, ut conjicio, ex eo quem absorpserat limo, accumulati. In his innata erat sylva, arboresque omnigenæ, oleraque accreverant, omniaque cultis agris erant simi-

νοις. ἐνείμεθα δὲ τὴν γῆν, τὰ μὲν ἡμίσεα ἀλλήλοις ἐκατόν τε καὶ τεσσαράκοντα σταδίους ἀλλήλων ἀπέχοντα. ἦν δὲ ἰδεῖν καὶ ὄρνεα τὰ θαλάττια, λάρους, καὶ ἀλκυόνας, ἐπὶ τῶν δένδρων νεοττεύοντας. τότε μὲν δὴ ἐπὶ πολὺ ἐδακρύομεν. ὕστερον δὲ ἀναστήσαντες τὰς ἑταίρους, τῷ μὲν ναῦν ὑπεστησάμεθα. αὐτοὶ δὲ τὰ πυρεῖα σεσιτρίψαντες, καὶ ἀπακαύσαντες, δεῖπνον ἐκ τῶν παρόντων ἐποιήσαμεθα. παρέκειτο δὲ ἄφθονα καὶ παντοδαπὰ κρέα τῶν ἰχθύων. καὶ ὕδωρ ἔτι τὸ ἐκ Διὸς ἐωσφόρου εἴχομεν. τῇ ἐπιούσῃ δὲ ἀναστάντες, ἐπόμεθα ἀνακόνοι τῷ κήτει, ἐνορῶμεν ἄλλοτε μὲν ὄρη, ἄλλοτε δὲ μόνον τὸν οὐρανὸν, πολλάκις δὲ καὶ νήσους. καὶ γὰρ ἠθανόμεθα, φερόμενοι αὐτὸ ἐξίης πρὸς τῶν μέρος τῆς θαλάττης. ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τὴν ἀναπαυσιν ἐτρεπόμεθα, λαβὼν ἑπτὰ τῶν ἑταίρων, ἐβάδιζον ἐς τὸ ὕλαι, θεησόμενος τὰ πάντα βουλόμενος. ἔπου δὲ ὅλως πέντε διελθὼν σταδίους, ὦρυγα ἱερὸν Ποσειδῶνος, ὡς ἐδήλη ἡ ἐπιγραφή. καὶ μετ' ὀλίγον, καὶ πάφυς πολλὰς, καὶ σῆλας ἐπ' αὐτῶν, πλησίον τε, πηγὴν ὕδατος ἀναυγοῦς. ἔπι δὲ ἐκ κυνὸς ὑλακὴν ἠκούομεν, καὶ καπνὸς ἐφαίνετο πόρρωθεν. καί τινα καὶ ἔπαυλιν εἰκάζομεν. σπουδῇ δὴ βαδίζοντες, ἐφισταμεθα πρεσβύτῃ καὶ νεανίσκῳ, μᾶλλα θεωμένοις πρασιάν τινα ἐργαζομένοις, καὶ ὕδωρ ἀπὸ τῆς πηγῆς ἐπ' αὐτὴν διοχετεύουσιν. ἡσθέντες δὲ ὅρᾳ, καὶ φοβηθέντες, ἐφημεν. κἀκεῖνοι δὲ τούτων ἡμῖν ὡς τὸ εἰκὸς παθόντες, ἄκαυδοι παρεσκήκεσαν. χρόνῳ δὲ ὁ πρεσβύτης ἔφη, τίνες ὑμεῖς ἄρα ἐστὲ ὦ ξένοι; πότερον ἔφη, τῶν ἐναλίων δαιμόνων, ἢ ἄνθρωποι δυστυχεῖς, ἡμῖν ὁμοπαθήσοι; καὶ γὰρ ἡμεῖς ἄνθρωποι ὄντες, καὶ ἐν γῇ τραφέντες, νῦν θαλάττιοι γεγόναμεν, similia. Circuitus terræ ducentorum & quadraginta ſtadiorum erat. Erat etiam videre, marinas aves, laros, & halcyones in arboribus nidificantes. Ac tum plurimum flevimus. Tandem cùm ſociorum animos erexiſſem, navim fulcivimus: ipſique accenſo ex attritis ſilicibus igne, ex iis quæ aderant cœnam paravimus. Appoſitæ ſunt multæ omnigenum piſcium carnes, & aquam ex Lucifero allatam adhuc habebamus. Sequenti die excitati, ſiquando hiaſſet cetus, nunc montes, nunc cœlum duntaxat, ſæpe verò inſulas conſpicabamur. Etenim eam ad omnem maris partem velociter ferri percipiebamus. Poſtquam autem huic manſioni fuimus aſſuefacti, aſſumptis ſeptem ſociis, omnia luſtrandi ſtudio, per ſylvam ambulabam. Nec dum tota quinque ſtadia emenſus, Neptuni quoddam ſacellum inveni, quemadmodum declarabat inſcriptio: nec multò poſt, ſepulchra multa, deſuperque cippos, juxtaque fontem aquæ limpidæ. Quinetiam latratum canis audivimus, eminuſque apparuit fumus, unde domum ibi eſſe conjiciebamus. Itaque greſſum accelerantes offendimus ſenem & adoleſcentem, qui valdè alacriter ſulcum faciebant, in eumque aquam è fonte derivabant. Ergo læti ſimul, ac territi conſtitimus. Pariter & illi, ut conſentaneum erat, muti aſtiterunt. At tandem aliquando Quinam eſtis ô hoſpites? inquit ſenex. Vtrum ex marinis Diis eſtis, an infœlices homines nobis ſimiles? Etenim nos qui ſumus homines in terris olim enutriti, marini nunc

καὶ συνιχόμεθα τῷ ἀνείχονλι τούτῳ ἠθείῳ, ἀσφ ὃ πάχομεν, ἀκριβῶς εἰδότες. πιθανὰ μὲν γὰρ εἰκάζομεν, ζῆν δὲ πιστεύομεν. ἀσὸς ταῦτ' ἐγὼ εἶπον. καὶ ἡμεῖς τοι ἄνθρωποι νεήλυδες ὦ πάτερ ἐσμὲν, αὐτῷ σκαφῷ πρώην καταπλεύσαντες. ἀσηλθομεν δὲ νῦν, βουλόμενοι μαθεῖν τὰ ἐν τῇ ὕλῃ ὡς ἔχει. πολλὴ γάρ τις καὶ λαμπρὰ ἐφαίνετο. δαίμων δέ τις ὡς ἔοικεν ἡμᾶς ἤγαγε, σέ τε ὀψομένους, καὶ εἰσομένους ὅπῃ μὴ μόνοι ἐν τῷδε καθειργμένοι τῷ ἠθείῳ. ἀλλὰ φράσον ἡμῖν τὸν σεαυτοῦ τύχον, ὁποῖος ὢν, καὶ ὅπως δουλεύσηλθες. ὁ δὲ, ὦ ἄσπερ ἔφη ἐρᾶν, οὐδὲ ἀνέσεσθαι παρ' ἡμῶν, πρὶν ξενίων τῶν παρόντων μεταδῶναι. καὶ λαβὼν ἡμᾶς, ἦγεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν. ἐπεποίητο δὲ αὐτάρκη. καὶ τραπέζας ὑπεκδέμενος. καὶ τάλλα ἐξήρτυτο. ὡς δὲ εἰς ἡμᾶς λάχανά τε, καὶ ἀκρόδρυα, καὶ ἐλαῖας, ἔτι δὲ καὶ οἶνον ἐγχέας, ἐπειδὴ ἱκανῶς ἐκορέσθημεν, ἐπυνθάνετο ἃ ἐπεπόνθειμεν. καὶγὼ πάντα ἐξῆς διηγησάμην, τήν τε χειμῶνα, καὶ τὰ ἐν τῇ νήσῳ, καὶ τὰ ἐν τῷ ἀέρι τελῶν, καὶ τὰ πόλεμον, καὶ τάλλα, μέχρι τῆς ἐς τὸ κῆτος καταδύσεως. ὁ δ' ὑπερθαυμάσας, καὶ αὐτὸς ἐν μέρει τὰ καθ' αὑτὸν διῆλθε, λέγων, τὸ μὲν γένος εἰμὶ ὦ ξένοι Κύπριος. ἀνηνήμεις δὲ κατ' ἐμπορίαν ἀπὸ τῆς παρείδης μὲν πατρίδος, ὃν ὁρᾶτε, καὶ ἄλλων πολλῶν οἰκετῶν, ἔπλεον εἰς Ἰταλίαν, ποικίλον φορτίον κομίζων ἐπὶ νεὼς μεγάλης, ἣν ἐπὶ στόματι τοῦ κήτους ἀμελευρήμεν ἴσως ἐωράκατε. μέχρι μὲν ἂν Σικελίας, οὐτυχῶς διεπλεύσαμεν. ἐκεῖθεν δ' ἁρπασθέντες ἀνέμῳ σφοδρῷ, τρισὶν ἐς τὸ

sumus, & cum hac qua continemur bellua fluctuamus, nec quid simus, satis novimus: perisse quidem videmur, sed vivere credimus. Ad hæc ego, Et nos inquam, ô pater homines advenæ novi sumus, pridie cum navi ipsa deglutiti. Accessimus autem studio discendi quo modo ea se habeant, quæ in sylva sunt, etenim magna densaque videbatur. Deus autem aliquis ut verisimile est nos adduxit, ut te viso sciremus nos hac in bellua non solos esse inclusos. Sed tuam ipsius fortunam nobis edissere, quisnam sis, & quo pacto huc introieris. Ille verò, Non priùs dicam, inquit, nec intelligetis ex me, quàm hospitio excepti præsentibus bonis fruamini: simulque nos acceptos in ædes duxit, quas sibi idoneas construxerat, in iisque toros ædificarat, aliaque instruxerat. Cùm autem olera, & glandes, pisceſque apposuisset, præterea etiam vinum infudisset, postquam saturi fuimus, rogabat quid nobis accidisset. Cui omnia ordine exposui, scilicet tempestatem illam, & quid in Insula contigisset, tum navigationem in aëre, bellumque & cætera quò usque in cetum ingressi sumus. Is verò summopere miratus, res suas vicissim explicabat, genere quidem, hospites, ajebat ille, sum Cyprius. Verùm è patria cum hoc filio quem videtis, cumque multis aliis famulis, ad mercaturam profectus, in Italiam, navi magna, quam in ore ceti dissolutam fortè vidistis, mercibus variis onusta navigabam. Atque ad Siciliam usque fœliciter navigavimus: Indeque vehementi vento abrepti, tertia die in Occa-

Ὠκεανὸν ἀπήχθημεν. ἔνθα τῇ νήσῳ προσπεσόντες, καὶ αὐτανδροι κακῶς ἀπολόντες, δύο ἡμεῖς, τῶν ἄλλων ἀπολομένων, ἐσώθημεν. θάψαντες δὲ τοὺς ἑταίρους, καὶ ναὸν τῷ Ποσειδῶνι δειμάμενοι, τούτου τὸν βίον ζῶμεν, λάχανα μὲν κηπεύοντες, ἰχθῦς δὲ σιτούμενοι, καὶ ἀκρόδρυα. πολλὴ δ' ὡς ὁρᾶτε ἡ ὕλη. καὶ μέλι καὶ ἀμπέλους ἔχει πολλὰς, ἀφ' ὧν ἥδιστος οἶνος γίνεται. καὶ τὸν πηγὸν δ' ἔστιν εὑρεῖν καλλίστου καὶ ψυχροτάτου ὕδατος. δάλον δ' ἀπὸ τῶν φύλλων ποιούμεθα, καὶ πῦρ ἄφθονον καίομεν, καὶ ὄρνιθας δ' ἀμβλίσκομεν τὰς εἰσπετομένας, καὶ ζώντας ἰχθῦς ἀγρεύομεν, ἐξιόντες ἐπὶ τὰ βραγχία τοῦ ὕδατος, ἔνθα καὶ λαύομεθα, ὁπόταν ἐπιθυμήσωμεν. καὶ μέλαν καὶ λίμνη ἐστὶν ἁλμυρὸν, ταύτην ἔκπλοι τῶν ἰχθύων ἔχουσι παντοδαπῶν. ἐν ᾗ καὶ νηχόμεθα, καὶ πλέομεν ἐπὶ σκάφους μικροῦ, ὃ ἐγὼ ἐναυπηγησάμην. ἔτη δὲ ἡμῖν ἐστὶ τὰ καθ' ἑπόμενα ταῦτα, ἑπτὰ, καὶ ἕκατον. καὶ τὰ μὲν ἄλλα, ἴσως φέρειν δυνάμεθα. οἱ δὲ γείτονες ἡμῖν, καὶ πάροικοι, σφόδρα χαλεποὶ, καὶ βαρεῖς εἰσιν, ἄμικτοί τε ὄντες, καὶ ἄγριοι. ἢ γὰρ ἔφην ἐγὼ, καὶ ἄλλοι τινὲς εἰσὶν ἐν τῇ νήσῳ; πολλοὶ μὲν οὖν ἦσαν, καὶ ἄξενοι, καὶ τὰς μορφὰς ἀλλόκοτοι. τὰ μὲν γὰρ ἐσχάτια, καὶ ὑρκία τῆς ὕλης, Ταρειχᾶνες οἰκοῦσιν, ἔθνος ἐγχελυπόν, καὶ κορακοπρόσωπον, μάχιμον, καὶ θρασὺ, καὶ ὠμοφάγον. τὰ δ' ἑσπέρας πλούσιος, καὶ τὰ δεξιὰ τοῖχοι, Τετρωνομβδῆται. τὰ μὲν ἄνω, ἀνθρώποις ἐοικότες. τὰ δὲ κάτω, θαλεώτατοι. ἦσσον μέντοι ἄδικοί εἰσι τῶν ἄλλων. τὰ λαιὰ δ', Καρκινόχειρες, καὶ Κυνοκέφαλοι, συμμαχίαν τε, καὶ φιλίαν πρὸς ἑαυτοὺς πεποιημένοι. τὸν δὲ μεσόγειαν, νέμονται Παγουρίδαι, καὶ Ψιττό-

Oceanum delati sumus, ubi cetum nacti, unà cum navi comitibusque absorpti, mortuis aliis, nos duo evasimus. Sepultis autem sociis, erectaque Neptuno æde, vitam hanc vivimus, olera colentes: vescimur autem piscibus & glandibus. Magna verò, ut vides, est sylva, viteisque multas habet, ex quibus jucundissimum vinum oritur: & fortè fontem optimæ & frigidissimæ aquæ vidistis. Lectum frondeum facimus, copiosum ignem succendimus, involantes aves aucupamur, & vivos pisces piscamur in belluæ branchia egressi: ubi lavamus, siquando velimus. Quinetiam non procul est stagnum salsum, ambitu viginti stadiorum, quodvis piscium genus continens, in quo natus, & navigamus in parva scapha quam ipse compegi. Annus autem ex quo absorpti fuimus, hic est vigesimus septimus. Cætera autem fortasse tolerare possemus: sed vicini nostri, & accolæ vehementer difficiles sunt, & molesti, inhumani & agrestes. Numquid, inquam ego, alii quoque ceto inſunt? Multi, inquit ille, hospitibus sævi, ac visu deformes. Nam occidentalem & extremam sylvæ partem Tarichanes incolunt: gens anguillarum aspectu, carabea facie, bellatrix, audax, crudivora. Latus ad dextram aliud Tritonomendetes tenent, superioribus partibus similes hominibus, inferioribus verò felibus: aliis utique minùs injurii. Lævum verò Carcinochires, & Cynocephali fœdere & amicitia inter se juncti. Mediterraneam denique regionem Paguradæ, & Psitto-

ποδες, γένος μάχιμον, ἐς δρομικώτατον. τὰ ἑῷα ἦ πως αὐτῷ τῇ σύμπαλ, τὰ πολλὰ μέν, ἔρημά ἐστι, προσκλυζόμενα τῇ θαλάττῃ. ὅμως ἦ ταῦτα ἐγὼ ἔχω, φόρον Ψιττόποσιν ὑποτελῶν ἑκάστοτε ἔτους, ὄστρεα πεπαχύτατα. τοιαύτη μέν ἡ χώρα ἐστίν. ἡμᾶς ἦ χρὴ ὁρᾶν ὅπως συνεσόμεθα τοσούτοις ἔθνεσι μάχαις, καὶ ὅπως βιοτεύσομεν. πόσοι δ' ἔφην ἐγὼ ὄντες οὗτοι πάντες εἰσί; πολέμιοι ἔφη τὰ χίλια. ὅπλα ἦ πάντες εἰσὶν αὐτοῖς; ἦδη ἔφη, πλὴν ὀλίγα τὰ ἐχθές. ἐκὼν ἔφην ἐγὼ, ἄρας ἂν ἔχοι μᾶλλον μάχης ἐλθεῖν αὐτοῖς, ἅτε ἔτι ἀνόπλοις, αὐτὸς γε ἀνωπλισμένος. εἰ γὰρ κρατήσομεν αὐτῶν, ἀδεῶς τὸλοιπὸν οἰκήσομεν. ἔδοξε ταῦτα. καὶ ἀπελθόντες ἐπὶ ναῦν, παρεσκευαζόμεθα. αἰπὺς ἦ ὁ πολέμιος ἡμῖν ἔπεσθαι, ὁ φόρος ἡ σὺν λαβίδεσι, καὶ δὴ τὸ ἀφυστερημένον σύστασις. καὶ δὴ οἱ μέν, ἔπιμπον, τὸ θαυμὸν ἀπαιτοῦντες. ὁ δὲ, ὑπεραπλῶς ἀπεκρινόμενος, ἀπεδίωξε τὰς ἀγγέλους. ἀφῶτον δὴ οἱ Ψιττόποδες, καὶ οἱ Παγουρίδαι, προσκαλούμενοι τὸ Σκιντάρᾳ, τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο, μὴ πολὺ θορύβῳ ἐπήεισαν. ἡμεῖς ἦ, τὸ ἔθος ὑπομείναντες, ἐξεωπλισάμενοι, ἀντεμείνομεν, λόχον τινὰ προτάξαντες ἀνδρῶν πάντε, καὶ ἐκέλευσαν. ἔρχεται ἦ αὐτοῖς ἐν τῇ σύνοδῳ, ἐπειδὴ ἴδοσαν παρειλημμένους τὰς πολεμίους, ἐπανίσταντο. καὶ ἅτοι ἐπόησαν. ἐπαναστάντες γὰρ, κατόπιν ἔκοπτον αὐτούς. καὶ ἡμεῖς ἦ, καὶ αὐτοὶ, πάντα καὶ ἐκέλευσε τὰ ἀεληθμένα ὄντες, καὶ γὰρ καὶ ὁ Σκίνδαψος, καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ, συνεστρατεύοντο, ἡνιπάζομεν. καὶ συμμίξαντες θυμῷ, καὶ ῥώμῃ, διεκινδυνεύομεν. τέλος ἦ τροπὴν αὐτῶν ποιησάμενοι, κατεδιώκομεν. καὶ ἐπὶ πολὺ ἐλαύνοντες, ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἐπανήλθομεν σκηνάς. ἐνταῦθα ἦ ἐπὶ τὸ δεῖπνον τραπόμενοι, ἐμεθύσθημεν. καὶ ἐκοιμήθημεν ἐπὶ πολὺ τῆς νυκτός. ἐπεὶ ἦ ἀνέστημεν

τελιώξαμεν, ἄχρι ὡς τὰς φωλεὰς. ἀπέθανον ἓξ τῶ μὲ πολεμίων, ἑβδομήκοντα, καὶ ἑκατόν. ἡμῶν ἕν, εἷς, καὶ ὁ κυβερνήτης, τρίγλης πλευρᾶ διαπαρεὶς τὸ μετάφρενον. ὑμείνιμ μὲν ἓν τῶ ἡμέρᾳ, καὶ τῶ νύκτα, ἐπηυλισάμεθα τῇ μάχῃ, καὶ πρόπαιον ἐσήσαμεν, ῥάχιν ξηρὰν Δελφῖνος ἀναπήξαντες. τῇ ὑστεραίᾳ ἕν, καὶ οἱ ἄλλοι αἰσθόμενοι, παρῆσαν, τὸ μὲν δεξιὸν κέρας ἔχοντες οἱ Ταριχᾶνες, ἡγεῖτο ἕν αὐτῶν Πήλαμυς, τὸ δὲ σύνομον, οἱ Κυνοκέφαλοι. τὸ μεσον ἕν, οἱ Καρκινόχειρες. οἱ γὰρ Τετρωνομένδητες, τῶ ἡσυχίαν ἦγον, ἀδετέρους συμμαχεῖν προαιρούμενοι. ἡμεῖς ἕν, προαπαντήσαντες αὐτοῖς πρὸ τὸ Ποσειδώνιον, προσμίξαμεν, πολλῇ βοῇ χρώμενοι. ἀντίκα ἕν τὸ κῆτος, ὥσπερ τὰ σπήλαια. τρεψάμενοι ἕν αὐτοὺς ἅτε γυμνῆτας, καὶ κατὰ διώξαντες ἐς τῶ ὕλαν, τοὐλοιπὸν ἐπεκρατήσαμεν τῆς γῆς. καὶ μετ' ὀλὺ κήρυκας ἀποστείλαντες, νεκρούς τε ἀπῃτοῦμεν, καὶ περὶ φιλίας διελέγοντο. ἡμῖν ἕν οὐκ ἐδόκει ἀπίεσθαι. ἀλλὰ τῇ ὑστεραίᾳ χωρήσαντες ἐπ' αὐτοὺς, πάντας ἄρδην ἐξεκόψαμεν, πλὴν τῶν Τετρωνομενδήτων. ὅτοι ἕν ὡς εἶδον τὰ γιγνόμενα, διαφθαμόντες ὑπ τῶν βοφυχίων, ἀφῆκαν αὐτοὺς εἰς τῶ θαλατταν. ἡμεῖς ἕν τῶ χώρων ἐπιλθόντες, ἔρημον ἤδη ἦσαν, τὸ πολεμίων τὸ λοιπὸν ἀδεῶς κατῳκοῦμεν, τὰ πολλὰ γυμνασίοις τε καὶ παιγνίοις χρώμενοι, καὶ ἀμπελουργοῦντες, καὶ τὸ καρπὸν συγκομιζόμενοι τὸ ὑπὸ τῶν δένδρων. ὅλως, εὐκαιμεν ὡς ὑπὸ τετραπτολέμῳ μεγάλῳ καὶ ἀφθόνῳ τρυφῶσι, καὶ λελυμένοις. σεσαωκότι μὲν ἦν μῆνας ὀκτὼ τὸν πάντα διήγαγεν τὸ τρόπον. τῷ δὲ ὀνάτῳ μηνὶ, πέμπτῃ ἱσταμένῃ, περὶ τῶ δευτέραν ἕω τομὴν ἀνοίξαι, ἅπαξ

que latebras insequuti sumus. Cæsi sunt ex hostibus centum & septuaginta, è nostris unus, & gubernator, tergum triglæ costa perfossus. Die igitur & nocte illa in prælio mansimus, & trophæum statuimus, arida spina Delphini suspensa. Postridie alii etiam re cognita adfuerunt. Dextrum quidem cornu Tarichanes, quos Pelamus ducebat: lævum Cynocephali, medium Carcinochires tenebant. Nam Tritonomendetes quiescebant: neutri parti faventes. At nos circum Neptuni templum illis obvii facti, magno cum clamore manus conseruimus, & ut antra solent, cetus resonabat. His in fugam versis, ut pote qui essent expediti, & in sylvam abactis, postmodum terra potiti sumus. Nec multò post missis præconibus cadavera sustulerunt, & de ineunda amicitia compellarunt. Sed visum non est fœdus cum illis percutere: quin postera die eos aggressi, omnes funditus cecidimus præter Tritonomendetes, qui ut vidêre quæ contigerant, dilapsi per ceti branchias, in mare desilierunt. Igitur regionem ingressi, jam hostibus vacuam, postea sine metu habitavimus, palæstris & venationibus nos exercentes, vineas colentes, decerptumque ex arboribus fructum comportantes. Denique similes iis fuimus, qui in magno carcere, unde nulla spes effugii, concluſi, deliciis & voluptatibus indulgent. Quam vitæ rationem annum & menses octo exegimus. Sed noni mensis die quinta, circa secundam oris apertionem (hoc enim uno-

δὲ τοῦτο καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην ἐποίει τὸ Κῆτος, ὥστε ἡμᾶς ἐκ τῆς ἀνοίξεως τεκμαίρεσθαι τὰς ὥρας, ὡς ἦν τὴν δευτέραν ὡς ἔφην ἀπ' αὐτῆς, ἄφνω βοή τε πολλὴ, καὶ θόρυβος ἠκούετο, ὥσπερ κελευσμάτων, καὶ εἰρεσίας. περιχθέντες δὲ, ἀνερπύσαμεν ἐπ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἕωθεν. καὶ τότε μὲν ἐκ τῶν ὀδόντων, καὶ τῶν ἐντὸς ἁπάντων. ὧν ἐγὼ εἶδον γραμμάτων ἐκδεδεγμένοι, ἄνδρας μεγάλους ὅσον ἡμισταδιαίους ἢ ἡλικίας, ἐπὶ νήσων μεγάλων ἐκπλεόντας, ὥσπερ ἐπὶ τριήρων. οἶδα μὲν ἀπίστοις ἐοικότα ἱστορήσων. λέξω δ' ὅμως. Νῆσοι ἦσαν ἐπιμήκεις μὲν, ἐν πάνυ ὑψηλαὶ, ὅσον ἑκατὸν σταδίων ἑκάστη τὸ περίμετρον. ἐπὶ δ' αὐτῶν ἕπλεον οἱ ἀνδρῶν οἰκείων ἀμφὶ τὰς εἴκοσι, καὶ ἑκατόν. τούτων δὲ οἱ μὲν παρ' ἑκάτερα τῆς νήσου κεκλιμένοι, ἐφεξῆς ἑκατὸν πλοίοις μεγάλοις, κυπαρίσσοις αὐτοκλάδοις μεγάλαις, καὶ αὐτοκόμοις, ὥσπερ ἐρετμοῖς. κατόπιν δὲ ἐπὶ τῆς πρύμνης. ὡς ἐδόκει, κυβερνήτης ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ εἱστήκει, χαλκοῦν ἔχων πηδάλιον, σταδίαιον τὸ μῆκος. ἐπὶ δὲ τῆ πρῴρας, ὅσον τεσσαρακόντορος ὠπλισμένοι αὐτῶν ἐμάχοντο, πάνυ ἐοικότες ἀνθρώποις, πλὴν τῆς κόμης. αὕτη δὲ, πῦρ ἦν, καὶ ἐκαίετο. ὥστε ἀδὲ πηρύλων ἐδέοντο. ἀντὶ δὲ ἱστίων, ἄνεμος ἐμπέπλητο τῇ ὕλῃ, πολλὴ οὖσα ἐν ἐκείνῃ, ἐκάλπαζε τε αὐτὴν, καὶ ἔφερε τὴν νῆσον, οἷ ἐβούλετο ὁ κυβερνήτης. κελευστὴς δ' ἐφειστήκει αὐτοῖς. καὶ ὅτε τὴν εἰρεσίαν δεῖν ἐκίνουν, ὥσπερ τὰ μακρὰ τῶν πλοίων. τὸ μὲν δὴ πρῶτον, δύο ἢ τρεῖς ἑωρῶμεν. ὕστερον δ' ἐφάνησαν ὅσοι ἐξακόσιοι. καὶ ἀμφισβητοῦντες, ἐπολέμουν, καὶ ναυμαχίαν. πολλοὶ γοῦν δύο αὐτῶν ἢ τρεῖς ἑωρῶμεν: οἳ πρὸς ἀλλήλους διαφερόμενοι πόλεμον καὶ ναυμαχίαν συνῆπτον.

quoque anni tempore semel faciebat Cetus, ita ut ex apertione, anni tempora conjiceremus) circa secundam, inquam, apertionem, & clamor multus, & tumultus audiebatur, veluti exhortantium nautarum, & remigantium. Quibus turbati, ad bellúæ os prorepsimus, stantesque intra ejus dentes aspiciebamus omnia. Spectaculorum quæ vidi inusitatissimum, hoc fuit, homines nimirum magni, dimidii stadii statura, qui magnis insulis tanquam triremibus navigabant. Et quanvis sciam me non verisimilia narraturum, dicam tamen. Insulæ erant non admodum altæ, sed longæ, singulæ centum stadiorum ambitu: in quibus ex viris illis circiter viginti & octo navigabant. Horum aliqui utrinque insulæ lateribus insidentes ordine remigabant, cupressis magnis unà cum suis frondibus, tamquam remis. Pone autem ad ipsam puppim, ut videbatur, gubernator in colle alto stabat, gubernaculum æneum, unius stadii longitudine regens. Ad proram verò, ex his quadraginta circiter armati pugnabant, hominibus, præter comam, omnino similes: hæc enim ignis erat, & ardebat, adeò ut galeis non esset opus. Pro velis verò ventus ingruens in sylvam, quæ plurima cuique inerat, sinuabat illam: & quò vellet gubernator insulam deferebat. Præfectus autem ipsis instabat, ipsi verò confestim ad remigium movebantur, quemadmodum longæ naves consueverunt. Primùm igitur duos aut tres videbamus: qui inter se dissidentes bellum, prælumque navale committebant.

Mul-

λαὶ μὲν ἀντίπρωροι συνηρέθοντο ἀλλήλαις, πολλαὶ δὲ καὶ σκολιηθεῖσαι κατεδύοντο. αἱ δὲ συμπλεκόμεναι, καρτερῶς διηγωνίζοντο, καὶ οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο. οἱ γὰρ ἐπὶ τῆς πρῴρας πεζομάχοι, πᾶσαν ἐπιδεικνύμενοι εὐθυμίαν, ἐπεμβαίνοντες, καὶ ἀναιρῶντες. ἐζώγρει δὲ ὐδείς. ἀντὶ δὲ χειρῶν σιδηρᾶν, πολύποδας μεγάλους συνδεδεμένους ἀλλήλοις ἐπέρριπτον. οἱ δὲ, συμπλεκόμενοι τῇ ὕλῃ, κατεῖχον τὴν νῆσον. ἔδαλλον μὴν τοῖς, καὶ ἐπίτρωσκον ὀστέοις τε ἀμφιξύστοις, καὶ κοντοῖς πλεθριαίοις. ἦρχε δὲ τῶν μὲν, Αἰολοκένταυρος. τῶν δὲ, Θαλασσοπότης. καὶ μάχη αὐτοῖς ἐγένετο, ὡς ἐδόκει, λείας ἕνεκα. ἐλέγετο γὰρ ὁ Θαλασσοπότης πολλὰς ἀγέλας δελφίνων τῶν Αἰολοκενταύρου ἐλαυνούσας, ὡς ἐν ἀκοῇ ἐπικαλούντων ἀλλήλοις, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν βασιλέων ἐπιβοωμένων. τέλος δὲ, νικῶσιν οἱ τοῦ Αἰολοκενταύρου. καὶ νήσους τε τῶν πολεμίων καταδύσασιν ἀμφὶ ἓξ πεντήκοντα, καὶ σκάφος ἓν ἄλλας τρεῖς λαμβάνουσιν αὐτοῖς ἀνδράσιν. αἱ δὲ λοιπαὶ, πεύμνας κρυσάμεναι, ἔφυγον. οἱ δὲ, μέχρι νυκτὸς διώξαντες, ἐπειδὴ ἐσπέρας ἦν, πρὸς τὰ σφέτερα, τῶν πολεμίων ἐπικρατήσαντες, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀνείλοντο. καὶ γὰρ ἐκείνων κατέδυσαν νήσους οὐκ ἐλάττους τῶν ὀγδοήκοντα. ἔσχισαν δὲ καὶ τρόπαιον τῆς νεσομαχίας, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ Κήτους μίαν τῶν πολεμίων νῆσον ἀνασταυρώσαντες. ἐκείνῃ μὲν τῇ νυκτὶ περὶ τὸ θηρεῖον κυλίσασθαι, ἐξάψαντες αὐτῷ τὰ ἀγκύρια, καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν πλησίον ὁρμισάμενοι. καὶ γὰρ ἀγκύραις ἐχρῶντο μεγάλαις, καλίναις, καρτεραῖς. τῇ ὑστεραίᾳ δὲ θύσαντες ἐπὶ τοῦ κήτους, καὶ τοὺς οἰκείους θάψαντες ἐπ' αὐτῷ, ἀπέπλεον ἡδόμενοι,

Multæ quidem oppositis proris contritæ sunt, multæque dissolutæ submersæ sunt. Aliæ confligentes fortiter certabant, neque facilè ab invicem solvebantur. Nam qui in prora instructi pugnabant, omnem incessendo & cædendo industriam ostendebant: & nemo vivos capiebat. Ac pro ferreis rostris magnos polypos invicem connexos jaciebant, qui sylvæ complicati Insulas tenebant. Percutiebant etiam & vulnerabant ostreis, quorum unum currum impleat, & spongiis magnitudine jugeris. His autem præerat Æolocentaurus. Illis vero Thalassopotes. Quibus ob prædam orta est pugna: nam Thalassopotes dicebatur multos Æolocentauri delphinum greges abegisse, ut audire erat ex mutuis exprobrationibus, & ex eo quòd nomina regum inclamabant. Tandem vicerunt qui ab Æolocentauro stabant, & insulas circiter centum & quinquaginta submerserunt, & tres alias cum viris ipsis ceperunt: at reliquæ collisa puppi fugerunt. Quas ubi paulùm persecuti fuissent, sub vesperam ad naufragia reversi, plurima obtinuerunt, suasque res receperunt: nec pauciores quàm octoginta insulas submerserunt. Tum insularis pugnæ trophæum in capite Ceti statuerunt, suspensa una ex hostium insulis. Illa igitur nocte circa belluam demorati sunt, alligatis ipsi navium retinaculis, factaque statione ad anchoras, Nam magnis, vitreis, & validis anchoris utebantur. Postridie cùm supra cetum sacra fecissent, suosque ibi sepeliissent,

καὶ ὥσπερ παιᾶνας ᾄδοντες. ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν νησομαχίαν γενόμενα.

læti, & ut pæana canentes, abierunt. Hæc sunt quæ insulari in pugna acciderunt.

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

HISTORIÆ VERÆ LIBER SECVNDVS.

Ἐκ δ' ἐκεῖ ταύτης μηκέτι φέρειν ἐγὼ τὴν σὺν τῷ κήτει δίαιταν, ἀχθόμενός τε τῇ μονῇ, μηχανήν τινα ἐζήτουν, δι' ἧς ἂν ἐξελθεῖν ἡμῖν εἴη. καὶ τὸ μὲν ἀπόρρητον, ἔδοξεν ἡμῖν διορύξασι καὶ τὸ δεξιὸν τοῖχον, ἀποδρᾶναι. καὶ δὴ ἁμιλλώμενοι, διεκόπτομεν. ἐπειδὴ δὲ παρελθόντες ὅσον πέντε σταδίους, οὐδὲν ἠνύομεν, ἀλλ' ὀρύγματι ἐπαυσάμεθα. τὴν δὲ ὕλλην καῦσαι διέγνωμεν. ὅτου γὰρ ἂν τὸ Κῆτος ἀποθάνοι. εἰ δ' ἄρα τοῦτο ἠβούλετο, ῥᾳδία ἔμελλεν ἡμῖν ἔσεσθαι ἡ ἔξοδος. δρεπόμενοι οὖν ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας ἐκείσε ἐμηχανώμεθα. καὶ ἡμέρας μὲν ἐπτὰ καὶ νύκτας ἴσας ἀναπαύσαντες ἑαυτοὺς καὶ ἀναψυξάμενοι. οὐδὲν δὲ ἐνόησεν αὐτῶν τοσοῦτον. δεκάτην γοῦν αἰσθόμεθα. καὶ ἤδη ἀναχαίνοντα, καὶ συοῖμυν. ἑνδεκάτῃ δὲ, καὶ ἐνδεκάτῃ, τέλεον ἀπεπεκρᾶτο, καὶ δυσῶδες λίαν. τῇ δωδεκάτῃ δὲ, μόγις ἐνοήσαμεν ὡς εἰ μή τις χανοίτο αὐτῷ ὑποσηκάζειν τὰς γομφίους, ὥστε μηκέτι συγκλεῖσαι, κινδυνεύσομεν καθαπλισθέντες ἐν νεκρᾷ αὐτῷ ἀπολέσθαι. ὅτου δὴ τὸ στόμα μεγάλαις δοκοῖς διερείσαντες, πλοῖα ναῦν ἑπτακοσίαζομεν, ὕδωρ τε ὡς ὅπι πλεῖστον ἐμβαλλόμενοι, καὶ τἄλλα ἐπιτήδεια. κυβερνήτην δ' ἔμελλεν ὁ Σκίνθαρος. τῇ δ' ἐπιούσῃ, τὸ μὲν, ἤδη τεθνήκει. ἡμεῖς δ'

Exinde cùm illam vitæ rationem ferre non possem ampliùs, illiusque mansionis me tæderet, quærebam quanam arte nobis exitus pateret. Ac primùm nobis visum est effosso pariete dextro fugam tentare. Sed cùm pertundere cœpissemus, & ad quinque progressi stadia nihil effecissemus, à fossione destitimus: sylvam verò incendere decrevimus, ut sic Cetus moreretur: quod si fieret, facilis egressus nobis futurus esset. Itaque initium incendii ab extremitate duximus: at ille dies septem totidemque noctes se uri non sensit. Octava tandem ac nona illum ægrotare intelleximus: quum ignavius hiabat, quum siquando hiaret, statim os comprimebat. Decima denique & undecima mortuus est, & fœtuit. At duodecima vix sensimus nos periclitari ne in cadavere concluſi moreremur, nisi quis dentes molares suffulciret, ita ut fauces non ampliùs præcluderet. Ita verò ore magnis trabibus diducto, navim parabamus, tum plurimam aquam, tum alia necessaria imponendo. Gubernator futurus erat Scintharus. Postera die jam mortuus erat Cetus, quum retractam navim,

ἀνελκύσαντες τὸ πλοῖον, καὶ ἀφ' ἧς διεσωσάμεθα ἀφανισθέντες, ὑπ' ὀδόντων ἐξάψαντες, ἠρέμα καθήκαμεν εἰς τὴν θάλατταν. ἐπιβάντες δ' ἐπὶ τὰ ναῦπε. καὶ θύσαντες τῷ Ποσειδῶνι, αὖτις ἀφ' ἧς τὸ πρόπαιον, ἡμέρας τρεῖς ἐπαυλισάμενοι, γλυκεῖα γὰρ λιμὴ, τῇ τετάρτῃ ἀπεπλεύσαμεν. ἔνθα δὴ πολλοὺς ὑπ' ἐκ τῆς ναυμαχίας νεκροὺς ἀπαντήσαμεν, καὶ θαυμαστὰ ἐλλοχήσαμεν. καὶ τὰ σώματα καταμετρῶντες, ἐθαυμάζομεν. καὶ ἡμέρας μὲν πολὺς ἐπλέομεν, δύκρατον αἰεὶ χειμῶνος. ἔπειτα βορέης σφοδρὸς πνεύσας, μέγα κρύος ἐγένετο. καὶ ὑπ' αὐτοῦ πᾶν ἐπάγη τὸ πέλαγος. οὐκ ἐξεπιπολῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς βάθος, ὅσον ἐς τετρακοσίους ὀργυιάς. ὥστε καὶ ἀποβαίνειν, ἀφιδόντες ἐπὶ τὸ κρυστάλλου. ἐπιμόνῳ δὲ τῷ πνεύματι φέρειν ἐδυνάμεθα, τοιόνδε τι ἐπινοήσαμεν. ὁ δὲ τῶν γνώμων ἀποφηνάμενος, ὧδε ὁ Σκίνδαρος. σκάψαντες γὰρ ἐν τῷ ὕδατι ἀπήλαιον μέσον, ἐν τούτῳ ἐμείναμεν ἡμέρας τρεῖς καὶ τρεῖς, πῦρ ἀναπαίοντες, καὶ σιτούμενοι τοὺς ἰχθῦς· ἐξέπλομεν δὲ ἀπορύττοντες. ἐπὶ δὲ ἤδη ἐπέλιπε τὰ ἐπιτήδεια, ἀφοσιλθόντες, καὶ τῶν ναῶν πεπηγῶν ἀνασπάσαντες, καὶ πεπίσσωσαν τῷ ὀθόνῃ, ἐσυρόμεθα ὥσπερ πλέοντες λείως καὶ ἀσφαλῶς, ἐπὶ δὲ πάγυ διολισθάνοντες. ἡμέρας δὲ πέμπτῃ ἁλίσκε τε ἡμῖν, καὶ ὁ πάγος ἐλύετο. καὶ ὕδωρ πᾶσι αὖθις ἐγίγνετο. πλύσαντες δὲ ὅσον τριακοσίους σταδίους, νήσῳ μικρᾷ καὶ ἐρήμῃ ἀφανιζόμεθα. ἀφ' ἧς ὕδωρ λαβόντες, ἐπλελοίπει γὰρ ἤδη, καὶ δύο ταύρους ἀγελίης κατατοξεύσαντες, ἀπεπλεύσαμεν. οἱ δὲ ταῦροι οὗτοι, τὰ κέρατα οὐκ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς εἶχον, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς,

vim, & per raritatem dentium deductam, & explicatam, in mare demisimus. Tum conscenso dorso factisque ibi juxta trophæum Neptuno sacris, post tridui moram, quarto die, quia placidum erat mare, discessimus. Hic nos in multa navali prælio devictorum cadavera incidimus & impegimus, quorum corpora metiti mirabamur. Posteaquam autem temperato cœlo utentes, aliquot dies navigavimus: ortus est vehemens boreæ flatus, unde adeò magnum frigus, ut totum mare concreverit, non in superficie modò, sed in quadringentarum ulnarum profunditatem, ut egressi super glaciem curreremus. Sed cùm perseverantem ventum ferre non possemus: tale quiddam excogitavimus: author autem consilii fuit Scintharus. Maximum antrum in aqua fodimus, in quo dies triginta mansimus ignem accendendo, & piscibus victitando, quos inter fodiendum inveniebamus. Sed ubi jam defecit commeatus, egressi navem impactam avulsimus, ac velum expandimus, perque glaciem delabentes, læviter & leniter tanquam navigantes trahebamur. Quinta autem die glacies tepore liquescebat, omniaque rursus aqua fiebant. Inde trecenta circiter stadia emensi, in parvam desertamque insulam delati sumus, unde hausta aqua, quoniam nobis jam defecerat, confectisque arcu duobus sylvestribus tauris, solvimus. Hi autem tauri non in fronte, sed sub oculis, ut vole-

bat

ὥσπερ ὁ Μῶμος ἠξίου. μετ' ὀλίγον δὲ εἰς πίλαγος ἐμβαίνομεν, οὐχ ὕδατος, ἀλλὰ γάλακτος. νῆσος ἐν αὐτῷ ἐφαίνετο λόφνη, πλήρης ἀμπέλων. ἦν δὲ ἡ νῆσος, τροχὸς μέγιστος πάνυ συλπεπηγώς, ὡς ὕστερον ἐμφαγόντες ἐμάθομεν, σταδίων εἰκοσιπέντε τὸ μέγεθος. αἱ δ' ἄμπελοι βοτρύων πλήρεις. ὑδρωπτοι οἶνοι, ἀλλὰ γάλα ἐξ αὐτῶν ἀπεθλίβομεν. ἱερὸν δ' ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ ἀνῳκοδόμητο, Γαλατείας τῆς Νηρηίδος, ὡς ἐδήλου τὸ ἐπίγραμμα. ὅσον δὲ χρόνον ἐκεῖ ἐμείναμεν, ὄψον τε ἡμῖν καὶ σιτίον ἡ γῆ παρεῖχε. ποτὸν δὲ τὸ ἐκ τῶν βοτρύων γάλα. βασιλεύων δὲ τότων τῶν χωρίων ἐλάγχανε Τυρὼ ἡ Σαλμωνέως μὲν τοῦ Αἰολίδου, τοῦτον δὲ ἔσχεν ἀπαλλαγήν, τοῦτον παρὰ Ποσειδῶνος λαβοῦσα τὸν πρεσβύτερον. μείναντες δ' ἡμέρας ὀκτὼ τῇ ἐνάτῃ τῇ νήσῳ πέντε, τῇ ἕκτῃ ἐξωρμίσαμεν, αὔραις μέν τισι σφοδρότερον πνεούσαις, λειοκύμοσι δὲ οὔσαις τὰ μάλιστα. τῇ ὀγδόῃ δὲ ἡμέρᾳ πλέοντες, οὐκ ἐπ' ἀφ' ὕδατος γάλακτος, ἀλλ' ἤδη σὺν ἁλμυρᾷ ἐκυκῶμεν ὕδατι, καθαρῷ μὲν ἀνεφάτως πολλὰς ἐπὶ δὲ πελάγους ἀφεστῶσας, ἅπαντα ἡμῖν ὡσποιοῦντας, καὶ τὰ σώματα, καὶ τὰ μεγέθη, πλὴν μόνων τῶν ποδῶν. τούτων γὰρ φέλλινα εἶχον. ἀφ' ὧν δὴ οἶμαι καὶ ὀνομάσθησαν Φελλόποδες. ἐθαυμάζομεν δὲ ἰδόντες ὑ βαπτιζομένους, ἀλλ' ὑπερέχοντας τῶν κυμάτων, καὶ ἀδεῶς ὁδιπορεῦντας. οἱ δὲ, καὶ προσῆσαν, καὶ ἠσπάζοντο ἡμᾶς ἑλληνικῇ φωνῇ. ἔλεγόν τε εἰς Φελλὰς τὴν αὐτῶν πατρίδα ἐπείγεσθαι. μέχρι μὲν δὴ τούτου ἡμῖν ἡ ὁδὸς ἦν εὐπλοος, καὶ ἀπράγμων.

bat [1] Momus, habebant cornua. Nec multò post in mare non aqueum, sed lacteum ascendimus.: ubi alba insula vitibus referta apparebat: quæ maximus erat caseus vehementer coagulatus, ut eo postea comesto didicimus: quæque viginti quinque stadiorum longitudine constabat. Vites autem uvis scatebant, ex quibus non sanè vinum, sed lac expressimus. In media insula, templum Galateæ Nereidi sacrum extructum erat, ut inscriptio declarabat. Itaque quandiu ibi mansimus, opsonium & cibum terra nobis præbuit: potum, lac ex uvis expressum. Tyro Salmonei filia post obitum, hoc honore à Neptuno decorata, regionum harum imperio potiri dicebatur. Exactis in insula quinque diebus, sexta portum egressi sumus impellente nos aura, & tranquillo ab undis mari stante. Porrò octava die cùm non amplius in lacte, sed in aqua salsa cæruleaque navigaremus, multos homines supra mare decurrentes cernimus, corporibus & magnitudine nobis omnino similes, sed non pedibus, quos habebant suberinos: unde Phellopodes, ut puto, vocabantur: quos quum non demergi, sed supra fluctus extare, intrepideque incedere videremus, admiratione capiebamur. Illi ad nos accesserunt, & Græca lingua salutarunt: dixeruntque se in patriam Phello properare. Hi nos aliquandiu sunt co-

[1] *Momus*] Lucianus hic alludere videtur ad id quod de Momo scripsit Aristoteles de partib. animal. lib. 3. eum naturam incusasse quod bobus cornua in capite non in armis potius addiderit; videlicet quod vehementius possint ferire. Id Lucianus in Nigr. *Cogn.*

πι& συνεδιπόρουν ἡμῖν ἀκλύστοις. εἶτα ἀποτραπόμενοι τὴν ὁδὸν, ἐδιώκομεν, ἀπλοίαν ἡμῖν ἐπαυξάμενοι. μετ' ὀλίγον δὲ, πολλαὶ νῆσοι ἐφαίνοντο. πλησίον μὲν ἐξ ἀριστερῶν ἡ Φελλὼ, ἐς ἣν σπεύδοντες ἔπλεομεν, πόλις ἐπὶ μεγάλης πάνυ τραχυτάτης Φελλῆ κατοικημένη. πόρρωθεν δ', καὶ μᾶλλον ἐν δεξιᾷ πίπτε μέγιστα καὶ ὑψηλότατα. καὶ πῦρ πολὺ ἀνεκαίετο. κατὰ δὲ τὴν ἀριστερὰν, μία πλατεῖα, καὶ ταπεινὴ, σταδίους ἀπέχουσα ὡς ἑλάττους πεντακοσίων. ἡδὺ δὲ πλησίον τε ἦμεν. καὶ ἡνίκα μάλιστα ἡμᾶς, ἡδεῖα καὶ ἀώδης, οἵαν φησὶν ὁ συγγραφεὺς Ἡρόδοτος, ἀπέπνευσεν ἀὴρ εὐώδης Ἀραβίας. οἷον γὰρ ῥόδα, καὶ νάρκισσος, καὶ ὑακίνθοι, καὶ κρίνα, καὶ ἴα, ἔτι δὲ μυρσίνη, καὶ δάφνη, καὶ ἀμπελάνθης, τοιοῦτον ἡμῖν τὸ ἡδὺ ἀπεπνέετο. ἡδόμενοι δὲ τῇ ὁδοιπορίᾳ, καὶ ἀρτίως ὀλίγα πόνων ἐλπίσαντες, κατ' ὀλίγον ἤδη πλησίον τῆς νήσου ἐγινόμεθα. ἔνθα δὴ καὶ θεωροῦμεν λιμένας τε πολλοὺς ἀπλύστους καὶ μεγάλους, ποταμούς τε ἀβυσσίους ἐξιόντας ἀρεμβῶς τὴν θάλατταν. ἔπι δὲ λειμῶνας, καὶ ὕλας, καὶ ὄρνεα μυρία, τὰ μὲν ἐπὶ τῶν ἡιόνων ᾄδοντα, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κλάδων. ἀπὸ δὲ κάτω καὶ σύριγγες ἀπελαυνόμεναι τὴν χάραν. καὶ αὖραι δέ τινες ἡδεῖαι ἀφιέμεναι, ἀρέμα τὴν ὕλην διεσάλευον. ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων κινυμένων, τερπνὰ καὶ συνεχῆ μέλη ἀπηυλίζετο, ἐοικότα τοῖς ἐπ' ἐρημίας αὐλήμασι τῶν παλαιῶν αὐλῶν. καὶ μὴν καὶ βοὴ σύμμικτος ἠκούετο, comitati à latere currentes: posteà averſi à via, fœlicem navigationem comprecati iverunt. Paulò poſt inſulæ multæ apparuerunt. Propè quidem à læva Phello, ad quam illi feſtinabant, quæ civitas ſuper magno, rotondoque ſubere habitatur. At è longinquo, & ad dextram magis, quinque maximæ, & excelſiſſimæ, ubi multis ignis accenſus erat. [1] Ad proram autem lata, humiliſque una, diſtans ſtadiis non minùs quingentis. Iamque propè eramus quum mirabilis quædam aura nos afflavit, ſuavis & odorata, qualem à fœlici Arabia ſpirare dicit hiſtoricus Herodotus: nam qualis à roſa, narciſſo, hyacintho, liliis, violis, præterea myrto, lauro, ampelanthe, talis odor ſuaviter nobis aſpiravit: quo dum recreabamur, & boni aliquid longis ex laboribus ſperabamus, paulatim ad inſulam acceſſimus. Hîc & portus videmus plurimos tranquillos, & magnos, fluvioſque limpidos in mare leniter ingredientes. Præterea prata, & ſylvas, & canoras aves, quarum aliæ in littoribus, multæ verò ſuper frondibus canebant. Aër lenis, & placidè ſpirans regioni circunfuſus: ac ſuaves auræ perſpirantes leniter ſylvam movebant: ita ut ex motis ramis dulces & continui cantus ederentur, ſimiles iis modulationibus, quæ in deſertis obliquis à fiſtulis reddi ſolent. Quinetiam promiſcua vox audiebatur,

1 *Ad proram*] Proditum eſt à veteribus poëtis eſſe quaſdam in Oceano inſulas ad quas poſt mortem deferuntur eorum animæ qui ſanctè religioſeque vixerint, Homer. Lucianus de luctu. *Cogn.*

ὑ θορυβώδης, ἀλλ' οἷα ἡδύοιτ' ἂν ἐν συμποσίῳ, τὸ μὲν, αὐλήτων, ἄλλων δὲ, ἐπαινούντων, οἱῶν δὲ, κροτούντων τοὺς αὐλοὺς, ἢ κιθαρεῳν. τούτοις ἅπασι κηλούμενοι, κατήχθημεν. ὁρμίσαντες δὲ τὸν ναῦν, ἀπεβαίνομεν, τὸν Σκίνθαρον ἐν αὐτῇ, καὶ δύο τῶν ἑταίρων λιπόντες. ἐσιόντες δὲ ἐς λειμῶνα εὐανθῆ, ἐντυγχάνομεν τοῖς φρουροῖς, καὶ [1] περιπόλοις. οἱ δὲ, δηπουθεν ἡμᾶς ῥοδίνοις στεφάνοις, ὅτι γε μέγιστος παρ' αὐτοῖς δεσμός ἐστιν, ἀνήγον ὡς τὸν ἄρχοντα. παρ' ὃν δὴ καθ' ὁδὸν ἠκούσαμεν, ὡς ἡ μὲν νῆσος εἴη τῶν μακάρων στοιχηδὸν οἰκουμένων, ἄρχοι δὲ ὁ Κρὴς Ῥαδάμανθυς. καὶ δὴ ἀναχθέντες ὡς αὐτὸν, ἐν πέμπτῳ τῶν δικαζομένων ἐστημεν τάξει. ὡς δὲ ἡ μὲ πρώτη δίκη, περὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμῶνος, εἰ χρὴ αὐτὸν σωφρονεῖν τοῖς ἥρωσιν, εἰ μὴ. κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ, ὅτι μεμήνοι, καὶ ἑαυτὸν ἀπεκτόνοι. τέλος δὲ, πολλῶν ῥηθέντων, ὁ Ῥαδάμανθυς ἀπεφαίνετο. τὸν μὲν αὐτὸν πόνον δὲ ἐλεεῖσθαι, ὃν ὁ Ἱπποκράτης τῷ Κῴῳ ἰατρῷ. ὕστερον δὲ σωφρονήσαντα, μετέχειν δὲ συμποσίου. ὁ δὲ τοῦ ἕνεκα δεῖ ἐμὲ κρίσεως ἐρωτᾷ, Θησέως καὶ Μενελάου περὶ τῆς Ἑλένης διαγωνιζομένων, πότερον αὐτῷ χρὴ συνοικεῖν. καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς, ἔδοξεν Μενελάῳ συνοικεῖν αὐτῷ, ἅτε πολλὰ καὶ τοσαῦτα πονήσαντι, καὶ κινδυνεύσαντι δὲ γάμου ἕνεκεν. τὸν γὰρ αὐτῷ Θησεῖ καὶ ἄλλας εἶναι γυναῖκας, καὶ τὴν Ἀμαζόνα, καὶ τὰς δὲ Μίνωος

tur, non tumultuosa, sed qualis in convivio ederetur, quum alii tibia canunt, alii laudant, nonnulli etiam ad tibiam, vel citharam saltant. Dum his demulcebamur, in portum devenimus: in quem appulsa navi, & relictis in ea Scintharo, duobusque sociis descendimus. Et cum procederemus per floridum pratum in custodes, & excubiarum circuitores incidimus, qui nos roseis coronis, quod est maximum apud ipsos vinculum, vinctos ad regem deduxerunt. A quibus in via intelleximus eam esse beatorum Insulam, in eaque regnare [2] Cretensem Rhadamanthum: ad quem adducti, stetimus in quarto judicandorum ordine. Prima causa erat [3] de Ajace Telamonio, an illi in Heroum numero esse liceat, necne. Accusabatur autem quòd furiis actus seipsum necasset. Denique multo priùs habito sermone visum est Rhadamantho, ut nunc bibituro helleborum, Hippocrati medico Coo traderetur, exinde ad mentem reversus, heroum convivio interesset. Secunda causa amoris erat, Thesei scilicet & Menelai pro Helena contendentium, utri illa cohabitare debeat. Et eam quidem Rhadamanthus adjudicavit Menelao, ut qui tot labores exantlasset, tot pericula pro nuptiis adiisset: siquidem uxores alias, Amazonem illam, & filias Minois Theseus habebat.

1 Περιπόλοις] Angl. ἐφήβοις. Bourd.

2 *Cretensem Rhadamantum*] Rhadamantus Lyciæ rex filius Iovis ex Europa Minois & Æaci frater vir justissimus: vide Virg. 6. Æn. *Cogn.*

3 *De Ajace Telamonio*] Occubuit ad Trojam ut scribunt Sophocles in Ajac. & Dictys Cretens. in Histor. *Idem.*

1 Ὁμοί-

θυγατέρας. τρίτη δ' ἐδικάσθη εἰ πρεσβυτέρας, Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου, καὶ Ἀννίβα τοῦ Καρχηδονίου. καὶ ἔδοξε πρεσβεύειν ὁ Ἀλέξανδρος. καὶ θρόνος αὐτῷ ἐτέθη δεξιὸς Κύρου τοῦ Πέρσου, τοῦ πρεσβυτέρου. παρετοι δ' ἡμεῖς τρίτοι ἐσεμνήχθημεν. καὶ ὁ μὲν ἤρετο, τί παθόντες, ἔτι ζῶντες ἱερᾶς χωρίου ἐπεβαίνομεν. ἡμεῖς δὲ, πάντα ἐξῆς διηγησάμεθα. ἔπειτα δὲ μεταστησάμενος ἡμᾶς, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐσκέπτετο, καὶ τοῖς συνέδροις ἐκοινοῦτο περὶ ἡμῶν. συνήδρευον δὲ ἀλλοί τε πολλοὶ, καὶ Ἀριστείδης ὁ δίκαιος, ὁ Ἀθηναῖος. ὡς δ' ἔδοξεν αὐτῷ, ἀπεφήναθ', τὰ μὲν πολυπραγμοσύνης καὶ τὰ ἀποδημίας, ἐπεισάκτου ἀποδύνομεν, δίκην τοῖς δώδεκα. τὸ δὲ νεῦμα, μὴ τὸν χρόνον μείναντας ἐν τῇ νήσῳ, καὶ συνδιατρίβοντας τοῖς ἥρωσιν, ἀπελθεῖν. ἔπεσε δὲ καὶ τῶν στεφανίσεων τῶν ἐπιδημίας, μὴ πλείον μηνῶν ἑπτά. τρέπεσθε, αὐτομάτων ἡμῖν τῶν στεφάνων περιῤῥυέντων, ἐλελύμεθα, καὶ εἰς τὴν πόλιν ἠγόμεθα, εἰς τὸ μακρότερον συμπόσιον. αὕτη μὲν δὴ ἡ πόλις πᾶσα χρυσῆ. τὸ δ' τεῖχος περίκειται σμαράγδινον. πύλαι δὲ εἰσὶν ἑπτὰ πᾶσαι μηκόξυλοι κινναμώμιναι. τὸ μὴν τοῦ ἔδαφος τῆς πόλεως καὶ τοῦτο ἦν τεῖχος γῆ ἐλεφαντίνη. καὶ δὲ πάντων θεῶν, βηρύλλου λίθου ᾠκοδομημένοι. καὶ βωμοὶ ἐν αὐτοῖς μέγιστοι, μηκόλιθοι, ἀμεθύστινοι, ἐφ' ὧν ποιοῦσι τὰς ἑκατόμβας. περὶ δὲ τὴν πόλιν, ῥεῖ ποταμὸς μύρου ἦν ἡμίσεα, τὸ πλάτος πηχῶν ἑκατὸν βασιλικῶν. βάθος δὲ, ὥστε νεῖν ἐμφανῶς. λουτρὰ δὲ ἐστιν αὐτοῖς, οἶκοι μεγάλοι, ὑάλινοι, τῇ κινναμώμῳ ἐγκαιόμενοι.

bebat. Tertia causa judicata est, utrum Alexandro Philippi filio, an verò Annibali Carthaginensi priores partes deberentur: visumque est ut præcelleret Alexander, eique posita est sedes juxta priorem Cyrum Persarum regem. Nos quarto loco adducti sumus. Tum ille nos interrogavit, cur vivi adhuc ad sacrum hunc locum venissemus. Nos autem illi ex ordine cuncta narravimus. Tum nobis è loco paululum summotis, secum diu pensitabat, & de nobis cum assessoribus communicabat. Consederant autem ei, cùm alii multi, tum etiam Atheniensis ille Aristides cognomento justus, ex cujus sententia decretum est ut vita functi curiositatis, & peregrinationis pœnas daremus. Nunc verò, postquam præscriptum tempus in Insula mansissemus cum heroibus conversantes, inde abiremus. Terminum autem mansionis: non ampliùs quàm mensium septem præscripsit. Hinc sponte sua defluentibus coronis soluti sumus, & in urbem ad beatorum convivium adducti. Hæc urbs tota est aurea, muroque smaragdino cincta. Porrò septem sunt portæ ex solo cinamomi ligno: pavimentum civitatis, & quæ intra mœnia est terra, eburnea. Deorum omnium templa ex berylo lapide constructa sunt, in iis aræ maximæ, ex uno lapide nimirum amethysto constant, in quibus hecatombas immolant. Circa civitatem fluit amnis unguenti optimi, cujus latitudo centum cubitorum regiorum est, altitudo ad natandum commoda. Porrò balnea magnas vitreas domos habent, in quibus cinamomum uritur. Aquæ

τῶν γαμουμένων πλοῦτον εἰς πώγωνα ἀναλίσκουσιν, ὅλαι Ἀραβίαν χεδὸν οἱ τρίχων ἀπαναίσσαι. σιδηρᾶ τε ὄργανα, πυρὸς ἀναζέσαι φλογὶ χλιανθέντα, βίᾳ τὴν ἐλίκων ἐλότητα ἀμπλέκει. καὶ ἀφίεσι μὲν εἰ μίχεα τὰ ὀφρύων ἐφελκυσμάτων κόμαι, βοσκὸν τῷ μετώπῳ μεταίχμιον ἀφιᾶσαι. σαθαρῶς δ' ἔχεα τὰ μεταφρένων οἱ ὄπισθεν ἐπισκελίοντες πλόκαμοι. καὶ μὴν τοῦτο, ἀνυποδήτῳ πέδιλα τὰ σκελικὰ σανδαλίῳ τὰς πόδας ἐπισφίγγοντα, καὶ λεπτοϋφὴς ἐς πρόφασιν ἐσθὴς, ὑπὲρ δὲ δακτύλων γεγυμνωμένων. πάντα δ' τὰ αὐτὸς αὐτῆς γαμερμώτερα δὲ προσώπου, χροιὰς τὰ ἀμόρφους ἀποπλαττόντων μαζῶν, ὃς ἀεὶ ἀφιέρωσι δισμάζας. τί δὲ τὰ τούτων πλουσιώτερα κακὰ διεξίωμεν; λίθοι ἐρυθραίοις ἀπὸ τῶν λοβῶν, πολυτίμητον ἠφανισμένοις βέλος, ἢ τὰς ἀδὲ κεφαλὰς, καὶ βοσπόροις δράκουσι; ὡς ὤφελον ὄντως αὐτὰ χρυσία, δράκοντες εἶναι. καὶ στέφανα μὲν τὸ κύκλῳ τῶν κεφαλῶν ἀφεῖναι, λίθοις ἰνδικαῖς ἀστερωμένα. πολυτελεῖς δ' τὰ αὐχένων ὅρμοι κοσμεῖν[1]. καὶ ἄχεα τὰ ποδῶν ἐχόντων κατὰ κύκλον ἀπλῶς χρυσᾶ, ἅπαν εἴ τι δὲ σφυρὰ γαμοῦσιν, περισφίγγον. ἄξιον δ' ἦν σιδήρου τὰ ἀφίσφυρα σκέλη περιδῆσαι. καὶ παιδιὰν αὐτῶν ὅλον τὸ σῶμα νόσης δύμορφίας ἐξαπατῶντι κακῷ ἀμαυρωθῆναι, τὰς ἀναιχμώτους παρειὰς ἐρυθαίνουσιν ἐπιχέαις φύκεσιν, ἵνα τὴν ὑπέρλευκον αὐτῶν, καὶ μίσιον χροιὰν, τὸ πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ. τίς δ' ὁ μὴ τὴν τοσαύτην ἀφροσύνην βιῶν; δύθις δὲ τὰ οἰκίας ἐξοδοι. [1] ἢ πᾶς ἄνθρωπος

mnes maritorum opes in hanc impendunt, totam penè Arabiam ex capillis ſpirantes: ferreaque inſtrumenta, ignis obtuſa flamma calefacta, vi quadam cincinnorum flexus inter ſe implicant: ac illæ comæ curioſius ad ſupercilia uſque attractæ, breve interſtitium fronti relinquunt. Poſt tergum autem in ſcapulas uſque demiſſi capilli ſuperbè ſuccutiuntur. Huc accedunt & variis coloribus tincta ſandalia intra carnem pedes ipſos aſtringentia: & tenuis, prætextu tantùm aſſumpta, veſtis, ne nudæ videantur. Omnia autem quæ intra ipſam ſunt cognitu faciliora quàm facies, præter turpiter dependentes illas mammillas, quas ſemper circunferunt obligatas. Quid opus eſt mala iſtis opulentiora recenſere? lapillos Erythræos, à fibris aurium multi pretii pondus, ſuſpenſos, aut circumpoſitos manibus, brachiis-ve dracones illos, qui utinam pro auro, verè dracones eſſent. Etiam corona caput in orbem ambit, gemmis Indicis ſtellata. Pretioſa autem de cervicibus monilia dependent, & uſque ad extremos pedes miſerum illud deſcendit aurum, ſi quid malleoli nudum eſt, totum revinciens: at æquum erat hæc religata crura ferro vinciri. Quum verò totum corpus adulterinæ formoſitatis fallaci elegantia fuerit incantatum, impudentes etiam genas illitis fucis rubefaciunt, ut ſummè candidum, & pinguem ipſarum colorem, purpureus nitor ſuperadditus, rubere faciat. Cæterùm quæ vita tantum ſequitur apparatum? E domo ſtatim egrediuntur, & ſpectator omnis maritos enecat. Quorum non-

[1] Καὶ πᾶς ἀνατὶς ὀπτηρίζων τὸν γαμερμένους, ἀν εἶναι οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες

τὰς ἐπιτελέσαι τὰς γαμικὰς, ὧν εἰσὶν οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες, ἀλλ' αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας, ἢ τὴν Φρυγίαν δαίμονα, καὶ τὸ δυσμαχὲς Κῶμον ἐπὶ τῷ πυρθμῷ. πλεστὴ δ' ἀπόρρητοι. καὶ χοροὶ ἀνδρῶν, ὕπαιθρα μυστήρια. καὶ γὰρ τί δεῖ ἀφελέσθαι λάθρα φθορὰν ψυχῆς; ἐπειδὰν δ' τούτων ἀπαλλαγῶσιν οἶκοι, φύλλα τὰ μακρὰ λυτέα. καὶ πολυτελὴς μὲν καὶ ἡδεῖα τράπεζα, πολὺς δ' ὁ μὴ δεῖ ἀνδρῶν ἀκκισμός. ἐπειδὰν γὰρ ὑπέρπλεω γένωνται ταῖς παρ' αὐτῶν χαριτωμενίαις, ὥστ' ἐὰν ὁ Φάρυλλος αὐτῶν ἀδιάφθορα τὰ στόμα, ἄκρατος ἀκκύλοις ἐπιχρώμενος, ἢ ἀδιακείμενον ἔχειν δύνηται, νύκτας ἐπὶ τούτοις διηγήμασι, καὶ τὰς ὑπερχρωσας ὕπνους, καὶ ἡλύσιον ἀθύνη γάμησιν. ἀφ' ἧς ἀναστὰς ἕκαστος, ἀθὺ λυτροῦ χρεὼς ἐστι. ταῦτα μὲν οὖν αὐτάδη βίου τεκμήρια. εἰ δὲ τις ἀκριβέστερον εἰ τὰ ἀληθῆ κατὰ μέρος ἐξετάζειν, ὅστις καταράσαιτο Προμηθεῖ, τὸν μενάνδρειον ἐκεῖνον ἀπόρρητος φωνήν. εἶτ' ἂ δικαίως ἐφ' ἅπαξ παλαιόμενον χράφοντι τὸν Προμηθέα ἐφ' ταῖς πέτραις, καὶ ἡλύσιν αὐτοῦ λαμπάς.

nonnullorum infœlices viri, ne ipsa quidem norunt nomina, [1] Coliadas, si fors ferat, & Genetyllidas, aut Phrygiam illam Deam, & Comum illum, pastorem perditè amantem. Sed arcana sunt sacra, & absque viris suspecta mysteria. Quid enim attinet & animorum corruptelas complecti? Postquam autem his peractis iterum discesserunt: domi statim longa balnea, & sumptuosa ac suavis mensa, multaque erga viros simulata recusatio, nam cùm satis superque ingluviem impleverint, neque gutrur ipsarum cibi quicquam ampliùs recipere possit, quasi summis digitis inscribant, singula fercula degustant, noctes ad hæc narrantes, & diversorum corporum somnos, & lectum muliebritate refertum, ex quo quisque surgens, lavacro opus habet. Atque hæc sunt vitæ constantis argumenta. Verùm siquis eorum quæ acerbiora sunt, veritatem vellet particulatim examinare, revera Prometheum execraretur in hanc erumpens Menandri vocem.

Ergo immerentem dictitant Promethea,
Pendere fixum Caucasi de rupibus?
Re-

μὲν αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, κωλιάδας, εἰ τύχοι, & γενετυλλίδας καὶ τὴν Φρυγίαν δαίμονα] Locus iste est mutilus, si quid in his video, & post γαμικὰς ponenda est hiatus nota. Nam Κωλιάδες & Γενετυλλίδες non sunt nomina eorum spectatorum, qui miseros maritos zelotypia conciant, sed numinum cognomina, quorum lucos & templa frequentabant Græcæ mulieres. Deest igitur aliquid, ut si hæc desint, aut tale: quid: γαμικὰς, & εἰς τὰ τελούν φοιτώσας τὸ ὄνομα, δὲ εἰσὶν, &c. Sic sensus constaret, qui nullus est, ut nunc legitur. *Palm.*

1 *Coliadas*] Genetyllis Veneris cognomina sunt apud Aristophan. de quibus vide Pausa. in Attic. *Cogn.*

2 Τὰς ὑπερχρωσας ὕπνους] Interpres *diuersorum corporum somnos.* Aliud enim corpus habent fœminæ vigilantes & ornatæ vestibus: aliud, nudæ & dormientes in lectis. Ovidius: *'pars minima est ipsa puella sui.* An de colore fœminarum intelligendus Lucianus. *Menagius.*

ἄλλο δ' ἢ ἓν ἐν ἀγαθὸν, ὃ μισοῦν οὐδ' ἅπαξ τὰς γυναῖκας ἔπλασεν; ὦ πολυκμηθεῖσι, ἔθνος μιαρόν. γαμεῖ τις ἀνθρώπων; γαμεῖ λάβρον. λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαν καὶ γαμηλίῳ λέχει, μοιχὸς ἐστρυφᾶν. εἶτ' ἐπιβουλαί, καὶ φαρμακεῖαι, καὶ νόσοι, χαλεπώτεραι φθινᾶν, μεθ' ἃ ζῇ πενιχρὸν τὸν βίον γυνή. τίς ταῦτα τὰ ἀγαθὰ διώκει; τίνι βίος ὁ δυσχεὴς ἔστω ὑμέτερος; ἄξιον τοίνυν ἀντιτίθεσθαι τοῖς θηλεσι κακοῖς, τὸν ἄρρενα τῶν παίδων ἀγωγήν. ὄρθρου ἀναστὰς ἐκ τῆς ἀζύγου κοίτης, τὴν ἐπὶ τῶν ὀμμάτων ἔπι λοιπὸν ὕπνου ἀποτινύμενος, [1] ὕδατι λιτῷ τὴν ἱερὰν χλαμύδα ταῖς ἐπωμίσιν περόναις συνάψας, ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεται [2] κρύπτα κεκυφώς, τὴν μυδῶσαν τῶν ἁπάντων ἐξεσμένος ὀφθαλμῶν. ἀκόλουθοι δὲ καὶ παιδαγωγοὶ, χορὸς αὐτῷ κόσμιος ἕπονται, τὰ σεμνὰ τῆς ὀρχήσεως ὀργανα κρατοῦντες. ὑπεῖσι κτενὸς εὐθμὸς κόμιμον καλαύχαιν δυναμένας, ἐδὲ ἔσοπτρα τὴν αἰνιγμάτων χαρακτῆρα ἀχράφους εἰκόνας, ἀλλ' ἢ πολύπλυκοι δίλτοι καθ' ἓν ἀκολουθοῦσι, ἢ παλαιῶν ἔργων ὀρθὸς φυλάττουσαι βίβλοι. κἀν εἰς Μουσικὴν δίοι φοιτᾷν, εὐμελὴς λύρα. πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς μαθήμασι λιπαρᾶς εὐαθλήσας, ἐπειδὰν ἡ ἀφθονία τῆς ἐγκυκλίου ἀγαθῶν πορείας, τὸ σῶμα τοῖς ἐλευθερίοις ἀσκήσεσιν εὐπονεῖ. ἕπεσθαι γὰρ ἵπποι

Repertus ignis huic, aliud nihil boni.
Sed quod Deos odisse cunctis credidi,
Invenit idem fœminas, ô Dii boni,
Genus sceleſtum. Ducit aliquis conjugem?
Clam ducit: & mox cupiditates plurimæ,
Et nuptiali mœchus illudit thoro,
Venena dehinc, insidiæ, morbi, invidiæ,
Gravissima, quo fœmina omni quam fovet.

Quisnam hæc bona sectatur? cujus animum adeò infœlix vita demulceat? Æquum igitur fuerit muliebribus hisce malis opponere masculam puerorum vivendi rationem. Postquam mane surrexit ex lecto non conjugali, reliquumque somnum ab oculis abstersit aqua vili, & sacram chlamydem humeralibus fibulis astrixit, paterna domo egreditur capite demisso, ac neminem omnium ex adverso intuens. Assectæ autem, & pædagogi, turba conveniens ipsi, sequuntur, venerabilia virtutis instrumenta manibus tenentes, non secti pectinis incisuras, quibus coma demulceri queat, neque specula formarum oppositarum, non pictas imagines: sed vel multiplices pugilares à tergo sequuntur, vel veterum virtutes operum custodientes libelli: quòd si adeunda sit Musici schola, sequitur sonora lyra. Omnibus autem philosophicis animi disciplinis abundè exercitatus, ubi jam mens cyclicis illis bonis satiata fuerit, corpus quoque liberis exercitationibus excolit. Nam illi curæ sunt equi Thessali, breviter-

1 Τ' ὕδατι λιτῷ] In Angl. Cod. legitur ὕδατι λιτῷ καὶ χιτωνίσκον χλαίδα ταῖς ἐπωμίσις περόναις. Bourd.

2 Κάπα κεκυφὼς καὶ μαδήνα ἢ ἀπαίστων ἐξεσμένος ὀφθαλμῶν] Si quid mihi credis lector, leges ἢ ἀπαιστώντων, non ἢ ἀπαίστων, id est, occurrentium: meliorem multo sententia. Palm.

1 Ἀνεπ-

μέλησιν αὐτοῖς. καὶ βραχὺ τὸν νεότητος πολεμοῦντας, οὐ εἰρήνη μελετᾷ τὰ πολεμικὰ, ἄκοντος ἀφιεὶς, καὶ βέλη δι' εὐστόχου δεξιᾶς ἀποπέμπων. εἶθ' αἱ λιπαραὶ παλαῖσται, καὶ σοὶ ἥλιος μεσημβρινὸν θάλπος ἰσχνίζεται τὸ σῶμα πυκνούμενον. οἵ τε τῶν ἀγωνίων πόνων ἀποτελέζοντες ἱδρῶτες, μεθ' ὧν λυτρὰ σωτήρια, καὶ τράπεζα τῇ μὴ μικρὸν ἐπιφοῦσα πρόξει. πάλιν γὰρ αὐτοῖς διδάσκαλοι, καὶ παλαιῶν ἔργων αἰνιττόμενοι, καὶ ἐπιμελόμενοι μνήμης, τίς ἀνδρεῖος ἥρως, ἢ τίς ἐπὶ φρονήσει μαρτυρούμενος, ἢ οἷοι δικαιοσύνῃ, καὶ σωφροσύνῃ θαυμασθέντες. τοιούτοις δρεπτοῖς ἀπαλὴν ἔτι τὴν ψυχὴν ἐπαρδόν, ὅταν ἐπέρᾳ τὸν πρόξιν ἐρίσῃ, τί χαιρὸς ἀναγκῇ τὸ ὀφειλόμενον δασμὸν ἐπιμετρήσας, ὑδίοις ὕπνοις καθεύδῃ; τοῖς μετ' ἡμέραν καμοῦσι τοῖς ἐπὶ μικροῦ. τίς οὖν ἂν ἐφηβὴς ἐφίβου γένοιτο τοιούτου; τίνι δ' ὅτου σωφροσύνῃ μὴ αἱ τῶν ὁμιλούντων βολαὶ, περὶ ὧν οἱ τῆς Δηναιᾶς λογισμοί; πῶς δ' οὐκ ἂν ἀγαπήσειε τὸ σὸν παλαίσματος μὴ Ἑρμοῦ, Ἀπόλλωνα ἢ σὺ λύρας, ἱππικὴν ἢ ὡς Κάστορα, θείας ἢ δρεπτὸς Δηναῖ διώκοντα σώματος. ἀλλ' ἐμοὶ μὲ δαίμονες ἐφόροι, βίου εἴη δαιτικῆς ἔτος, ἀπαντικρὺ δ' φίλου καθίζεσθαι, καὶ πλησίον ἠδὺ λαλοῦντος ἀκούειν. ἐξίοιμι ἢ αὖθις, συνεξίοιμι, καὶ παντὸς ἔργου κοινωνίαν ἔχειν. δέξαιτο μὲν ἂν ἐρῶν τις δι' ἁπλότητα, καὶ ἀμελήτου βίου, τὸ συγχόμενον ἀλύπως εἰς γῆρας ὁδόντων, μηδεμιᾶς τὸν

viterque juventutem domans in pace meditatur res bellicas, ſpicula emittendo, certaque dextra ſagittas vibrando. Deinde & unctæ palæſtræ, & ad ſolis meridianum calorem oppletur pulvere corpus denſatum, deſtillanteſque contentioſorum laborum ſudores, poſt quos lavacra brevia, & menſa ſobria, rebus paulo pòſt gerendis non adverſa. Rurſum enim ipſi præceptores, & veterum operum exempla inſinuantes & curantes recordationes. Nempe quis heros fortis fuerit, quis ob prudentiam publico teſtimonio coheneſtatus, aut qui juſtitiam ac temperantiam amplexati fuerint. Hujuſmodi virtutibus tenerum adhuc animum imbuens, quando jam veſpera rebus gerendis finem imponit, tributo, quod ventri ex neceſſitate debetur depenſo, ſuaviores ſomnos dormit, poſt diurnos iſtos labores ad tempus conquieſcens. Quis igitur talis ephebi non fieret amator? cui verò adeò fuerit hebes oculorum acies, & luxata mentis ratiocinatio? Quomodo verò non amaret illum, in palæſtris quidem Mercurium, inter lyras autem Apollinem, equitatorem verò ceu Caſtorem, ac divinas virtutes mortali corpore proſequentem? At mihi quidem ô Dii cœleſtes, utinam perpetua ſit hæc vita, ex adverſo amici ſedere, & ſuave loquentem propè audire, & cum exeunte, ſimul exire, & omne cum eo opus commune habere. Optarit igitur amator, ut ſuus amaſius, per illæſam, & inconcuſſam vitam, abſque moleſtia poſſit ad ſenectutem pervenire nul-

1 Ἀπαντικρὺ φίλου καθίζεσθαι, καὶ πλησίον ἠδὺ λαλοῦντος ἀκούειν] Reſpexit ad Oden Sapphus, à Catullo Latinè redditam. *Menagius.*

χης περιρρήσσω βάσανον ἐπήρειαν. εἰ δὲ καὶ οἱ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως νόμοις, [1] νόσος ἐπιψαύσειεν αὐτῷ, κάμνοντι συνοσήσω, καὶ ἅμα χειμαζομένῃ θαλάττῃ ἀναζεύξω συμπλέουσαν. κἂν πυρανικὴ βία δεσμοῖς περιάψῃ, τὸν ἴσον ἐμαυτῷ περιβήσω σίδηρον. ἐχθροὺς ἅπαντας ὁμοίους ἐμοὶ ἕξει, καὶ φιλήσω τοὺς τούτου φιλοῦντας ἕκαστος εἰδὼς λῃστάς, ἢ πολεμίους στρατεύσομαι ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶντας, ἀμυνοῦμαι καὶ τοῖς δύναμιν. κἂν ἀποθνήσκῃ, ζῆν σὺν ἀνίξομαι. πλούτιος δὲ συνολὰς τοῖς μετ' ἐκείνου ὑπ' ἐμοῦ περιρρηγνύοις ἐπιθήσομαι, κοινὸν ἀμφοτέροις ἐπιχώσας τάφον. ἑτοίμως δὲ ἀναμείνωσιν ὅσα, μὴ δὲ τῷ καφίλῳ κοινὰ ἀπ' ἀκμάλων λήξεσθαι. τοῦτα οἱ ἐμοὶ τοῖς τῆς ἀξίας ἔρωτες, ἀλλ' ἡ Θεοῖς γείτων ἡρωϊκὴ φρόνησις συνεμάθησεν. οὓς οἷς ὁ φιλίας ἔρως, ὥχρι θανάτου συνεξέπνευσε. Φωκεῖς γὰρ νηπίων ἔτι χρόνων, Ὀρέσῃ Πυλάδῃ συνῆψε. Θεὸν δὲ τὸ τοῖς ἀκμάλοις παῖδε μεσίτην λαβόντες, ὡς ἐφ' ἑνὸς σκάφους τὸν βίον συνεπλεύσατο. ἀμφότεροι Κλυταιμνήστραν ἀνῄρουν, ὡς Ἀγαμέμνονος παῖδες. τοῦ ἀμφοῖν Λοξίου ἐφοδεύοντος. τὰς Ὀρέσῃ [2] ἐλαυνούσας ποινὰς, Πυλάδης σὺν ᾧ μᾶλλον. κεκινημένῳ συνῳκονόμει. τὸν δὲ ἐρώτικὸν φιλίαν, οὐδὲ τοῖς τοῦ Πυλάδου ὄργις ἐμέτρησεν, ἀλλ' ἐπὶ

nullius fortunæ invidam impressionem expertus. Quòd si verò etiam qualis est humanæ naturæ conditio, morbus quispiam ipsum invaserit, cum ægrotante pariter ægrotabo: si etiam per mare procellosum feratur, cum eo navigabo. Quòd si etiam tyrannica vis illi vincula innectat, par ferrum mihi circundabo. Quicunque illum oderit, meus inimicus erit, eumque benevolentia prosequentes amabo. Si verò prædones, vel hostes videam in ipsum irruentes, præter vires etiam armabor: si moriatur, vivere non sustinebo. Postrema autem mandata iis, quos proximè post illum amavi, ista dabo, ut commune ambobus sepulchrum accumulent: & ossa inter se permiscendo, ne mutum quidem pulverem à se mutuo separent. Atque hæc non primi expriment mei amores quibus dignos prosequor: sed illa Diis proxima, heroum prudentia, velut quadam lege sancivit: in quibus amicitiæ ille amor, ad mortem usque simul expiravit. Phocis à teneris annis Orestem Pyladi conjunxit: qui cùm Deum mutuorum affectuum mediatorem accepissent, perinde atque in uno eodemque vitæ navigio simul navigarunt. Ambo Clytemnestram interemerunt tanquam Agamemnonis filii, ambo Ægisthum occiderunt. Pœnas quibus agitabatur Orestes, ægriùs ferebat Pylades, cum defendebat cùm damnaretur. Nec amatoriam illam amicitiam Græciæ terminis metiti sunt: sed ad ultr-

1 Νόσος] Anglic. νόμῳ ὑπαυσίειν αὐτῷ. Bourd.

2 Ἐλαυνούσας ποινὰς] Dixi ad Petron. *Bourd.* Delphis obsessus furiis, Apollinis consilio venit Athenas in Minervæ delubrum, cujus consilio vincens, reversus est Argos. Has verò ferias placans vocavit Eumenidas apud Æschylum. *Gogn.*

1 Ἐφ-

τὰς ἐσχάτας Σκυθῶν τέρμονας ἔπλευσαν. ὁ μὲν, νοσῶν· ὁ δὲ, θεραπεύων. τὴν γῆν Ταυρικὴν γῆν, ἐπιβαίνοντες, διὰ τὴν μητροκτόνον αὐτοὺς ἐρινὺς ἐξεδέξατο. καὶ τὴν βαρβάρων ἐν κύκλῳ φθειρόμενον, ὁ μὲν, νοσῶν τὴν συνήθη μανίας πτυσμὸν, ἔκμυστο. Πυλάδης δὲ,

Ἄφρῳ δ' ἀπίψας, σώματός τ' ἐπημελεῖτ',

Πέπλοις τε πρὸς νόσῳ λύπῃ τε δυσπαθοῦς ὑφαῖς,

Οὐκ ἐφαίνετ' μόνον, ἀλλὰ καὶ πατρὸς εὐδεικνύμενος ἦν. ἡνίκα γὰρ ἐκείνη θατέρῳ μένοντι ἐπὶ τὴν φονολήπτειαν, ἡ ἕτερος εἰς Μυκήνας ἀπίοιεν, κομιδῇ γοερόμενος, μένειν ὑπὲρ ἀλλήλων ἀμφότεροι θέλουσι, ἑκάτερος τῷ θατέρου ζῶντι ζῆν ἑαυτὸν ἡγεμόνος. ἀπωθεῖται δὲ τὰς ἐπιστολὰς Ὀρέστης, ὡς Πυλάδῃ λαβεῖν ἀξιωτέρᾳ, μόνον σὺν ἐφέσει αὐτ' ἐρωμένῳ χρώμενος.

Τὸ γὰρ σφαγῆναι τοῦτό, ἐμοὶ βάρος μέγα.

Οἴμωξεται γάρ· εἰμὶ γὰρ τὰς συμφορὰς.

καὶ μετ' ὀλίγον φησὶ,

Τῷδε μὲν δίκτυ δίδυ,

Πέμψω δ' Ἄργος, ὅστις σοι καλῶς ἥξει.

Ἡμᾶς δ' ὁ χρήσων, πτεροῖσιν. Καὶ γὰρ ὅτως ἔχει τὸ πᾶν. ὅταν γὰρ ἐκ παίδων ὁ συνήθης ἔρως ἐντραφεὶς, ἐπὶ τέλει ἤδη λογίζεσθαι δυνάμενον ἡλικίαν ἀνδρωθῇ, τὸ πάλαι φιλεῖσθαι, ἀμοιβαίως ἔρωτας ἀντεπιδίδωσι. καὶ δυσχερὲς οἰκειότερον πότερος ἑκατέρου ἐστὶν, ὥσπερ ἀπ' ἐσόπτρου τὸ ἐξ φιλήσεως δύνασθαι ἐπὶ τὸ ἐρώμενον ὁμοίως πεσόν. εἰδώλου. τί δὴ ἂν ἐξ καθ' ἡμᾶς βίον ξένιον αὐτὸ τοιοῦτο ἀνεδίζοις θεσμοῖς νόμοις ἐναντίον, ὃν ultimos Scytharum fines navigarunt: alter morbo laborans, alter morbum emolliens. Et cùm in Tauricam terram ascenderent, statim occisæ matris Erinnys ipsos velut hospitio excepit: ac barbaris undique circunstantibus, alter quidem ex consueta insania collapsus, jacebat, Pylades autem spumam oris abstergebat, atque corporis Curam gerens, tegebat illud vestibus, non amatoris modo, sed & patris affectum præ se ferens. Quando igitur decretum fuit, ut altero ad cædem manente, alter literas laturus Mycenas, proficisceretur, ambo manere alter pro altero volunt, uterque in altero vivente, se ipsum vivere existimans. Epistolas à se removet, tanquam Pylade digniore, qui illas acciperet, tantum non amator pro amato factus.

Perire namque hunc est onus mihi grave:

Namque ego ille sum qui calamitates has veho.

Et paulò post dicit,

Huic quidem da litteras,

Argos enim mittam, tibi ut res bene habeat,

Occidat autem nos, cui opus.

Nam sic se habet totum negotium. Quando enim à puero simul enutritus amor ille serius, in eam ætatem, quæ ratiocinatione uti potest, confirmatus fuerit, id quod olim est amatum, mutuos amores rependit, adeoque difficile est percipere uter alterius sit amator, cùm perinde ac è speculo, amantis benevolentiæ in amatum similis cadat imago. Quid igitur ceu peregrinam voluptatem nobis exprobras, id quod vitæ nostræ proprium est, & divinis legibus de-

Ἀληθὴς ἐφ' ἡμῖς προφητεύσας.
ἀσμένως γ' οὖν δεξάμενοι, μεθ'
ἁγνῆς Ἀφροδίτης νεωκορήσομεν. ἄλλως
γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ τῷ τῶ σοφῶν
λέγουσιν, ᾧ παῖδές τε νέοι, καὶ
μάνυχες ἵπποι. γηράσκει δ' ὁ χάρων κεῖνος ἱλαφρότερος, κἄστιν τ'
φιλέουσιν. ἄγαμαι μὲν Σωκρατικὰ διδάσκαλίαν, καὶ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο
καὶ θρέπτης δικαιότατον, τοῖς ἀληθινοῖς τεκμήροις ἐπιμένειν. χρηστὸν γὰρ ἀληθείας ὁ πυθὸς ἔδειξεν, ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης
σοφώτατος. ὃς ἅμα τοῖς ἄλλοις
μαθήμασι, ἐξ ὧν τὸ βίον ὤνησε,
καὶ τὸ παιδεραστεῖν ὡς μάλιστα ὠφελεῖν ἐπεδείκνυτο. δεῖ γὰρ τὸν νέον
ἐρᾶν, ὡς Ἀλκιβιάδην Σωκράτης.
ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι παιδὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. καὶ ἔγωγε τὸ Καλλιμάχειον ἐπὶ τέλει τῷ λόγῳ ἥδιστα
συνθείην ἂν ἅπασι κήρυγμα,

Αἴθε γὰρ ὦ κήρυσσιν, ἐπ' ὄμμασι λίχνα φίλητις,
Ἔρχιος ὡς ὑμῖν ὥρεσι παιδοφιλεῖν.
Ὣς δ' νέοις ἐράασθε, πόλιν κοὔκ ἄνδρον ἔχητε.

Ταῦτ' εἰδότες ὦ νεανίαι, σωφρόνως παίζετε ἀμαθεῖς ἀφέντες, μὴ γὰρ ὀλίγης τέρψεως ἕνεκα, τὴν μακρὰν ἀκαίρους ὠδύνας, ἄχρι τῆς ἀκμῆς πλανᾶσθε πρὸ τοῦ φιλεῖν πεῖραν ἀφειμένοι. τὸ δ' ὑπέρτερον ἔρωτα σωφρονοῦντες, εἰς γῆρας ἀεὶ παιδὸν βέβαια τηρεῖτε πρὸ πεῖρα. τοῖς γὰρ οὕτω φιλοῦσι, ἥδιστος μὲν ὁ βίος ζῆν δοκεῖ, ἀδήμιάς ἀσπιλεῖς συνειδήσεως παρεχόμενος. ἀοίδιμος γὰρ μὴ definitum, perque succeſſionem ad nos tranſmiſſum. Libenter verò ipſum recipientes, cum pura mente, veluti rem ſacram tractamus. Nam verè beatus ille eſt, juxta ſapientum ſententiam,

Cui pueri molles, & equi ſolidam ungulam habentes,
Huic minimum gravis eſt cana ſenecta viro,
Si quem adamant pueri.

Socraticæ verò doctrinæ, & ſplendidum illud virtutis examinandæ judicium, etiam Delphicis cortinis eſt approbatum. Nam veritatis oraculum Pythius reddidit, omnium virorum Socrates ſapientiſſimus: qui pariter cùm cæteris præceptis, quibus vitam humanam promovit, & puerorum amorem, ceu rem præcipuè utilem, admiſit. Convenit autem juvenes amare, ut Alcibiadem Socrates, qui ſub una eademque patris chlamyde ſomnos dormivit. Atque equidem Callimachi illud præconium, ad finem orationis libentiſſimè omnibus apponerem,

Namque utinam cupido ſectantes lumine amatos,
Erchius ut pueros juſſit amare ſenex,
Sic & ametis eos, fortique habitetis in urbe.

His cognitis adoleſcentes, modeſtè cum bonis pueris verſamini, neque modicæ delectationis gratia, longa effuſa benevolentia, uſque ad vigorem ætatis, fictos amandi affectus protendite: ſed cœleſtem Amorem adorantes, à pueritia ad ſenectutem uſque firmos affectus conſervate. Nam hoc pacto amantibus, ſuaviſſimum eſt vitæ tempus, nulla inhoneſta conſcientia inhabitante. Celebris autem illorum fama, poſt

1 Ἔρχιος] Anglic. ἔρχητι. Bourd.

1 Κ'μεν-

ζεύναιεν αἰς πάντως ἀμφοτέροις κληδόνες. εἰ δ δεῖ Φιλοσόφων παισὶ πιστεύειν, αἰθὶς μὴ γῆν ἐπόλχεται τὰς τῶνδε ζηλήσεις. οἱ δ ἄμεινον ἀπολαύοντες, ἔχουσι τὸ ὄφελος χάρας, τὸ ἄφθαρτον. τοιαῦτα δ Καλλικρατίδα σφόδρα νεανικῶς συμπολογησαμένου, Χαρίκλεια μὲν ἐκ δευτέρου λέγειν πειρώμενον, ἐπίσχον. ὥρα γὰρ ἦν ἐπὶ ναῦν κομίζειν. διομόσαν δ' ὅ, τι φρονοῦσιν ἀποφήνασθαι, δι' ὀλίγων τὰς ἑκατέρου λόγους διοιθμησάμενον, ἐκ τῆς ὑπογυίου φημὶ, μὴ παρημελημένως, ὑμῖν ὦ ἑταῖροι, τὸ τ λόγων ἔοικεν ἀπειρεδιάσαι, διλωτὸς δ, καὶ νὴ Δι' εὐσωμίαις φρονοῦσιν ἐναργῆ τοῦτ' ἐστὶν ἔχειν. χαίδον γὰρ ἥδιον ἐστιν, ὅ, τι τ λοιπὸν εἰπεῖν ἑτέρῳ δύναται παρήκοντι. καὶ πολλὴ μὲν ἡ τ πραγμάτων ἐμπειρία, πολλὴ δ' ἡ τ λόγων δεινότης. ὡς ἔγωγε ἂν εὐξαίμην, ἕως ἂν ὑπάρχῃ, ἡνίοχ Θησαμένης ἐκεῖνον ὁ κόθορνον, ἵν' ἄμφω νεικηκότε, ἐξίοιτε βαδίζοντε. πλὴν ἐπειδήπερ ἀνῆσται σὺν ἑοίκατε, καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς μεταξὺ πλοῖ, ὡς τ αὐτῶν ἐκέκευκα διοχλεῖν, τὸ μάλιστα δοξάσαι νῦν μοι δίκαιον, ἀποφαίνεσθαι. χαίρει μὲ, ἀνδρώπους βιωφελὲς πράγμα, καὶ μακάριον, ἐπὶ τοῖς εὐτυχοῦσι. παιδικὰς δ' ἔρωτας, ἅσπερ φιλίας ἀγαθὰ δίκαια ἐσθιόντων, μόνης Φιλοσοφίας ἔργον ἡγοῦμαι. διὸ δὴ γαμητέον μὲν ἅπασι, παιδεραστεῖν δ, ἀφείσθω μόνοις Φιλοσόφοις. ἥκιστα γὰρ εὐναικεῖν ὀλόκληρον φρενὶ φύσις. καὶ σὺ δ' ὦ Χαρίκλεις, μηδὲν ἀποστ mortem ad omnes passim emanat. Quòd si verò Philosophis adhibenda est fides, etiam æther post terram eos excipit, qui ista sectantur: qui meliori fato morientes, præmium hoc virtutis incorruptibile consequuntur. Atque hæc cum Callicratidas, valdè juveniliter jactando amplificasset, Chariclem denuo dicere conantem, repressi, tempus enim erat ut ad navem descenderemus. Rogantibus autem illis, ut de eo quod sentirent sententiam dicerem, breviter enumeratis utriusque orationis argumentis. Non temerè, inquam, & negligenter, amici, orationes istæ videntur à vobis effutitæ ex tempore, sed continuæ & solidæ meditationis per Iovem manifesta hæc vestigia sunt. Nam eorum quæ ab utroque dici poterant, fermè nihil est prætermissum. Multa verò rerum inest experientia: sed major verborum gravitas. Itaque optarim equidem, si fieri posset, Theramenes ille cothurnus fieri, ut ambo victores æquo pede procederetis. At quoniam nihil remissuri videmini, & ego inter navigandum, non decrevi de rebus iisdem interpellari, id quod mihi maximè videtur justum esse, pronunciabo. Nuptiæ quidem ad vitam hominum promovendam res in primis utilis, & beata, quoties ex sententia contingunt. Puerorum autem amores, qui casta amicitiæ jura conciliant, solius Philosophiæ opus esse duco. Quare omnibus quidem conjugio est vacandum: sed pueros amare, solis Philosophis relinquatur. Minimè enim mulieribus perfecta virtus innascitur. Tu verò Charicles nequaquam

ε Ἄμεινον ἀπολαύοντες] Angl. Cod. ὁ δ ἀμείνονα βίον λαθὼ. Bourd.

ι Ἔλε-

χθεσθῆς, εἰ παῖς Ἀθήνας ἡ Κόρινθος εἰξέ. καίτοι μὰ τὸν αἰδῆ σωφρόνως λόγῳ τῷ κείσθω ἐπισπάσας, ἐξανέστην. ἐώρων γὰρ ὑπερηφανῆ τὴν Χαρικλέα, δεδημοκοπῶς ἀπὸ τοῦ παντὸς κατακείμενον. ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ἱλαρὸς τῷ τρόπῳ φαιδρὸς ἀναπηδήσας, σφοδρὰ σφόδρα σεβασμῶς. εἴκασεν ἄν τις αὐτὸν τῇ Σαλαμῖνι Πέρσας κατανεναυμαχηκέναι. καὶ τότε τὸ κείσθω ἀπωσάμην, λαμπρότερον ἡμᾶς ἑστιάσειν αὐτὸν τῇ νίκῃ. καὶ γὰρ ὄντως τὸν βίον μεγαλοφρονέστερον. ἡσυχῇ δὴ καὶ τὸν Χαρικλέα παρηγορήσαμεν ἐπὶ τῇ δεινότητι τῶν λόγων, σπουδῇ ὑπερβαλλόμενον, ὅτι ἀχαριστέρῳ μέρει δικαίως συνεγένοντο. ἀλλ' ἡμῖν μὲν ἐν Κνίδῳ ἀφθονία, καὶ τὰ δαιμόνια τῇ Θεᾷ λαλητέα, σπουδὴν ἱλαρὸν ἅμα, καὶ παιδιὰν ἄμικτον ἐχούσῃ, τῆδε μὴ διεκρίθη. σὺ δὲ ὦ Θεόμνηστε, ὁ τῶν ἑωλοτέρων ἡμῶν ἀνασκαλεύμενος μνημῶν, εἰ δίκαιος τότ' ἦσθα, πῶς ἂν ἀπεφήνω; Θεο. Μελιτίδην, ὦ Κόρινθιοι οἶμαι με φῆς Θεῶν, ἵνα τοῖς ὑπὸ σοῦ δικαίως κεκρίσθαι ἐναντίαν φέρω ψῆφον; ὃς ὑπ' ἄκρας ἡδονῆς τὸ λεχθὲν ἀφαιτίδιον ἐν τῇ Κνίδῳ ᾠδήμην, ὀλίγου τὸ βεβαρὺ τοῦτο δημάριον αὐτὸν ἡγεμόνα εἶναι, τὸ νεῶν ἐκκριτον. ὅμως δ' ἦν, εἰδὼς γὰρ ἀπεχεῖς ἐν ἑορτῇ λέγειν, πᾶς δ' γέλως καὶ ἐπιεργόν ἦν, παιγνιεύζειν δοκεῖ, τὸν ἄγαν ὑπὸ [2] τῆς παιδιᾶς κατωφρυωμένους λόγους, ἐξευμαζον μὲν ὑπὸ τῇ σωφρόνῃ, πολὺ δ' ἀπὸ

quam ægrè feras, si Athenis Corinthus cedet. Equidem ego præ verecundia brevi oratione accelerato judicio surrexi. Animadvertebam enim Chariclem supra modum tristem, propemodum ac si morte damnatus fuisset. Athenienſis autem alter, lætoquodam modo alacer exiliens, incedebat valdè insolenter. Putasses ipsum ad Salaminem Persas navali prælio debellasse. Et hoc saltem ex judicio consequutus sum, quòd splendido victoriæ convivio nos excepit. Etenim erat aliàs vita magnificentior. Tacitè etiam Chariclem sum consolatus, ob gravitatem verborum, assiduè admirando, quòd difficiliori parti, tam potenter esset patrocinatus. Cæterum & illa in Gnido commoratio, quæque apud Deam dicta sunt, habentia pariter & ſerium hilare, & jocum eruditum, ad hunc ferè modum dirempta sunt. Tu verò Theomneste, qui obsoletam harum rerum memoriam nobis excitasti, si judex tum fuisses, quam sententiam tulisses? *Theom.* Melitidem, aut Corœbum me putas esse per Deos, ut iis quæ justè judicasti, contrariam sententiam feram? Qui quidem præ summa eorum, quæ modò dicebantur, voluptate, in Gnido commorari me putabam, propemodum parvam hanc domunculam, ipsum illud templum esse existimans. Sed tamen (nihil enim indecorè die festa dicetur, & risus omnis, etiamsi nimius fuerit, ad celebritatem pertinere videtur) orationem illam ab amatore puerorum, cum nimio supercilio prolatam, admirabar quidem ob gravita-

1 Ἱλαρῷ τῷ ἤθει] Angl. τῷ σχοινίῳ. Aliter tamen Interpres nec malè. *Bowd.*

2 Τῆ παιδιᾶς] Florent. Codic. τῶ παιδιᾶς. Idem.

[1] Ego-

ἡμῶρες φόμλω, ἐφήβῳ παιδὶ συνδιημερεύοντα, παιπαλόεσσ δίκῃ ὑποφέρειν, καὶ τοῖς ὄμμασι δ' ἡδίλως μονουχὶ ταντάλου ζῶντος, ἐξὸν χρύσεα, δεινὴν ὑπομένειν. ὡ γὰρ δοκεῖν τὸ θεωρεῖν ἐρώμενον, ὡσὶ ἀπαπτικρὺ κεχηνότα κάλλους, καὶ λαλεῖν τοῦ ἀκούειν, ἀλλ' ὥσπερ ἡδονῆς κλίμακος συμπηξάμενον ἔρως, ταχὺ τον, ἔχῃ βαθμὸν ὄψεως, ἵνα ἰδῇ καὶ θιάσῃται, ποθεῖ ταχέως ἐφάψασθ. δὲ ἄκρων γὰρ δακτύλων κἀν μόνον θίγῃ, πᾶν ἀπαλαύσεως, εἰς ἅπαν ἀμφιβεῖ τὸ σῶμα. τυχὸν δ' ὁμοίως τάτε, τρίτον πέρας ἐπαγ φιλήματος, σὸκ ἀνὼ ταχέως, ἀλλ' ἠρέμα χείλη ταχυγλύσας χείλεσιν, ἃ πρὶν ἡ ψαύσαι τελείως ἅπτη, μηδὲν ὑποψίας ἔχον καταλιπών. εἶτα ταχὺς τὸ παρῆκεν ἁρμοζόμενον, ἀεὶ λιπαρεστέρας μὲ ἀσπασμοῖσιν ἐντείνει, ἕως ὅτε καὶ ἀμφιβάλλων ἡσυχῆ τὸ σῶμα. τῷ δ' χαιρῶν ἡδέμενος παρέηκεν ὀργήν. αἱ γὰ φανεραὶ τῶν ἀφῆκτῶν συμπλοκαί, τὸν ἡδονὸν συνάπτουσιν. ἢ λαθεῖσα ὑγρᾶς ἡ δίκη καὶ κόλπα δύσα, μικρὸς βραχὺ τὸν φύσιν ὑποροιδοῦσας πίζῃ. καὶ σφεροῦσης γαστρὸς, ἀμφιλαφὲς τοῖς δακτύλοις ἐπιδράττεται ὀμφαῖς. μὴ τοῦτο, καὶ ταχὺ χιν ἀνθ' ἡδονῆς. καὶ τὸ παρὸν ἀναμετρήσασθαί με δεῖ; τοσαύτης τυχὸν ἐξουσίας ὁ ἔρως, θερμοτέρου τινὸς ἅπτεται πεύγματος. εἶτ' δὲ μηρῶν ταχυσιμασάμενον, καὶ τὸ καμινὸν αὐτὸ ἐπιπαιξεν. ἐμοὶ μὲ ὅτω παιδιεργεῖν γένοιτο. μετεωρολέσχαι δ', καὶ ὅσα τὸν φιλοσοφίας ὀφρῦν ὑπὲρ

tatem, sed ad demulcendum animum parum facere arbitrabar, cum puero impubere quotidianam consuetudinem habere, & interim Tantali pœnas sustinere, ac pulchritudine oculos tantum non inundante cum haurire liceat, sitim perferre. Neque enim satis est aspicere eum quem amas, neque ex adverso sedentem, & loquentem audire, sed perinde atque scalis quibusdam voluptatis compactis, amor primum visus gradum habet, ut aspiciat amatum: deinde ubi aspexerit, cupit adductum contingere. Summis itaque digitis, tametsi solum attigerit, fruitionis istius delectatio totum corpus mox percurrit. Postquam autem hoc potitus est facilè, tertium osculi conatum addit, non statim curiosum illum, sed labia labiis admovendo sensim, quæ priusquam planè contingat, abstit, nullo suspicionis vestigio relicto. Deinde verò ad id quod porrigitur applicans sese, semper exquisitioribus amplexibus illiquescit, interdum quoque tacitè os diducens. Nec manuum ullam segnem esse finit. Nam manifestæ, eorum quæ sensu percipiuntur, amplexationes, voluptatem conglutinant. Aut clàm dextra molliter per sinum subingressa, mammillas, pro sua naturæ, modicè extantes, premit: & solidi ventris exuberans illud digitis contrectat æqualiter. Post hæc, & primam succrescentis pubis lanuginem.

At quid attinet me occultiora ista longiùs persequi? Tantam igitur nactus potestatem amor, fervidius quoddam opus attingit. Tum ducto à femoribus exordio, juxta Comicum ipsum percutit. Mihi quidem ita pueros amare contingat. Illi verò qui de rebus sublimibus, nugantur, quique philosophiæ supercilium, supra

ipsa

αὐτὰς τὰς κρηπίδας ὑπερήρκησι, σπουδῶν ὀνομάτων κωμῳδήμασι τὰς ἀκροάσεις ποικιλιεῖσθαι. [1] ἐρωτικὸς γὰρ ἦν, εἴ τις ἄλλος, καὶ ὁ Σωκράτης. καὶ ὑπὸ μίαν Ἀλκιβιάδης αὐτῷ χλαιδίῳ πλιθεὶς, σὺν ἁπλῇ ἀνέστη. καὶ μὴ θαυμάσῃς. [2] ᾠδὴ γὰρ ὁ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἠγαπᾶτο, μέχρι δὲ τῆς ἀπαντικρὺ κορήζαις, δύσμισος Αἰακίδης ὁ πότε λήξειν ἀείδων. ἀλλ' ἰὼ καὶ τῆς ἐκείνων φιλίας [3] μεσίτης ᾠδή. τίνων γὰρ Ἀχιλλεὺς τὸν Πατρόκλου θάνατον, ἀπεμιδύτῳ πάθει τοὺς τῶν ἀληθείων ἀπερράγη. [4] μηρῶν τι τῶν σῶν δύσηχες ὁμιλία καλλίων. τοὺς γὰ μὲν ὀνομαζομένους παρ' Ἕλλησι κωμῳδοὺς, ᾠδὴν ἀλλ', ἢ δῆλος ἐγωγὸς νομίζω. πέμπε φησὶ τὰς αἰχρὰς ταύτας εἶναι λέξεις, πλὴν ἀληθῆ γὰ τὴν τῶν Κνιδίαν Ἀφροδίτην. Λυ. ὕστ' ἀνέξομαί σου φίλε Θεόμνηστε, ἄλλων δέχου καταβαλλομένων τερπνῶν λόγων, ἢ ἀκούειν τὰ ἑορτῇ μόνον εἰκύς ἐστι. τἄλλα δ', ἅ ἡμῶν ἄπωθεν πόρρω ἀπωκίσθω. ἀφίλμυοι δ' ἐσ παρέλκουσι πλείω χρόνον, εἰς ἄγρην ἐξίωμεν. ἤδη γάρ εἰκὸς ἐστι, ὑφάπτειν τῷ Θεῷ τὴν πυρὰν. ἴσθι δ' ὅτι ἀπρακὴς ἡ θέα, ἅ σε Οἴτῃ παθῶν ὑπομιμήσκουσι τὰς παρούσας.

ipsa tempora attollunt, gravium verborum insolentia indoctos pascant. Amori enim deditus fuit Socrates, si quisquam alius, & sub uno eodemque pallio cum eo cubans Alcibiades, non intactus surrexit. Ac ne mireris: neque enim ab Achille Patroclus amabatur, eatenus ut ex adverso illi sederet. Æacidem expectans, dum cantus finiat ille. Sed erat & illorum amicitiæ mediatrix voluptas. Cùm igitur Achilles Patrocli mortem gemeret, parum custodito affectu in veritatem erupit. Femorum & tuorum sancta conversatio melior. Illos verò qui apud Græcos [5] comastæ vocantur, nihil aliud quam manifestos amatores existimo. Fortè dixerit aliquis hæc dictu esse turpia: at per Gnidiam Venerem sunt vera. *Luc.* Nec te feram, chare Theomneste, aliud principium tertii sermonis ponentem, quod audire festo solùm die par est: cætera verò procul à meis auribus amandare. Sed omissa diuturniori mora, in forum excamus. Verisimile enim est Deo jam accendi rogum. Nec injucundum est illud spectaculum quod ea commemorat præsentibus, quæ in Oeta passus est.

1 Ἐρωτικὸς γὰρ ἦν, εἴ τις ἄλλος, καὶ ὁ Σωκράτης] Ipse Socrates apud Lucianum in Auctione Philosophorum, παιδικὰς εἶχε. ἐσ στέρξ τὰ ἐρωτικά. Menagius.

2 Οὐδὲ γὰρ ὁ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἠγαπᾶτο] Similiter Martialis lib. 11. ep. 44. Æacidæ potior levis amicus erat. Aliis Achilles, Patrocli τὰ παιδικά. Idem.

3 Μεσίτης ᾠδή] An μίσπης. Idem.

4 Μηρῶν τι τῶν σῶν δύσηχες ὁμιλία καλλίων] Tragici cujuspiam, aut Comici, versiculus. *Idem.*

5 *Comastæ*] Vox est Eidilliorum scriptoribus usitatissima, pro his qui cantu puellis blandiuntur & earum amorem captant Theocr. Idyll. 3. *Cogn.*

Τέλος τοῦ Λυκίνου μέρους.

DE-

DECLAMATIO

D. ERASMI ROTERODAMI,

Luciani Tyrannicidæ respondens.

ARGVMENTVM.

Ejusdem generis hæc cum Tyrannicida, ejusdemque status est, sed adversaria. Vt enim illic contenditur præmium esse dandum tanquam tyrannicidæ, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hic negatur eum satisfeciſſe legi, aut tyrannicidam esse, qui non ipsum tyrannum, sed filium tyranni occidiſſet. Exordio benevolentiam captat, à persona Iudicum, deinde calumnia adversarii, qua in suſpicionem adductus fuerat, quasi ipse quoque tyrannidi faveret, quia illi præmium dandum negabat, respondet per absolutionem primùm, deinde & per inficiationem ex locis conjecturalibus, elevata, interim illius persona, atque ipso viciſſim in suſpicionem, ex modo actionis vocato. Post exordium propoſitio sequitur cum attentione, & admonitione Iudicis, quorsum in hac cauſſa maximè spectare debeat, atque inde ad confutationem venitur. In qua primum refelluntur ordine capita illa, quæ alter in argumento ab imo ad summum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntatē quidem opponit voluntatem legis, ut quæ non quid quiſque voluerit, sed quid effecerit, spectet, neque cogitationes, sed facta præmiis compenset. Conatum verò elevat variis ac multis similibus & exemplis, oſtendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut aliis denique id genus rebus satis esse, conari aliquid & cœpiſſe, sed præstari oportere. Effectum conditiones sequi, non conatum. Et quòd alter etiam conatum in legibus spectari dixerat, id diſtinguit, oſtendens diversam esse rationem præmiorum & pœnarum. Innocentiis interim & voluntatem puniri, in beneficiis autem nunquam præmium dari, niſi ei, qui quod lex proponit, re ipsa effecerit. Postremò & patriæ gratis inservire ac officium præstare cives debere & illum satis mercedis pro conatu suo retuliſſe, laudem & gloriam. Effectum autem refellit, quia non ſimpliciter id effecerit quod lex jubet, sed fortuna seu numine ita ferente, cadem filii, mortem patris conſecutam esse. Non enim quia ipſius gladio tyrannus poſtea seipſum confecerit, ob id ipſius hoc factum esse. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum, & quidnam pater, occiſo filio facturus fuerit, & hic conſilium quoque petituris subvertit, primò ut incertum & periculoſum, neque certis rationibus firmatum, de-

inde etiam ut fictum, & post eventum rei, demum simulatum. Denique non idem esse occidere, id quod lex jubet, & mortis caussam qualemcunque prabere: idque iterum multis similibus probat. Atque hoc loco disputationem suprà cœptam renovat, de eo quatenus voluntas in legibus spectatur, & in quibus per se sufficiat, nempe in maleficiis & non in beneficiis, & ob id neque hic præmium illi deberi, ut qui cœperit, non absolverit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco ad aggreditur, quod petitor in narratione potissimum amplificat, puta filium fuisse caput & caussam tyrannidis, eoque sublato, etiam tyrannidem sublatam fuisse. Ac primò quidem filium ostendit non fuisse tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis signis, & cæteris rationibus: qua alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, ut maximè fuerit, legem jubere ipsum tyrannum non ut quisque tyranno similis, aut nocentior etiam est, occidere. Et hic multis verbis de authoritate legum disputat, & quod non temerè verba legum huc aut illuc deflectenda sint, alioqui multa pericula & incommoda ex eo secutura esse. Postremò etiam ipse locum ab imo ad summum tractat, & ut alter voluisse, egisse, effecisse se dixerat, ita hic contrà neque animum ad rem gerendam habuisse illum, neque recta via aggressum esse, neque denique id quod lex jubet, perfecisse ostendit. Et sub hac orationem concludit, brevi capitum repetitione, & conformatione seu prosopopœia, legum, reipubl. & deorum quoque expostulantium cum petitore, ut iniquè & præter moritum, præmium petente.

Si mihi caussa hæc ludices, apud concionem popularem quæ studiis potiùs, quàm exacto rerum judicio duci consuevit, esset agenda, ac non magis apud ludices ex honestissimis ordinibus delectos, nimirum gravissimos sapientissimosque, nonnihil profectò vererer, ne omnium animis nova hac & insperata lætitia gestientibus, atque (ut ita dixerim) exultantibus, nec satis attentos, nec dociles essem auditores habiturus. Porrò faventes, benevolosque multò minus: quippe qui faciem modo, quasique personam hujus negotii intuentibus, non faciem ipsam propiùs contemplantibus videri fortasse possim, in communi totius civitatis gaudio, tum autem in caussa tam popularí, velut importunius obstrepere atque obturbare. Enimverò quum omnis affectus inutilis est ad recte judicandum, tum ingens, intemperans, atque exundans lætitia, non solùm judicium omne funditus tollere solet, verumetiam nostri sensus non rarò nobis eripere: præsertim (si quemadmodum hæc nostra) post graves diuturnasque calamitates, ac veluti tempestatem sævissimam repentè præterque spem (quasi portus quidam) fuerit objecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini, quàm servitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quàm libertas? Itaque non rebus modo ipsis, sed vel inanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet im-

impelli: maximè primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut æstus quidam impotens, omnia sursum ac deorsum miscet, dum lætitiæ temulentia, dum gratulandi dulcis quædam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum instituere non sinit. Verùm vestra iudices singularis sapientia perspicacitasque non hoc tantùm scrupulo me levat, verùm & hanc mihi fiduciam suppeditat, uti sperem futurum, ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec invidentia, nec favore in Tyrannidem (sicut iste calumniabatur) sed solita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate suscepi, vobis non modò non invidiosum, sed favorabile, plausibileque videatur. Etenim postquam viderem manifesta quadam Deorum benevolentia, post diuturnam ac miserrimam illam servitutem, toties Reip. votis expetitam libertatem aliquando contigisse, nihil priùs curandum nobis esse judicavi, quàm ut gratos nos exhiberemus in eos, à quibus nobis tam egregia felicitas esset profecta, quò videlicet munus suum huic urbi proprium, perpetuumque facere vellent, & constabilire, tuerique quod largiri non essent gravati, meminissemusque iisdem in manu esse, ut eriperent ingratis, quod optantibus dedissent. Sunt autem vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac una ratione mortales divinæ beneficentiæ gratiam referre possumus: si beneficium acceptum agnoscamus: si celebremus, si ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putavi, ut dum nimium candidi in civem esse volumus, in deos ingrati impiique reperiamur. Neque enim isthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc præmii pereat ærario, & hujus lucris accrescat (quanquam id quoque longa jam tyrannide exhaustius est, quàm ut inde temerè dari præmia conveniat immerentibus.) Illud agitur, ne dii immortales, qui hujus malè consulta, nobis verterunt bene, hoc tantum munus à nobis tanquam ingratis reposcant, si quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem obsecro? Nempe qui quum privatus contra leges juvenem occiderit, atque hac temeritate sua restitutæ libertatis periculosam occasionem modo præbuerit, idque adeò imprudens (uti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum diis eripere, sibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipsas in jus vocare: civitatem ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem judices facinus speciosius tyrannicidio, nullum diis dignius: verùm hoc impudentior, qui sibi laudem tam eximiam usurpat immeritus. Nullum præmium honestius illustriusve, quam quod tyrannicidæ debetur. Sed hoc impensius accuratiusque spectandum, ne temerè decernatur indigno. Permulta siquidem, permulta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam divino præmio dignus quis esse videatur: quorum nihil in hunc competere, paulò pòst evincemus. Proinde cùm non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidii, tum temeritatis pœnas debeat,

eum à legibus præmium omnium maximum petere: petere dixi, imò flagitare: & ita flagitare, ut etiamsi unum ex hujus arbitrio dependerint, tamen multa insuper isti creditori sint debituræ. Quæ cuncta quum postulare jure potuisset: maluit tamen homo verecundus, unico persoluto, reliqua sibi deberi ut haberet nimirum, quod obnoxiæ Reip. quoties libido sit, possit improperare. Tum illud utrum risu potiùs, an odio dignum existimem, quòd in tribunalibus, quod apud ornatissimum severissimorum judicum consessum, Thrasonem quendam nobis è comœdia retulit? Sensistis judices, ut è corona plerique risum tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tragœdiam illam suam nobis recitabat: de sese terque quaterque tyrannicida, de sapiente illo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem interemit: digno videlicet, qui inter sydera collocetur, domino in deorum numerum relato Dii boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis suum ornavit, jactavit, exaggeravit? quàm militari jactantia, quàm Stentorea voce, quàm fastuoso vultu, quàm arrogantibus supercilliis, quàm stupidis oculis, suum ipse vobis encomium detonabat? Quæso Iudices, ut etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur? nonne dicere? ni mihi præmium decreveritis, haud feretis impune, incolumi divino illo meo, ac fortissimo gladio, qui vel sine me, meas vices, ubi lubebit, acturus est. Quis tandem istam ferat jactantiam, vel in eo, qui verè tyrannum occidisset? Hæc quoque me caussa Iudices (neque enim inficiandum est) commovit, ut hujus obsisterem petitioni, vel magis, ut immoderatam arrogantiam, ut odiosam hujus imputationem retunderem. Videbam jam inde ab initio, quum certatim universa civitas diis libertatis authoribus gratularetur, ut hic sese ira tumens in medium ingesserit, quàm indignè tulerit victimas diis servatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, sese unicum esse restitutæ libertatis authorem proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica, privataque, suæ dextræ, suo magnifico gladio deberi. Agite quid futurum denique Iudices auguramini, si id ad hujus intolerabilem jactantiam, vestra authoritas, vestra comprobatio, si præmium quasi pignus accesserit? Quid, nisi ut tyranno submoto, alter quidam huic civitati paretur, qui ventosæ linguæ, gloriæque quasi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam suam tragœdiam ingerat, quotidie dextram istam Herculanam & gladium prodigiosum minitetur? Vtrum est hoc Iudices tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videtis ipsi quàm minaci fronte me jam obtueatur. Quid mihi succenses? Quid minitaris oculis? Quid terres supercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo scilicet munere) uti, quum tu sic abutare? qui liberum tibi putaris (id quod etiam in proscenio leges fieri vetant) crimen tam atrox, tam capitale in civem impingere, tantùm quia libuit, idque apud Iudices iratos, in tam frequenti civium corona, quod nequeas vel leviſſimo confirmare argumento.

Si-

Siquidem quàm reliqua gloriosè, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuisse causſam, quare tibi contradicendi partes ſuſcipe-rem, niſi quo tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, ulciſce-rer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim in te liberet uti, mox in-telligeres quàm atrocia, quanto probabiliùs in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam invidioſum (quemadmodum tu quidem exiſti-mabas) convicium, me longè minùs, etiam territabat, quàm (quod vulgo dicunt) ex pelvi redditum fulgur. Etenim præterquam quòd neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolu-mentum, neque prorſus alia res ulla mihi cum tyranno interceſſit, cur mea referret illum vivere, ſine quibus rebus nullam in quen-quam criminis hærere ſuſpicionem, tu quoque ſcires, niſi nunquam tribunalia vidiſſes, ac niſi hodie devium te lucelli ſpes feciſſet jure-conſultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatem, pieta-tem, totamque meam vitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, ut iſto crimine tibi potiùs improbitatis odium, quàm mihi ſuſpicionem ul-lam conciliaris. Vides quàm multis adductus ſim cauſſis, ut tibi ob-ſiſterem? Denique (ſi ſcire vis) bona civium pars id à me enixiſſimè flagitavit, ut ſui patrocinium adverſum te capeſſerem, negantes ſibi videri tyrannide liberos ſeſe, niſi te à tyrannicidæ præmio dejicerem. Non quòd pudeat homini debere hanc felicitatem: tametſi id quo-que durum, ei debere qui ſic imputet. Sed debere arroganti, ſanè quàm moleſtum eſt: at debere, cui non debeas, iſtuc verò non gra-viſſimum modò, verum etiam ſtultiſſimum. Equidem ne leoni qui-dem, vel verbo refrager, ſi modò is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam importuno imputatori, tum qui nihil juverit, id verò bis miſerum eſt, bis ſtultum eſt. Nullus enim inſolentiùs exprobrat be-neficium, quàm qui quod non dedit, id vult dediſſe videri. Sed fin-ge mihi nullam eſſe cauſſam cur tibi me opponerem, niſi quia ſic ani-mo lubitum ſit meo, profectò nihil habes quod mihi jure ſuccenſeas. Etenim quum apud Iudices tam ſanctos agatur: ſi verè præmium me-ruiſti, non tibi honorem eripio, verùm etiam vehementer illuſtro, quando non paulò magnificentius eſt tyrannicidæ præmium eviciſſe, quàm tuliſſe. Sin minus, æquus veniam dabis, ſi boni civis fungor officio, ſi nullo meo emolumento Remp. debiti præmii ream defen-do, ſi ſtultitiæ crimen, ſi imprudentiæ infamiam à civitate depello, ſi non ſino, ut noſtro omnium periculo hæc urbs in deos exiſtat ingra-ta. Poſtremò ſi deorum immortalium cauſam ago, quibus honorem debitum tu conaris intervertere, ut vel hinc ſat liqueat, quanta reli-gione reliquam cauſſam egeris, qui ſtatim ingrediens tam impuden-ter ſis calumniatus: Contradicit igitur, contra Remp. favet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberæ civitatis eſſe judico, hoc loco vel tyrannorum cauſas citra fraudem agere licere. Neque tamen à vobis poſtulo Iudices, ut vel mihi proſit in cauſſa hoc meum erga Remp. ſtudium, vel huic obſit tam inſolens arrogantia: imò non deprecor invidentiæ ſuſpicionem, non refugio vel atrociſſimam illam, quam

iſte mihi conabatur impingere, invidiam, ut tyranno faviſſe videar, niſi certioribus, quàm ut à quoquam refelli poſſint, argumentis evinco, niſi demum & adverſario perſuadeo, modò ne tergiverſetur, ut quàm maximè civiliter quis agat, nullum ei deberi præmium. Sin exactiùs, ſeveriuſque, pœnam etiam ab ipſo deberi. Quæ quidem dum quàm poteſt breviſſimè facio, quæſo Iudices, ut me attentis animis atque auribus audiatis. Meminiſtis Iudices, ut iſte inter dicendum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id unum ſpectare juſſerit, quantis malis tyrannide ſimus levati. Hoc paſſim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, niſi quòd gravem ſervitutem toleraſſemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantùm vos ſpectare voluit, quod ad hoc judicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quæſtionem venit, quàm miſera ſit tyrannis, quàm optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis Iudices, quum libertas huic urbi ſit reſtituta, quanta hinc laudis portio hujus virtuti debeatur, & an id quod eventu cum hujus facto conjunctum eſt, idem cum ejus merito conjunctum videri oporteat. Relegam autem eadem veſtigia, quibus ipſe in cauſſam ingreſſus eſt, quod equidem refellendi genus ſimpliciſſimum eſſe puto ſequarque partes illas, quibus iſte rem ſecuit, id nimirū agens, ut quemadmodum ingenioſi convivatores iiſdem carnibus alio atque alio modo coquendis, condiendiſque efficiunt, ut *multa opſoniorum genera* videantur, itidem iſte nobis ex unico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iſte facinus ſuum ſibi viſus eſt mirificè attollere, & in quibus identidem reſtitabat. Quòd ſi me deturbante, vel in uno quolibet conſiſtere poterit: tum ipſe ſeſe victorem pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot præmia? Primum quòd volui, deinde quòd conatus ſum. Tum autem quòd filium occidi plus quàm tyrannum. Poſtremò, quòd pater ob mortem hujus ſibi necem conſcivit. Principio quòd voluit Iudices, quis non levius eſſe videat, quàm ut ſit refellendum? niſi quòd iſte tanta voce intonabat, toties inculcabat, quòd tyrannum voluiſſet occidere, atque id (ut nihil jam accideret) tamen præmio dignum aſſeverabat. Quid autem tam ridiculum, quàm nudæ voluntatis præmium à lege flagitare? quæ adeò nihil ad ſe pertinere putat, quid velint aut in animo ſtatuant homines, ut neque pœnam irrogent ſi quid velis modo perperam (neque præmium oſtendant, ſi quid officiosè velis: verùm id unumquemque voluiſſe interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergone, inquies, non magna facti pars eſt voluiſſe, quod quidem arduis in rebus vel ſolùm ſufficere ſolet? Rectè ſanè. Sed apud deos modo: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt, quid nolis aut velis, ab his præmium expectandum, ſi quid præclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit: & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecubus mortales agitent, adeò ſua referre nihil putat: ut non dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat quæ populari ſunt opinione famaque jactata. Poſtremò ut non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſi-

tissimis argumentis deprehensa, probata, evicta. Cedo, quod est facinus tam nefarium, cujus simplex voluntas in crimen unquam est vocata? Ista judicia Æaci, Rhadamanthique tribunalibus servantur. Hic mihi non quid volueris, sed quid feceris adferto. Quòd si nulla lex ulli flagitio supplicium minatur, quod in animo statueris, quæ tandem est impudentia, pro merito quod præstare volueris duntaxat, perinde quasi præstiteris, à lege quasi præmium postulare? Quæ quidem quum ad id unum sit comparata, ut maleficia vel deterreat, vel coërceat, multoque magis ad ejus partes pertineat, nocentibus erogare pœnam, quàm bene merentibus largiri præmia (id quod mox copiosius demonstrabimus) posteaquam in criminibus non accipit insimulationem meræ voluntatis, quæso te, in petendis præmiis ostentationem voluntatis admittet? Quis autem est civium vel quantumlibet ignavus, qui non velit tyrannum occidere, si tutò liceat? Quis non vel leno, saltem emolumenti causa velit? Denique quis non facilè simulare possit voluisse se: videlicet quò præmium gratis auferat? Visitaque dicam, quantum hoc totum habeat momenti, voluisse occidere? Nempe perinde est, quasi te somniaris occidisse. Par pari pensari convenit. Qui præstitit beneficium, ei lex beneficium rependit: atqui bene voluit tantùm, ei quid debetur, nisi ut vicissim bene velit resp. I nunc, & hoc in gradu nos jube consistere. Rem tam eximiam, inquis, animo versavi, statui, decrevi: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, si isthoc nomine postules: verùm illud interim præmii feres, velut homo nimium perfrictæ frontis, irrisus, explosus, exhibilatus discedes, quem non puduerit id à lege postulare, quod ne leno quidem ausit à quoquam petere, ut rem pro voluntate auferat, nemo tam vecors qui concedat, ut voluntatem nescio quam, hoc est, minus quàm verba pretio redimat. At non volui tantùm, inquis: verùm & periclitatus sum, ascendi, submovi satellites. Primùm isthuc tu quidem consultè facis, quod de gradu illo desiliisti, in quo nimis profecto incommodè stabas, quanquam ne in hoc quidem multò commodiùs constiteris. Nam etiam si paulò minus absurdum videatur, haud ita multò minus impudens tamen est, quum lex palàm præmium decernat ei, qui factum præstiterit, te quod conatus modo sis, præmium poscere. Ergo-ne hoc quidem juris erit apud te legibus, quod per illas est civi privato cum cive privato? Age quid siquis civium tecum iniisset contractum, ita ut ille pecuniam stipulatus, tu conditionem pactus esses, mirum ni suo uterque periculo, atque is nondum præstita conditione, nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus sum, tentavi, adnisus sum: an non protinus impudenti homini respondebis: Cedo conditionem? Nam de tuo conatu quid mea refert? quandoquidem effectum abs te pactus sum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc respondere legem: Agnosco contractum, non muto pacta: debeo præmium, sed si tu conditionem præstitisti, si tyrannum occidisti. Verbis aut obligantur, aut absolvuntur homines. Si

conato pollicita ſum præmium, non gravabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem jus eſt referre quod eſt ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In privatis ac minutis contractibus nemo tam improbus invenitur, ut lucrum conditione promiſſum poſtulet, non præſtita conditione, nemo tam ſtultus ut det, ſi quis poſtulet: & tu à Rep. maximum omnium præmium poſtulas, quòd conatus modò ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers, donec illud unum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmovi ſatellites, quantulum jam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiuſmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantùm, alterum ad illum propriè pertineat: videlicet perſolvendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmii dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert quàm anguſta mihi res, unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt, quo ſudore, quo periculo ſit ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quod ſi ego jam præſtita abs te conditione commemorem tibi in agris meis malè proveniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil avelli à malis debitoribus, non ſine gravi diſpendio conflari poſſe pecuniam, quam tibi debeam, dic obſecro nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo poſſe ſatis fieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quiſquam eſt judex tam iniquus, quin te tuo uti jure fateatur. Et mihi pulchrè ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragœdiam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiorque quàm ut legibus tam occupatis conveniat, alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quiſque nimio ſolet æſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti, facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſuevit metiri. Tametſi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verùm in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quod à præſcripto recedatur, niſi quis velit omnino à pactis diſcedere? Quid vis? Circunſpice, & ſi potes uſquam invenire exemplum, non nego præmium. Sæpenumero in pugilum Olympicis, ſæpe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti. Cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quòd ſtrenuè certaſſet? Non arbitror, atque id in re penè ludicra, certè ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniumque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti evenire, ut qui ſeſe fortiſſimè, doctiſſimèque geſſiſſet in curſu,

is

is à præmio longissimè abesset, & ignaviſſimo faveret eventus? Habeat ille sanè, quod causetur, excidisse habenas, consternatum equum, fractam rotam, jactet se vel arte, vel viribus tanto præcellentiorem, quanto Thersitæ præstitit Achilles, nisi metam prior attigerit, profectò postulandi præmii jus nullum habebit, fortunam suam incusare licebit. Cæterùm Agonothetæ non indignabitur: propterea quòd hoc animo in certamen descenderit, ut ejus uteretur conditione, id est, ita demum præmium ferret, si virtuti fortuna favente vicisset. Alioqui si conatui, non tantum effectui præmium deberetur, tot palmis esset opus, quot in Olympicum certamen venissent. Quamquam in hujusmodi ludis, qui solemnitatis voluptatisque gratia proponuntur, fit interdum, ut victis quoque præmia statuantur, non honoris, sed solatii gratia: verum seriis in rebus, atque adeò periculosis, quænam obsecro lex unquam mercedem statuit, nisi si quis facinus peregisset: & ita peregisset, ut omnes numeros implerit? A quo tu quantum abis, mox audies: nam nunc de conatu tantum agimus. Lex igitur civicam promittit coronam ei, qui civem in bello servarit. Quis unquam ad hunc honorem vel aspiravit, quòd se telis objecerit, quòd non sine multis vulneribus discesserit? Profectò nisi cive servato, nemo civicam petit. Quis unquam his verbis muralem petiit: Acriter contendi Iudices, ut mœnia superarem. Omnia feci, sed depulsus sum. Quantumlibet enisus sit, nisi conscenso muro, nemo tam inverecundus ut muralem coronam sibi deberi dicat. Obsidionalem nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Postremò nullus honos petitur, nisi ab eo qui id effecerit, ad quod honor invitat. Qui navim in tempestate desertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio est earum rerum, quæ navi vehebantur. Quorsum attinet hîc tuam jactare peritiam, sudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo navem in tutum reduceres, sed victus tempestate deseruisti, audebis quicquam ex his quæ sunt in navi, tibi vendicare? Aut si ausis, futurum speras, ut quisquam te vel pilum sinat attingere? Non opinor. Si quis unquam ovationem, supplicationem, triumphum obtinuit, quòd ad victoriam omnibus nervis esset enisus, quòd gnaviter se gesserit in bello, nisi superior discesserit, nisi præscriptum à lege numerum hostium fuderit, aude & tu tibi præmium promittere, quòd tyrannicidium sis aggressus. Quòd si nemini hominum memoria contigit, desine tibi nova spe blandiri, desine inaudito exemplo postulare, quod sperare sit improbissimum, dare postulanti stultissimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conscenderis, qua virtute satellitium tyrannicum perruperis, alios depueris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ præmium, duobus duntaxat verbis est opus, tyrannum occidi. Quantumvis conatum exaggeres, alleves, attollas, non nisi tyrannicidæ debetur præmium. Alioqui quid dices si eodem illo die, quo tu arcem conscendisti, permulti pariter aggressi, sua quisque

virtute freti: quorum nemo tamen tyrannum interemiſſet: utrum omnes tyrannicidæ præmio potientur ex æquo, nempe quia conati? Age quid ſi multis ſtrenuè rem aggreſſis, uni cuipiam, qui ſit omnium ignaviſſimus (ut non ſemper virtuti reſpondet fortuna) eum contingat interficere, an non præteritis reliquis hic unus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, ſed quoniam id confecit, cui lex honorem decrevit. Hic tu fortaſſe rurſus incipies deplorare, fruſtra ſumptam operam, negabis æquum eſſe virtutis egregios conatus merito fraudari præmio, niſi fortunæ ſuffragio adjuventur. Sed quæ tandem poteſt eſſe iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, niſi cui cordi ſit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit æquiſſimam, quiſquis ſuapte ſponte recipit. In aleæ ludo (ſi fas eſt hoc exemplum conferre) quid iniquius, quàm vel ſummum artificem ab imperitiſſimo ſuperari, ſi modo jactus commodè cadat? Atque id adeò nemo tanquam iniquum cauſatur: propterea quod cui luſus hujus lex non probatur, ei liberum erat non ſuſcipere. Itaque lex quod præſtari velit, id palàm atque in medio proponit. Quid abs te præſtari poſſit id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mavult, quàm ut res quàm optimè cadat: quod ſi poſteaquàm nihil jam intentatum reliqueris, quò minus effeceris, per fortunam ſtetit, intelligis (opinor) *nihil habere te*, quod legi ſuccenſeas. Fortunam, ſi ita lubet, *in jus voca*, *cum lege* nihil tibi rei: quæ ut nihil promittit, ita *nihil debet*, *niſi præſtanti*. Neque verò exiſtimemus Iudices, iſtud à majoribus qui hanc legem tulerunt, ſine ſumma ratione fuiſſe factum, ut conato præmium non eſſe ſtatuendum putarint: videlicet illud caverunt, non tantum ne ancipites iſtas & inexplicabiles hujuſmodi de conatu lites invitarent, verumetiam quòd intelligerent tyrannicidii conatum non poſſe, niſi ſummo civitatis periculo ſuſcipi. Vnde futurum proſpiciebant, ut ſi conatui præmium ſtatuiſſent, temeritate conantium reſp. ſubverteretur potiùs quàm reſtitueretur. Etenim tyrannis quid aliud eſt quàm grave capitaleque civitatis hulcus? huic ſi quis medeatur, ei merces digna propoſita eſt, quam ita demum ferat, ſi remedium præſentaneum attulerit. Verùm huic malo neminem oportet admoliri manum, niſi certum artificem, qui ſua diligentia peritiaque fretus, non ſinat hoc licere fortunæ, ut dum ipſe ſalutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? utrum tu igitur in ejuſmodi diſcrimine conatum præmio judicas invitandum eſſe: an potiùs pœna deterrendum, niſi quod conatus eſt quiſpiam, idem præſtiterit? Nec illud te ſublevat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, quum lex in maleficiis pœnam irroget ſimplici ſceleris molitioni, par eſſe ut multò magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propenſiorem videri ad compenſandam virtutem quàm ad retaliandam culpam. Atque vide quàm hîc tota erras via. Principio non animadvertis hoc tyrannicidii facinus toto genere à reliquis diſcedere, propterea quod aliorum molitio cum privato molientis periculo

culo modò conjuncta est: hujus cum publico reipub. discrimine copulata, ut temerè moliri tyrannicidium nihil aliud sit, quàm temeritate privata rem omnium prodere. Deinde lex nec in quovis crimine, nec qualemcunque conatum in quæstionem venire sinit, verùm in paucis duntaxat, quæ vel propter insignem atrocitatem hoc odii merentur, vel ejusmodi sunt, ut priùs exitium adferant, quàm conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremò non vides nihil esse simile, totaque natura rationeque discrepare, pœnæ legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem propriè legum munus, alterum quasi quædam de jure concessio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes quàm multa sint quæ lex jubeat, addita pœna, ni pareas: quàm multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contrà, vix unum atque alterum esse, ad quæ præmio sollicitet. Quædam enim ejusmodi sunt, ut durum ac servile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, uxorem ducere, operam dare liberis. Hîc lex nimirum urbaniùs ac verecundiùs tecum agit, patris, non magistratus sumit habitum, precio ad id invitat, quod alioqui gratuitò te præstare decebat. Rursus alia tametsi id genus sunt, ut à quovis non improbo cive præstari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quàm ut à multis præstari queant: & periculosiora, quàm ut multi velint suscipere: nam inhumanum videtur cuiquam vitæ suæ contemptum imperare: ad hæc igitur præmio animat, quasique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quàm ad quæ semel ipsa astringit. Nec mirandum est si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturalique munere suo, quàm in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quòd novis etiam criminibus exemplum, aut novum nova lege solet institui, aut à simili lege mutuo sumi. Neque tamen idem fieri consuevit, si quis quid novi facinoris cum laude patravit, ut præmium à simili constitutione decernatur: nisi lex extet, quæ nominatim honorem statuat ejus facto, quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim legi necesse sit passim civium suorum officium mercede redimere? quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriæ debeat civis? cui si vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Vt supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persolvas, non præmium illico tibi debeatur, si persolvas. Itidem, si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illæ tibi præmium debituræ sint, si quid cum officio feceris. Nam si cives omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset ullis legibus: quippe quæ non ad bonos mores comparatæ, sed malis è moribus natæ sunt, id quod verè vulgo dictitant, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges quemadmodum de aureo Saturni

turni ſeculo fabulantur poëtæ, ſuo quemque ſponte fungi officio: an tu hîc clamabis perire benefacta, quòd nulla lex præmium decernat? Vti lex non minatur niſi improbis, ita non pollicetur optimis civibus. Quorſum enim opus promiſſo, quum virtus abſoluta abundè ſeipſa contenta ſit? Proinde petere quod illa non ſit pollicita, profectò plus quàm impudentiſſimum eſt: improbè flagitare quod ea candidè civiliterque promiſerit, civis eſt probitatis non ſatis ſpectatæ. Tu quid merueris, paulò poſt excutietur: interim finge ſanè præcipuam quandam utilitatem attuliſſe, cui tamen ex lege præmium non debeatur. Vtrum protinus clamitabis infrugiferum fuiſſe officium, civitatem in jus vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere judicibus, niſi tibi mercedem ex animi tui ſententia decernant? An potiùs ipſam virtutem abundè magnum ſui præmium judicabis? Oblectabis te conſcientia recti. Hunc eſſe maximum fructum officii duces, quòd de aliis citra tuum emolumentum benemerendo ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum hæc tibi futura ſunt ſatis, ſi modò civis ſis optimus. Quòd ſi non contentus iſtis, aliud adhuc neſcio quod præmium deſideres, certè maximo proximum eſt gloria: hoc tu jam propemodum tuliſti. Quanto metiris precio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te conjectos circunferre? Iſta, inquam, vel maxima præmii pars: nam pecunia ſanè quàm exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es, permagna portio, vel caput potiùs ipſum tuo deeſt facinori. At cum interim his rebus frueris, dum non occiſo, tamen velut tyrannicida celebraris, quæſo te, quantula pars abeſt è tuo præmio quod laturus eras, etiamſi tyrannum occidiſſes? Poſtremo iſthuc ipſum præmium, penè dixerim, invidendum mihi videtur, quod jam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri judicio tibi contigit honeſtiſſimum præmium flagitare, & in tam frequenti theatro ſpectante rep. magnificam iſtam tuam tragœdiam peragere. Mihi videtur ludices, beneficii tuliſſe gratiam, quiſquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunæ, tu deorum munus imputas civitati, & ſunt fortaſſis qui tibi libertatem acceptam ferant. An hæc tanta præmia contemnis? quæ vel verò tyrannicidæ ſufficere debuerant, niſi lex maluiſſet præmio conatum ab effectu diſtinguere. Quamque nullum me hercle præmium magis congruit ei, qui tyrannum conatus ſit occidere, nec occiderit, quàm ut illi contingat tyrannicidæ præmium ſperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari jubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus promeretur præmium, quod aliorum propoſito fortuna modo defuit, tibi voluntas, ut ais. Effeciſti quod voluiſti id quod erat neceſſe, nec feciſti, nec voluiſti. Sed jamdudum alium gradum (ut video) circumſpectas, in quem te recipias: nam in hoc quàm citra omnem præmii ſpem conſiſtas, intelligis. Age ſequemur te per omnia, & aliunde aliò fugitantem per-
ic-

ſequemur, nec uſquam finemus conſiſtere. Atqui non tantùm aggreſſus ſum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo ſecas tyrannicidia, & quòd filium ſuſtuleris pluſquam tyrannum tum tyrannidis ſucceſſorem: & quòd parenti, necato filio, mortis cauſam miniſtraris. De illo mox nunc hoc cujuſmodi ſit inſpiciamus. Parentem ais abs te, jugulato filio, eadem occiſum opera: negas enim referre, qua via peremeris, modo ſuſtuleris: imò ſplendidius iſthuc videri vis, quòd tuo quidem enſe, verùm ipſius dextera ſit interemptus. Hæc tam honeſta, Iudices, oratio poſſit parum attentum fallere, præſertim hoc rem fucis illis ſuis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentemque juvenem, ſic patri adamatum, crebris vulneribus confoſſum: parentem ſenem miſerum, illi circunfuſum, eodem exanimatum enſe, ſanguinem utriuſque inter ſe confuſum. Iſta quidem dictu ſplendida, ſed quid ad tuam cauſſam attinent? Nemo tam cæcus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, ſpectaculum illud multò omnium jucundiſſimum extitiſſe civitati, quum ſenem tyrannum juveni videret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet ſeſe levatum malis præteritis, in altero futurorum metu. Hæc quum per ſe maxima, quum Reip. ſint gratiſſima, quid attinet verbis exaggerare? Illud unum in hoc judicio vertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat, quòd pater ſine controverſia tyrannus occiſus eſt, an fortunæ ſuperùmque dexteritati. Quòd enim tuo gladio peremptus eſt, id verò quàm eſt futile nihilique. Quid ſi tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogaſſet, tyrannus eſſet necatus, num tu protinus tyrannicidæ præmium petitum venires? Lex occiſori pollicetur honorem, tu eum jugulaſti, de quo certè controverſum eſſe poterat, tyranni nomine cenſendus eſſet, nec ne: eum de quo nihil erat dubitationis reliquiſti. Si prudens, prudens excidiſti à præmio: ſin metu, multò minus etiam cauſſæ eſt poſtulandi muneris. Verùm illud tute vehementer urgebas, uti prudens volenſque reliquiſſe viderere. Sed quod tandem erat iſtud tuum conſilium, quum tibi ſic in manu eſſet, non toto metu liberare Remp. ſed ultorem tui facinoris, & verum certumque tyrannum relinquere? intelligebas (ut ais) omne negocium confectum extincto juvene, propterea quòd modis omnibus futurum præſcires, ut ſenex illico ſibimet eodem gladio necem conſciſceret. Videte Iudices, in manifeſtiſſimo mendacio qua rima conatur elabi: niſi divinandi ſcientiam commentus fuiſſet, non poterat hinc explicare ſeſe. Siquidem hæc vel augur, vel haruſpex, vel vates diceres, fortaſſe nonnullos invenires, quî iſta prædicanti fidem eſſent habituri. Nunc quid impudentius? quid vanius? quid veri diſſimilius, quàm aſſeverare, id certum præſciſſe te, quod tale ſit, ut quivis alius exitus potiùs fuerit expectandus? An conjecturis es aſſequutus id eventurum quod evenit? At quid aliud effici conjecturis poterat, niſi ut vel ſperares, vel ſuſpicarere? Porro in

re

re tam ancipiti, quæ dementia erat ſpem incertam ſequi, diſcrimen certum negligere? Sed audiamus obſecro certas illas conjecturas, quibus hic noſter vates præſenſit inopinatum omnibus exitum. Iam ætate feſſus erat, inquis, jam viribus defectus, nec obtineri jam autumabat poſſe tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quàm ut filio vellet eſſe ſuperſtes. Nonne ſentis hæc adeò non eſſe naturæ rerum conſentanea, ut jam omnibus videantur eſſe confutata, vel priuſquam refellantur? Vtrum ſeni mentem ullam fuiſſe putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit ut illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum, atque ita protinus toto falleris augurio: ſin putas ſapuiſſe, cur erat quod uſque adeo diffideret? Quaſi vero tyrannis viribus duntaxat unius hominis, ac non multò magis ingenio, verſutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur, quæ omnia ſi magis in ſenem quàm in adoleſcentem competunt, cur tu in diverſum torques augurium? *An* non illa ætas uſu rerum callentior eſt? an non altius diſſimulat? an non cavet diligentius? an non proſpicit oculatius? iraſcitur implacabilius? tenaciusinjuriæ meminit? meliuſque in longinquum conſulit? His ſolis rebus imperium tyrannicum adminiſtratur. In militiæ duce quantulum eſt illud momentum, quod corporis vires adferunt? at in tyrannide profectò multò minus. *Cur magis illum* terreret *ademptus filius, quàm extinctus ſatelles quiſpiam audacior?* quum arx ſupereſſet approbè munita, ſupereſſent opes, arma, ſatellitum ingens agmen, tot in civitate factioſi potenteſque, qui non ſolùm tyranni partes adjuvabant, verùm etiam tyrannos agebant: quos equidem ſpero nunc nobis non eſſe metuendos (nolim enim infauſta ominari) at ita tamen, ne nimium ſecurè negligantur. Vſque adeone ſenem cruda viridique (quod omnes norunt) ſenecta callidum, animoſum, ambitioſum, non ſtultum, una filii mors conſternavit, ut rebus deſperatis protinus è vita ſibi migrandum duxerit? præſertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, ſed multò invidioſiorem, idque ob libidinem, atque ætatis inſolentiam temeritatemque, adeò ut expedierit propemodum *illi* ad ſtabiliendam tyrannidem filium è medio tolli. Etenim quo propius ad juſti regni ſpeciem acceſſerit tyrannis, hoc minus eſt invidiæ obnoxia, magiſque tuta. Iuvenis ille ſolum hoc augebat, quod maximè tyrannos ſolet evertere. Vera illa tyrannidis munimenta in callidi ſenis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, quàm ut defuncto poſſet ſupereſſe. De matercula quapiam privata loqueris, an de viro ſene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego Iudices, in eo ſermone argumentis coarguendo ſumam operam, quem ipſa natura, quem mos, quem communis omnium ſenſus repudiat? Quis unquam iſthuc audivit? tyrannum uſque adeo pio in liberos fuiſſe animo, ut non dicam commori voluerit, ſed convivere commodè quiverit? Credite mihi, privatorum iſti ſunt affectus, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omni-

no

mo quid ſit officium novit. Exuit hæc omnia, ſimulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia neceſſitate metitur. Solos hos amat (ſi quos tamen ille amat, qui vel deos ipſos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera miniſterioque ad fulciendum imperium indiget. Quòd ſi ullos ille poſſet amare, ſimiles certè ſui diligeret, impios, violentos, rapaces, ſceleſtos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum ſimilitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari ſunt, niſi quatenus adjuvant, adeò ut præpoſterum, vel perverſum potiùs quendam Stoicum tyrannus exprimat. Neque enim quiſquam tam Stoicus fuit, ut æquè vacarit omnibus affectibus atque tyrannus: hoc modo illos diſcernit, quod philoſophus honeſto metitur ſua conſilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium ſentire potuit, qui in patriam vitæ parentem altricemque, qui in cœlites omnium bonorum autores tam ſit impius, ut illam crudeliſſima opprimat ſervitute, horum phana deſpoliet, jura contemnat? Verùm ut largiamur tibi nonnihil, finamuſque te privatos affectus in tyrannicum pectus, hoc eſt, ignem in flumen transferre, an tandem perſuadebis illud, uſque adeo indulgenter illum adamaſſe filium, uſque adeo in eum omnes vitæ ſuæ ſpes, voluptates, opeſque ſemel contuliſſe, ut illo ſublato, ne minimam quidem vitæ cauſam ſibi reliquam eſſe putaret? Repete, non dicam ex hac civitate, verùm ex univerſo mortalium genere: non ex hoc ſeculo, ſed ab orbe condito, & ab ipſo (ſi vis) Promethei ſimulacro. Quotus quiſque fuit pater, quota quæque matercula, quæ ob liberorum necem ſibi fatum accerſiverit? Naturalis hic dolor, & quem nemo ferè non modeſtè ferat. Privatis parentibus vel indulgentiſſimis, mulierculârum intemperantiſſimis affectibus mediocris luctus ſufficit, tyranni in filium charitati non niſi ſolam mortem ſatisfacturam eſſe tu Lynceus prævidebas? Age, hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus privatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: qui tibi compertum eſſe potuit, utrò ſe dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in deſperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut ſenex natura ferus, civibus infenſus, vel maximè vellet eſſe ſuperſtes, vel ob id denique, quò veterem illam iram, nunc filii nece acerrimè exaſperatam irritatamque Reip. ſuppliciis ſaturaret. Quòd ſi aliàs vitæ pertæſum fuiſſet, hæc nimirum una cauſſa poterat illum in vita retinere. Quid autem ſenili animo vindictæ cupidius? An neſcis quàm impotentes ætas illa concipiat impetus, quo rapiatur æſtu, quo flagrare ſoleat incendio, ſi quando atroci inſignique contumelia laceſſatur? Quæ verò potuit eſſe atrocior, quàm filii cædes ſic amati, ut tu quidem ais? Hæc nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid ſævitiæ, quicquid immanitatis: ſi qua ſanguinis ſitis, ſi qua ſuppliciorum fames, denique ſi quid tyrannicum, id omne ſemel de integro poterat excitare, quaſique re-

novare. Mitiora etiam animalia datæ orbitatis injuria, in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus videmus evenire? Quòd si tibi uni compertum erat, tyranno sic in deliciis esse filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi ut sævissima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem versa, in miseram hanc civitatem dilaniandam discerpendamque insiliret? Id si non evenit, magna diis gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in nostra capita fortunasque immiseris. Elige nunc utrum malis, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus commune, an confingere sic adamasse, ut matercularum quoque vicerit delicias. Certè neutro modo tua constabit divinatio: quæ nisi constiterit, non est quod ad ejus rei laudem aspires, quæ fortunæ commoditate te imprudente evenerit. Postremò donemus & hoc tibi, ut præsciveris, & certum præsciveris, *deo videlicet* quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non præscieris, quum præscientiæ tuæ fidem legi facere non possis. Profer quibus prædixeris id eventurum quod evenit: doce quis deorum quando isthuc tibi prænunciarit, nihil habes quod dicas. Verùm posteaquam rem feliciter evenisse videres, tum demum post factum vates esse cœpisti, *quemadmodum* vulgò tum fieri, tum dici consuevit, *post eventum stultos etiam sapere*: & quo fortunæ beneficium verbis *in te* transmoveres, tragœdiam istam nobis comminisci cœpisti, *causas reperisti*, quibus præsciisse videare. Sed dii boni, quàm non bonum poëtam te præstitisti, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia finxeris, sævissimum tyrannum ob pietatem erga filium ultrò vitam fugisse: ob unius capitis necem tutum sibi non putasse in vita commorari, quum omnia supererent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, sublato eo in quo omne tyrannidis præsidium collocarat, repentè rebus suis diffisum ad inferos abiisse. Age, mitto nunc argumenta, hæc omnia vera, non ficta credemus esse, tametsi ne fucum quidem ullum habent veri, si mihi ex omni hominum memoria vel unum tyrannum potes nominare, qui liberos suos sic adamarit, ut non spadones ac pallacas longè prætulerit: qui sic illis indulserit? ut non suspectos haberet observaretque: qui sic illis sit fisus, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac servis stigmaticis plus quàm in illis fiduciæ posuerit. Ego tibi permultos referre possim, qui filios sic oderint, ut vivos esse pati non possent: adeò metuerint, ut ne cibum quidem unà capere vellent: adeò diffiderint, ut tum demum se tutos esse putarent, si quis illos è medio submovisset. Nullus inutilior tyranni satelles quam filius. Ex extrema barbarie conductitios mavult ille sicarios, fugitivos, homicidas, sacrilegos: his vitam suam mavult committere, qui sua patria frui non possint, & alienam evertere gaudeant, qui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficilè

ficilè ad quidvis periculi ſuſcipiendum perducuntur, & propter ingenii feritatem à nullo facinore abhorrent. Hi ſunt idonei tyrannorum miniſtri, hi fiducia, munimentum, præſidiumque tyrannidis multò tutiſſimum: hos ſi quis ademerit, cauſſam videatur dediſſe, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum ſuſtinebat: Ætate? at utilior ætas grandior: Robore? unus erat: Prudentia? magis ſapit ſenecta: Cuſtodiis quas obtinebat? at ſi adverſus patrem obtinebat, mors illius ſeni etiam optanda. Si patris nomine, quid niſi unus ſatelles ademptus erat? Nam cuſtodiæ quò deficerent, niſi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno ſuſpecta, filius violentus & inſolens, propterea quòd reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt. Filius illud præmium ſpectat, tyrannidis ſucceſſionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentem poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis jamdudum neſcio quid: mane, præſenſi, nihil inexpugnatum omittam. urges, Niſi præter modum adamavit filium, niſi diffiſus eſt, cur ſibi mortem conſcivit? Iſthuc verò meritò demirandum, quippe quòd præter omnium, ac tuam etiam ſpem evenit. Verùm ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi dii in mentem immiſerint, ut ſibi vim adferret: hoc tantum evincere ſat eſt, te nullis conjecturis hunc exitum certò præſcire potuiſſe, quantumlibet amarit filium: tametſi cauſa non admodum obſcura. Iam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reip. iras diuturna noſtra calamitas ſatiaverat. Iam propitios noſtra vota, noſtra ſacra commoverant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille ſenex diis atque hominibus dignas admiſſorum pœnas daturus erat. Iam aderant ultrices Erynnes, aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incuſſerunt, hæ atronitum ad ſponteneam ſui cædem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quàm fugiſſe, qui filium peremerat, quàm una cæde contentum fore, qua quidem una in re jure potes gloriari, quòd tyrannum vehementer fefelleris. Virum eſſe putabat, qui hoc facinus peregiſſet. Credebat eſſe talem, quales audierat eſſe ſolere tyrannus, qui magno ſuæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent: qui non adorirentur facinus, niſi ratione probè perſpecta, qua poſſent perficere. Hanc ſuſpicionem Pan ille, aut ſi quis alius eſt deus, novis terriculis exagitabat. Arbitrabatur inſtare ſibi carnificem, ſenſit adeſſe neceſſitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod hujus urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris? Vbi diſcrimen erat ſubeundum, ibi fugitabas: nunc ubi res præter ſpem pulchrè cecidit, tutumque putas, fortunæ laudem in te derivas. Sed finge diverſum exitum fuiſſe conſequutum, pone tyrannum ira percitum, paſſim cives ad exquiſita ſupplicia rapere, proſcribere, jugulare, in exilium agere, poſſeſſionibus exuere. Quid hîc dices. Non ſinos,

opinor eorum malorum causam in te tanquam in authorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum esse, si quid fortuitò præter propositum evenerit. At nunc nonne injurium est, quod boni, fortunæ commoditate præter spem evenit, id totum in te velut authorem velle traducere? Etenim te nihil expectasse minùs, quàm id quod evenit, vel ipsa res clamitat. Si hoc animo conscendisses arcem, ut filium, non patrem occidisses, credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casu nescio an metu potiùs in juvenem incidisti, & tum denique divina ista mens & futurorum præsaga, sed quæ non nisi post eventum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiendum, ibi demum Iudices, in re tam tumultuosa, secum velut otiosus consultare cœpit, utrum senem sua dextra dignum existimaret, ibi demum prævidere cœpit, fore ut pater ipse sibi manus adferret. Et quò commentum tam impudens Iudices, efficiat paulò probabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde descripsit, nimirum (ut jactat) poëta, quasi spectator astiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Ejusdem profectò impudentiæ fingere præsciisse se, quod esset eventu consequuturum, & quod non videris, id ita narrare quasi videris. Quantò melius tuo commento, id est, fabulæ sua fides constitisset, si *ita finxisses*: te quum perempto juvene, stricto gladio ad *senem ire destinasses*, repentè à tergo adfuisse Palladem illam Homericam, & jam euntem capillis revocasse te: vetuisse ne tam luculentum facinus senili cæde obscurares, sese citra tuam operam curaturam, ut ille suapte manu, sed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod est te dignius) repentè deam sepsisse te nebula, ut tyrannicæ necis tutus & otiosus spectator assisteres, nec priùs illinc discessisse, quàm negotium omne confectum vidisses. Hæc si confinxisses, paulò minùs malum poëtam te præstitisses? Sed ocium, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commodè tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad præmium postulandum rapiente. Nunc vel ipsa te prodit inconstantia, figmentique coarguit. In arcem ascendisti, quò tyrannum occideres, neque tum prævidebas, quod sole ipso clarius videri vis. In medio negotio subito, nescio quis deus, oculos tibi restituit, ut videres futurum id quod accidit. Porrò si veris fidem facere voluisses, narrare debueras quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in ædes clanculum irrepseris, fortè fortuna obvio nemine, non dicam ut tolleres aliquid, sed ut experireris, si quod tutò facinus posses designare: hæc molienti commodùm favisse fortunam: itaque quum adolescentem solum atque incustoditum offendisses (ut est ea nimirum ætas securior, periculique minus cogitans: præterea diuturna tyrannis jam magnam metus partem exuerat) tum haud scio (ut mores illius erant) multo vino sepultum, atque immodica libidine defessum, fortiter

jugu-

jugulasse scilicet, & somnum illi cum morte, id est, germanum (ut ait Homerus) cum germano conjunxisse: deinde ubi jam cardines procul stridere cœpissent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugisse, ut non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec sicarii solent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitasse te, jamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas, semotasque mundi latebras animo circunspectantem; in quibus abditus posses irritati patris sævitiam fallere. Iamque te ad spontaneum exilium accincto, repentè in vulgus exiisse famam, liberam esse civitatem, tyrannum unà cum filio jugulatum, reliquos metu fugisse, authorem ignorari facinoris. Ibi repentè ad novam tuæ fabulæ catastrophen immutasse te animum, & qui prius de salute fueras sollicitus, protinus ad præmii spem arrectum fuisse, lucrique aviditate, priusquàm tibi satis esset excogitata ratio, qua totam hujus inopinati eventus laudem in te traduceres, prosiliisse in medium: id quod vidimus, clamitasse tuum illum esse ensem, tuum facinus, non unum præmium tuæ virtuti fore satis. Hæc nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ consentanea, usu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulò quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis præscientiam niteris persuadere, quàm multa comminiscaris, non dicam tota facie à vero distantia, verumetiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? primum tyrannum tam maternè filium adamasse, ut fine eo vivere noluerit: sic ob unius mortem metu fuisse consternatum, ut in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, ut ipse nullas circum se custodias haberet: adeò fracti animi fuisse, ut tam chari pignoris truculenta cæde non potuerit ad ultionem inflammari tam invalidum, ut tua dextra fuerit indignus, tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset, quo se jugularet. Non vides quòd non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam ætatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus præsidiis munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, cur tu senem illum tantopere contemseris, ut indignum habueris, qui tua ista magnifica dextera jugularetur? Tune indignum judicabis quem occideres, quum eum Resp. non putarit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret. Non talem illum Iudices, non talem sensimus, ut cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum unquam contempsisti, nisi fortè contemnere est, miserè formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas superesse satellites, quorum vel unus (si seni vires deerant) sufficiebat jugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrûm nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenii feritas etiam in illa senecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud senium sic interdum acri dolore inflammari, ut juveni-

bus etiam validiſſimis ſæpenumero fuerit intolerandum, ſi quando ſolitum illud robur quod ætatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam invalidus eſt, ut non illi pudor, ira, dolor ingens vires ſuppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quàm patrem malueris occidere, quòd illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna objecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tantiſper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum ſarcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquiſti invitus, quo tyranno prodi poſſet: ſed prodi maluiſti quàm deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuam accuſo, imò miror magis quòd pedibus conſiſtere, quòd fugere potueris, quum audires moveri tyrannicam familiam, ſtridere arma: intelligeres tibi non cum puero, ſed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, ſobriis, irritatis, denique cum rabioſo *patre dimicandum* eſſe: non quòd illum uſque adeò filii mors commoveret, ſed quòd arbitraretur, & haud ſcio an verè ſe petitum fuiſſe, dexteram tuam erraſſe tantùm in filio. I nunc & ſpera, non dicam hos Iudices viros omnium perſpicientiſſimos, ſed vel è media plebe quenquam eſſe tam mucoſis naribus, cui non ſuboleat, imò qui non planè odoretur, præſentiatque totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ ſolent, quum hærent in *explicando tragœdiæ argumento*, hanc veluti deam divinationem arte quadam *induxiſti*, quò præſenſionem tuam judicibus probares, ſine qua videbas præmium obtineri non poſſe. Sed occaſionem, inquit, miniſtravi paternæ mortis, qui gladium quo ſe feriret reliquerim: atque id ſolum non modo ſatis eſſe putat ad petendum præmium, verùm etiam meritum eſſe, ut ipſe enſis inter arma deorum conſecretur, dominus pro deo præſenti colatur. O hominem ſuavem, ſi has ſpes verè concepit: impudentem, ſi quum non ſperet, poſtulat. Ita-ne tyranno gladius erat defuturus, niſi tuum illum reliquiſſes? Tu in arcem arma, hoc eſt, in ſylvam ligna portanda putaſti? Niſi fortè tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit neceſſitatem: an verò nihil referre putas, quàm præbeas occaſionem, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquiſti, quo nihil minùs deeſt Tyranno: nunquam ferrum abeſt, non in cubili, non in triclinio, non in ſacris: reliquiſti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum auſis appellare, quem habueris pro derelicto Metu: inquam, exanimatus reliquiſti, quem poſtea receptum optabas: reliquiſti rem ancipitem. Quid ſi tyrannus illum eundem enſem in civium jugulos diſtrinxiſſet? quid ſi eodem lectos aliquot ex hujus urbis juventute adoleſcentes filio ſuo inferias mactaſſet? Si tyrannum occidiſti, quia tuo occiſus eſt gladio, & horum omnium indigna cædes ad te pertinebit: quippe cujus enſe peracta eſt. Id ſi non evenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occaſio quam in partem cadat, id diis in manu eſt:

eſt: ſi bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudens: ſin malè, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculoſam miniſtrat occaſionem: quæ ſi feliciter, mirentur omnes: ſin infeliciter, meritò accidiſſe dicant. At quanto prababilius erat, futurum ut tyrannus tuo enſe alios in uſus abuteretur. Scio me judices hæc pluribus refellere verbis, quàm neceſſe videatur, quippe tam frivola: verùm id propoſitum eſt, nullum illius argumentum non excuſſum, non exagitatum, non revictum prætermittere. Quare quæſo ne pigeat ita ut antehac feciſtis, patienter atque attentè cognoſcere, dum hunc ab gradu firmiſſimo dejicio, Hic ſibi vehementer fidebat, hunc acriter urgebat locum. Negabat vitari poſſe, quin præmium deberetur, quod patri necis cauſam miniſtraſſet, ſi non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum jam habet pro derelicto) certè necato filio. Nam ita in legibus diſſertum ajebat, nihil intereſſe utrum manu ſua quis occidat, an mortis cauſam præbeat. Addebat, æquum eſſe, ut cùm in maleficiis cauſam datam imputarent leges ad ſupplicium, multò magis idem obſervarent in benefactis ad præmium. Hæc ajebat meminiſſe ſe in legibus eſſe diſputata, illud addens Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſervitus legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinam deſuetudinem, ſed nunquam quid ſibi velint leges inquiſiſſe videris. Bis enim hic erras, qui neque cauſæ datæ rationem, neque dantis animum diſcernas, id quod legibus traditum eſt, nec animadvertis longè diverſam eſſe rationem maleficii & beneficii imputandi. Quid ais nove juris interpres? Itane ſatis eſſe judicas vel ad pœnam, vel ad præmium, qualemcunque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert, Hector an Ajacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille ſibi vendicaſſet: tametſi probabile videri poterat, in eum uſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros ærarios omnes vel ad pœnam vocamus, vel ad præmium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut jugulantur cives, aut ſervantur? Poſtremò cur hoc quod tu petis præmium, non enſis iſtius tui opifex petit potiùs? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi hujus induſtria tibi miniſtraſſet. Age ſi telo inter venandum temerè miſſo, fortè tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidæ deberi præmium, an potiùs nihil tibi deberetur laudis, quòd imprudens & inſcius jaculum torſiſſes? Imò in jus potiùs vocandus eſſes, qui miſſi teli temeritate civem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid ſi caupo vinum lene ac ſuave, quale Polyphemo dedit Vlyſſes, tyranno vendidiſſes, atque ille ejus dulcedine captus, avidiùs ſeſe ingurgitaſſet, eaque re concepta febri deceſſiſſet, auderes-ne caupo, vini titulo tyrannicidæ præmium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, vinoque madidum exploderet? Cæterum quanto frigidiore titulo nunc idem poſtulas?

Vtcunque conjecturis præcipi poterat: ut ætas vinosa tam illicibili vino avidiùs, intemperantiusque frueretur, crapulam consequeretur morbus, præsertim in sene: morbum mors, vulgò hæc eveniunt. Tu eam tyranno mortis causam dedisti, cujus nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem sibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum esse: probè callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen ille oppidò quàm lubens vescatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere. eum cibum tu arte tua, cupediisque & condimentis magis ac magis illecebrosum reddis, consequitur edentem morbus, quem prædixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur civitas. Hiccine coquus è culina in forum prosiliens, & adhuc jure madens, fuligine niger, tyrannicidæ præmium postulabis? Mortarium, tonsillum, & ollas ostentabis, arma scilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea causa, qua tamen ista tua multò est absurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem præbuit causam. Tu nec in hoc jugulasti filium: quò pater ultrò vitam relinqueret, & causam dedisti, ad quidvis potius quàm ad istud idoneam. Accipe exemplum tuo similius, quàm ovum sit ovo (quod ajunt) simile. Quid si tyranni amicam, quam ille miserè ac perditè deperisset, occidisses: eaque cognita re tyrannus sibi vitam abrumperet, auderes ad præmium aspirare? auderes dicere, te certum præsciisse, fore ut tyrannus sponte fugeret è vita? Certè quanquam plures amicas extinctas sequuti sunt, quàm filios, nemotamen tibi crederet, nemo tibi præmium decerneret, tuum factum periculosum & anceps dicerent: omnes fortunæ gratias haberent, cujus commoditate res ea feliciter cessisset. Tibi abundè magnum præmium existimarent, si commissi venia donatus discederes. Primum igitur diversam imputandi maleficii, & adscribendi beneficii rationem conveniet distinguere, deinde causæ æqualitatem, postremò animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quòd ajebas legem prolixiorem esse oportere ad reddendum præmium, quàm ad infligendam pœnam, id in privilegiis, quæ in exemplum non vocantur, fortasse locum habet. In jure communi longè secus est. Siquidem (uti superius demonstravimus) nulli nocenti lex non minatur pœnam: paucis benefactis præmium ostendit. Tum in maleficiis etiam conatum simplicem supplicio prosequitur: in benefactis semper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, si lex est diligentior in eo negotio, ad quod unum est nata atque instituta, quàm in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas sibi sumit partes. Ergo in utroque communiter spectat, ut causa sit idonea: deinde ut animus adsit, non tantùm casus. Hoc rursum interest, quòd in benefactis nec causa idonea, nec animus idoneus satis facit legi, nisi his accesserit eventus item idoneus. In malefactis, si quid nocendi animi tentes, non expenditur nec eventus, nec causa: sed ex animo factum

ctum tuum lex metitur. Sic enim judicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe præter fortunam: quate ſublevari, quod tandem jus ſit? In eventu ſimul & cauſam datam, & animum expendit. Si animum vitioſum comperit, nihil moratur cauſam, quàm ſit idonea, putat animum & eventum ad pœnam commerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur eventus: lex quaſi connivet ad id, & non putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin eventus eſt conſequutus, etiam ſi de animi vitio doceri non poteſt, tamen temeritatis & negligentiæ nomine pœnam irrogat: partim propter ſuſpectam dantis voluntatem, partim ut hæc latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci, diſcantque homines vel ſuo periculo cavere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens, certam atque evidentem noxæ cauſam dederit: eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtem opibus copiiſque juverit, perinde eſt ac ſi ipſus arma contra ferat. Siquidem id ſuppeditavit, ſine quo bellum geri non poterat. Aut ſi quis inimicum ſuum per dolum navigio ſolutili imponendum curet, ut naufragio intereat, aut in conclave penſili teſtudine inducat, ut ruina opprimatur: aut juxta lectulum ægroti, loco pharmaci venenum ponat, futurum ſperans ut eo hauſto pereat, tametſi non bibit ægrotus, tamen veneficii poſtulari poteſt qui poſuit, propter vicioſam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id eventurum, quod ille moliebatur. Huic ſi detrahas nocendi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum eſt. Si detracta nocendi voluntate, apponas eventum: non effugiet temeritatis crimen, niſi illum ineulpata ignorantia abſolverit. Porrò ſi in loco non ad id deſtinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, niſi ſi quem occideris, aut vulneraris, aut ſi cui damnum dederis. Cæterùm quod facis, tuo facis periculo. Quòd ſi quid horum conſequutum eſt, cum lege tibi res eſt. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat præcavere, quod probabiliter poterat prætimeri. Vides quanto diſcrimine diſſita ſint, inter quæ tu nihil intereſſe dicebas. Primùm non ſtatim imputatur ad præmium, quod ad pœnam, idque non à malignitate legum latoris, ſed partim ex ipſa rei natura proficiſcitur, partim à legum officio. Deinde diſcernitur animus, cauſa data dijudicatur: ſpectatur eventus. Age nunc ſi libet, tuam cauſam, qua tuum facinus æſtimari vis, expendamus. Finge te certam, inevitabilem mortis cauſam tyranno dediſſe, ſed imprudentem, nulla tibi ſit præmii petitio. Quis enim inſciens bene mereri dicitur? Fortibus viris præmia dantur, non fortunatis tantùm. Nam evicimus jamdudum, opinor, ne poſthac affirmes te in hoc jugulaſſe filium, ut pater ſibi necem conſciſceret: quod eventurum ne vates quidem quiſquam præſcire poterat, tu nec ſuſpicari. Imò poſteaquam rem plenam diſcriminis, fortunæ arbitrio commiſiſti, quia bene ſucceſſit,

hoc nomine lex te non postulat: at idem si malè evenisset, temeritatis pœnas eras debiturus. Neque enim tibi succurreret inculpata ignorantia. Quid enim æquè formidandum erat, quàm ne tyrannus, simulatque occiso filio se peti insidiis persensisset, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Iam ut de animo res tibi constet, causam dedisti non solùm non idoneam, verumetiam periculosissimam Reip. Vin' hoc tibi argumento evidentissimo demonstrari? Finge te quempiam è civibus vitio occidisse: tum extincti patrem id facere, quod modò fecit tyrannus. Vtrum tu duplici cædis crimine teneberis, an simplici: Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabit, qui necato filio, seni causam mortis dederis: atque his fermè tuis argumentis utetur. Indulgentissimè filium adamabat, in illum omnem familiæ curam reclinaverat, illo se oblectabat atque hæc de privato sene cum fide dicet, quæ tu de tyranno nimis durè (ne dicam ridiculè) dicebas. Addet ea te *scisse*, prævidisse futurum, ut ille vitam fugeret orbatus filio, *in quo uno* omnia vitæ oblectamenta collocarat. Non tibi defuisse jugulandi senis voluntatem, sed hoc tantum egisse, ut miserabilius ea dextra perimeretur, ut odium tuum plenius miseri patris malis exaturares. Ideo juvenem necasse, in hunc usum gladium in vulnere reliquisse. Vides quanto sunt hæc probabiliora *in hoc*, quàm in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, *atque* animi suspicionem, causæ qualitate purgabis. *Negabis causam idoneam* fuisse, cur ille sibimet manus adferret. Te nec præscire, nec timere potuisse id, quod sit consequutum: quòd rarum extet exemplum patris, ob filii necem sponte fugientis è vita. Alioqui futurum fuisse, ut & mater sibi fatum accerseret: quippe quam impotentius amare sit consentaneum, ac minus adversum dolorem animi viribus valere. Hæc non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodessent dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet, ne qui imputetur, id multò magis in hac causa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis suspicione, quòd causas parum idoneas dederis, hic ex causis multò minus idoneis propter personam tyranni, videri vis non modò quod evenit, fuisse suspicatus, verumetiam certum præscisse. Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quòd tametsi vitio abs te data est causa, tamen idonea non sit ad id quod evenit. Imò ipsi tota res imputabitur, & legibus pœnas dabit, sepultura prohibitus, quòd civitati citra causam idoneam, civem unum ademerit. Tibi non nisi unius filii mors imputabitur, etiam si mater quoque & filiæ & sorores, & tota tribus hujus necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter evenisset: quippe ubi summum Reipublicæ periculum & verteretur, & prætimeri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud præsidium, Iudices, quod iste tutissimum, ac penè inexpugnabile judicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non solùm sit non habiturus, quò tyrannicidii & hujus laudis arcem obtineat: verum

quùm vix etiam latebram inventurus, ubi temeritatis ac maleficii pœnam effugiat, quò nimirum intelligat, quàm non inimicè, non curiosè (ut ajebat) secum agam: ut quum possim in crimen ac pœnam vocare, sat habeam ab honore non promerito secludere. Ait si tibi deberi præmium, vel hoc uno nomine, quòd juvenem occiderit, jam pluriquam tyrannum, tum tyrannidis paratum hæredem, etiam si hunc eventum dii non dedissent, ut senex ipse vitam abrumperet. O deploratam impudentiam? Tu tibi præmium peteres, si tyrannum iuæ furiæ non essent ultæ? Dii quidvis potiùs dederint, quàm isthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidem id tutò licet: tametsi ad solam mentionem inhorrescit animus. Tune, inquam, occiso filio, relicto sene vivo, tyrannicidæ præmium peteres? An potiùs nec ipse supereresses, qui possis petere: nec esset Resp. quæ dare posset? Nam tu aut exquisitis suppliciis exanimaris, aut in extremis Orcadis exul delitesceres: nos pro tyranno jam immanissimum carnificem pateremur: & tuum caput ubicunque terrarum latitares, diris imprecationibus devoveremus, qui nos tua incogitantia, vel præcipiti magis lucri cupidatate in tantam malorum tempestatem conjecisses Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri præter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? duos igitur hæc civitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo unquam dubitavit, quin tyranni vocabulum mereretur. Quando autem antehac unquam fando auditum est, duos una in civitate sedisse tyrannos? id quod magis etiam natura repudiat, quàm eodem in corpore gemina capita. In iisdem alvearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem lustris non convenit duobus inter se leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadem urbe patitur? Non vides necessariò fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuisse mavis in patre, an in filio? Si juvenis adversus senem obtinebat tyrannidem, quid à Repub. præmium postulas? Tyranni partes adjuvisti, non Reipub. Sin patri cessit: quid tandem illum vocare potes, nisi tyranni vel præfectum, aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verùm ut quoquo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione derivares, quàm multa tu quidem non ex re, sed pro causæ tuæ commoditate comminiscebaris? Cæterum quàm in his confingendis decori, quod in personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam senem jam ætate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisset: non sæcus atque mala, quæ natura acerba, tempore mitescunt, & in alium abeunt succum. Porrò juvenem ferocem, illo incolumi gerentem tyrannidem, jamque patri vivo succedentem. Privatus pater familias non fert filium se vivo succedentem: & tu vis isthuc credi in tyranno? Ille non sinit ullum è liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: & tyrannus sese veluti

abdicans imperio, negocium omne in adolescentem rejecerat? Non dubito, quin & ipse videris, quàm dura sint ista, & quàm à communi sensu abhorrentia. Verùm quid faceres, nisi tales personas induxisses, exitum invenire tragœdia tua non poterat? Quæso te, an unquam auditum est Tyrannum ætate mitescere? Quando tu desines ea quæ sunt privatorum, quæ bonorum principum, tyrannis tribuere? Vt eodem igni cera mollescit, limus durescit: ita ætate plerique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exasperatur. Vt tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit *sævitiam* ætas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannici ingenii tibi demonstrem imaginem? Spinam cogita, quæ quo magis senescit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent ætatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus ingeniis fortasse nonnulla vitia senecta vel detrahit, vel certè mitigat, etiam si plura irritat, *non*nulla parit. At tyrannorum mentibus ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, præter vitiorum omnium incrementum adferre senecta quid potest? Nisi fortè libidinem adimit? Quanquàm ista Tyrannidis quantula tandem est portio? Sed esto fuerit sanè propter ætatem ad voluptates segnior, verum erat fastidiosior: unde fit, ut imbecillior *fit ad coitum*, ad raptum avidior. Fortasse pauciores huic *execabantur ephebi*, *sed* insigniores. Pauciores producebantur *virgines*, *sed exquisitiores*. Cur non autem & plures? videlicet quo senile fastidium optione & varietate vinceret. Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quò nobiliores sunt, quò fortuna præstantiores habent liberos, hoc magis eis à flagitiosissimi senis cupiditate metuebant. An tu putas unà cum viribus senescere libidinem? Multò secus habet. Imò quantum ætas improborum hominum facultati detrahit, tantum adjicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis usus capit, quàm nostra delectat contumelia. Vt frigeat in sene tyranno Venus, certè fervet vigetque malitia, sævitia, nocendi libido. Postremò totum illud vitiorum agmen, quæ propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, perjurium (Quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) horum inquam nullum non ætate fit acerbius, propterea quòd juventa nonnunquam naturæ bonitate vincitur: præterea quædam mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenii à natura insitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum usu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abiit. Id ita evenisse, Iudices, in execratissimo illo sene, quid ego coner argumentis docere, quum sua cuique memoria abundè satis exemplum suppeditet? Quòd si juvenis sese gerebat insolentiùs, videlicet patris abutens imperio: num

tu

tu hunc continuo tyranni nomine donabis. Ergo ex eadem tyrannide ſexcentos tyrannos facilè reddideris. Nam quis eſt omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipſe penè tyranno ſit ferocior, violentior, ſceleratior? Filius, inquis, emolumentis imperii potiebatur: patri præter nomen nihil ceſſit. Quaſi verò non ſit iſthuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuum pars, qui ſolent ex tyrannide capi, ad ipſum redire tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri conſuevit: prædæ communiter in omnes diſtribuuntur, vel in eos potiùs quorum opera capiuntur. Alioqui non cohærebit cohors illa ſcelerata: niſi dux ille, quiſquis fuerit, plus etiam permittat ſuis, quàm ſibiipſi. Solum nomen ſibi propriè vendicat. Et in nullos eſt tyrannus indulgentior, quàm in ſcelerum miniſtros: quippe quorum opera ſentiat ſuum imperium contineri. Proinde ſub unius umbra ſatelles omnis, omnis miniſter, familiaris leno, tyrannidem quandam in cives exercet. Ridiculè fecero, ſi hoc quoque coner argumentatione probare, Iudices. Vidimus, ſenſimus, experti ſumus, niſi fortè tam diutinæ calamitatis memoriam, tam pauculi dies obliteraverunt. Neque enim eſſet res uſqueadeo miſera tyrannis, ſi unius modò foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot ſacrilegi, quot ex extrema barbarie advenæ, feris quàm hominibus ſimiliores? Neque deſunt, qui ſe ſimulent apud tyrannum ſceleribus ſuis gratiam promeritos eſſe: quò nimirum hoc nomine metuantur à civibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiſo tyrannicidæ præmium petes? Non in tantum omnem exues pudorem opinor. Sed pater ætate feſſus, omnem dominatum in filium tranſtulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id juvenis violentia committebatur. Sed iſthuc quantum abſit ab imagine veri, quis tam cæcus, ut non videat? quis tam obliviosus, ut non poſſit experimento refellere? Ego tibi complures nominare ſatellites poſſum filio inſolentiores. Ad hæc, veriſimillimum eſt nullius inſolentiam minus approbaſſe ſenem quàm filii, vel quòd odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quòd intelligit ex illius facinoribus longè plus invidiæ odiique ſibi conflari (Callidiſſimi autem tyranni eſt, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannis poſſit) vel quòd pater etiam peſſimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis miniſteria alienis quàm ſuis uti mavult. Quòd ſi clam patre rapinas, raptus, atque id genus facinora deſignabat filius, profectò non tyrannum agebat, ſed inſolentem ſatellitem. Sin approbante patre, quaſique per illum exercente tyrannidem, utri tandem par erat imputari commiſſa, huic per quem gerebantur, an ei cujus authoritate arbitrioque fiebant? Non arbitror obſcurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipſi quidem neque pueros emaſculant, neque virgines abripiunt, neque proſcribunt, neque bona diripiunt, neque phana diſpo-

dispoliant, neque hæreditatibus manum injiciunt, neque compilant ærarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam jugulant, neque armis vicos expugnant: neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per ministros exercent. In unum tamen tyrannici nominis invidia competit, in unum occidendum lex præmium instituit, in unum stringendi ferri jus facit, illos suæ cognitioni reservat. Quorum ut quisque sua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi potest, certè tyranni vocabulum nemini congruit, nisi uni illi, sub cujus veluti clypeo, tota illa pernicioſissimorum hominum colluvies latitat. Arbitror *vobis*, ludices, sæpenumero auditum esse, id quod eleganter à doctissimis viris est scriptum, tyrannis non longas modò, verumetiam plurimas esse manus, plurimos oculos, eosque acerrimos, plurimas aures, easque longissimas. Omnino prodigiosum quoddam est animal tyrannus, multoque Titanibus illis Briareo & Encelado *portentosius*, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibusque. Quot enim habet scelerum ministros, totidem habere membra videtur. Atque ut ex membris corpus, ita tyrannis ex hujusmodi constat ministris. Verùm ut illud quod corpus appellatur nihil est aliud, quàm quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide unum quippiam est, quod neque pes sit, neque manus, neque ullum aliud membrum, *contineat autem universa: at* ita contineat, ut ab iis possit separari, *idque tyrannus vocatur.* Proinde exaggera quantumlibet juvenis insolentiam, violentiamque, præfectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit, aut si mavis dextram: aut si ne id quidem satis, præcipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certè vocare nequaquam potes. Vnum enim illud portentum tyranni nomine censet, cujus authoritate tituloque cuncta hæc membra velut animantur: idque unum forti civi permittit occidere. Non vult te in oculum aliquem involare, non sinit ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eveniat, quod de Lernæa hydra fabulantur poëtæ, ut pro uno capite resecto, duo pestilentiora subnascantur: pro uno excusso oculo, plures acriores succedant: pro una rescissa dextera, multæ robustiores subpullulent: unius vitæ te dominum, arbitrumque constituit, qui sibi sit ausus tyranni vindicare nomen: quo sublato futurum sit ut membra reliqua quasi destituta spiritu, emoriantur, aut certè sanentur. At quid ego tecum jam accuratis argumentationibus ago? Possum illico tuis te verbis revincere, ac veluti tuo te laqueo capere. Iuvenem paulo antè magnum patris satellitem nominabas. Non inficiabere. Rursum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupasse filium: solius appellationis honorem cessisse. Qui convenit eundem & satellitem & tyrannum appellari? Tum si cessit, non igitur usurpavit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati sunt, aut rescinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, si quis tyrannum occiderit, præmium ferat. Quid tu mihi juvenis flagitia commemoras?

ras? Id te lex voluit occidere, quotcunque illud esset animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (ut ipse fateris) satellitem occidisti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei est? At rem, inquis, legis sequutus sum, non syllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus hæres paterni dominatus: libertatem peperi, servitutem sustuli: hoc lex sensit, hujus rei authori præmium præstituit. Satellitem, inquam, occidisti, nihil moror quantum, quàm gravem, quàm ferocem, quàm sceleſtum: satellitem tamen occidisti tyrannidis, non caput: aut si caput, unum è pluribus. Sed hæc omnia tibi ex animi sententia largiamur: fuerit sanè res tota tyrannidis filius: pater nihil nisi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham, nihil aliud quàm meram quandam fuisse vocem sine corpore. Qui tibi licuit in re tanta, à verbis legis discedere? præsertim ita dilucidis, ut perspicuum magis nihil esse possit, & commentitiam interpretationem domi tuæ natam in judicium adferre? Ego Iudices, nullum in Remp. exemplum pernicioſius induci posse judico, quàm si consuescant homines calumnioſi à præscripto legum recedere: & interpretamento, quod ad prætexendum facinus quisque suum maximè idoneum comminisci queat, id Iudicibus objicere. Quis autem unquam meminit de legis sententia quæri solere, nisi quum in scripto quiddam apparet ambiguè, obscuréve dictum: aut quum ex verbis & eventu absurditas quæpiam extitit, eaque manifesta? In priore non cujusvis commentum, sed juris prudentium responsa, sed Iudicum sententia recipi solet. In hoc posteriore, necessitas ipsa compellit aliquantisper à legis vocibus deflectere: & æquitatem juris potiùs, quàm verba spectare. Duplex itaque periculum videtis Iudices: alterum ne superstitioſa cavillatione literarum legis ab eo quod lex spectavit abducamur: alterum ne passim à præscripto discedendo, leges omneis & judiciorum religionem subvertamus. Quorum illud quidem multò levius est: propterea quod vix unquam accidat, ut legislator obscurè quid voluerit, explicuerit: aut absurdum quiddam exoriatur. Hoc multò periculoſiſſimum, perniciosiſſimumque. Etenim quæ tandem lex futura est, quam versutus calumniator, quò pœnam effugiat, non facilè possit aliquo commento subvertere? Neque quisquam non elabetur è judicio vestro nocens, nisi qui sit usque adeo nullius ingenii, ut ne frivolam quidem aliquam commentatiunculam queat invenire. Atque ut cuique commodum erit, aut animi libido feret: ita pro sene juvenem, pro tyranno satellitem, pro homicidio tyrannicidium: & passim aliud pro alio interpretabitur. Vestra interim Iudices religio, vestrum jusjurandum, qua tandem ratione servabitur: quibus nihil futurum est certi, quod in cognoscendo sequamini: verum ambiguas diversasque litigatorum conjecturas spectare necesse erit? Ergo quum in omni causa maximopere cavendum sit, ne sine gravissima ratione à legis præscripto discedatur: tum in hac non periculoſum

mo-

modò, verùm etiam abſurdiſſimum : quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucidius : ſententia nihil æquius : interpretamento quod præter legis mentem inducitur, nihil peſtilentius. An credimus legis hujus autorem uſque adeo infantem, & verborum inopem fuiſſe, ut dicere non potuerit : qui quovis modo Tyrannidem ſuſtulerit, huic præmium eſt, ſi modò iſtuc ſenſiſſet ? Neque verò fugit illum, totam tyrannidem per ſatellites & præfectos exerceri ſolere, permultoſque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores : atque ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores: niſi & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem : non quòd illos vita dignos judicet lex, ſed quòd unius cæde totam tyrannidem tolli velit, non multorum cæde reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parere : neque ejus verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verum ad illius præſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere. Præſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hîc ſpectandum, judices, quam invitus Reip. ſit, qui occiſus eſt, quam majore etiam ſupplicio dignus: verùm id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum præter leges jugulandi homines, ſemel in civitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, denique præmio compenſatum, quo tandem licentiæ ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quenque civium licere : Quiſquis pauper à locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremò ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui judex erit inviſus, non dubitabit è medio tollere. Porrò ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & novam legis interpretationem vobis adducet: dicet nil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quàm ut hujuſmodi civium genus non nomine, ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita brevi futurum eſt, ut quod in uno factum ſemel & probavimus, & gaviſi ſimus : id in multis ſæpius & dolcamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque convenienter accipiendum, ut titulo reperto, privatus hominem indemnatum interficiat. Id ita eſſe facilè liquebit, ſiquidem animadvertimus, nihil omnium eſſe, quod lex parciùs, circumſpectiuſque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit, ut quis citra judicium hominem occidat. Primùm adulterum, ſed in uxore deprehenſum : id quod in temperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt. At ita ſi corpus utrumque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda. At ita ſi demonſtres te mortem cru-

effugere nequiisse, nisi mortem intulisses: id lex ita interpretatur, quasi sese tueri potiùs sit istuc, quàm alium occidere. Vterque tamen facti sui rationem reddere compellitur, statim sese prodere, nec expectare donec in jus trahatur: atque (ut ita dicam) ultrò semet reum facere cogitur. Quòd si omnia constabunt argumenta: ita demum à lege dimittitur, ut venia, non laude dignus esse videatur. Postremò in tyrannicidio: ubi propter periculi suscepti magnitudinem lex præmium quoque proponit: at ita, si eum quem tibi lex isto velut insigni tyránnici nominis denotavit, fortiter occideris: non si sceleſtum alio scelere sustuleris: neque patietur te jus occidendi permissum, latiùs quàm ad unicum tyranni caput trahere, nisi si quis obsistat, ut per illius necem tibi necesse sit ad illum penetrare. Iamque hoc factum tuum secunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortasse proxima videatur hostem in bello feriendi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permisit. Nisi palàm hostis sit declaratus, nisi in Imperatoris verba juraris, nisi ille aciem eduxerit, nisi signa canere jusserit, tibi fraudi futurum est, hostem interfecisse. Tu dicturus es: Hostem occidi, nam plus quàm hostilia faciebat, nomen hostis tantùm aberat, re hostem agebat. Lex respondebit, suarum partium fuisse, hostem declarare, ac tuo fortasse scelere fruetur: verùm ne serpat exemplum, pœnas de te sumet. Quid autem aliud abs te factum est? Vnum tibi lex nominatim designaverat: tu illius vocabulum tuapte authoritate in alium transfers, quod nisi in unum non potest competere: neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas sit aliquando quem voles magistratum, quem voles Iudicem, quem voles civem, tyrannum appellare. Neque verò sine gravissimis causis lex tot vinculis astrinxit hanc in vitam alterius licentiam. Perpendit nihil majus eripi cuipiam posse, quàm vitam: vidit in extinctum facilè varias causas confingi etiam impunè posse, quandoquidem ille non sit refutaturus, qui jacet. Vidit quàm multis titulis suum quisque dolorem posset prætexere, si post occisum hominem ulla causa recipiatur, præter eas quæ legibus sint expressæ. Quid quòd gravatim sibi quoque lex permisisse videtur, ut homini vitam eripiat? quàm comperta, quàm multa requirit argumenta, quàm multa concedit reo, quàm malignè agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare: quantum spatii largitur ei qui defertur: quàm liberam Iudicum rejectionem. Quantum igitur à mente legis abesse putes, ut cuilibet permittat, vel pro suo privato dolore, vel domestica juris interpretatione, hoc est, subversione in cujusquam vitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum acervum exaggeres, quantumvis etiam verorum, addo notorum: dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci. Tyrannum lex jubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiorque civitati. Ad ista tam multa crimina, lex tibi verbo respondebit: nihil moror quam fuerit sceleroſus, qui periit? in unum tyrannum tibi jus feceram occidendi:

in

in reliquos in jus trahendi. Si detulisses: auditus, revictus, damnatus à me palàm pœnas dedisses, omnique Reip. salubri exemplo tuisses. Nunc tu privata libidine interficiens, pro saluberrimo exemplo pernicioſiſſimum in civitatem induxiſti; & legum inſtaurationem, à legis violatione auſpicaris: hoc eſt, malis malo mederi ſtudes. An me clàm eſſe putas: quàm multi ſint in hac turba vita indigni, morte dignissimi? At eos meæ cognitioni, non tuis manibus ſervo: ſunt fora, ſunt tribunalia, ſunt ludices, ſunt carceres, ſecures, carnifices. Cur tu mihi præire conaris? Cur nullo mandante magiſtratum occupas? & dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi eſt inviſus ille, niſi quòd mihi parere recuſat, & præire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cujus manibus ego permiſero. Si juvenem occidiſſes, quòd non alia patuiſſet ad tyrannum via, darem veniam neceſſitati: nunc occiditi, non obſiſtentem, non auxilium ferentem patri, ſed patris opem implorantem. Hujus unius cæde contentus diſceſſiſti, tyrannum nec impetiſti, in quem unum tibi jus feceram. Meum erat expendere, utrum ex uſu Reipub. fuerit, an juvenis occideretur: malucram illum exquiſitioribus excruciatum ſuppliciis, exemplum omnibus edere. Neque hæc dico ludices, quaſi parum gaudeam pariter cum patre ſublatum filium: utinam eadem opera ſimul omnes ſint oppreſſi, quibuſcunque tyrannus placet. Sed quis prohibet, ſimul & gaudere, quòd deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non committere, ut hujus temeritas, ſi judicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de juvenis injuria vindicanda nunc agitur, ſed de legis violatæ majeſtate. Non enim pareit, ut cuiquam perſonæ præter jus extincti odium in ſcelere ſuffragetur. Neque tam ſpectandum in quem commiſſum ſit facinus, quàm quo exemplo commiſſum. Alioqui cur non eadem opera fas ſit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem uxor ſæpenumero ſuggerit. Ad ſummam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula inſtigat: cur non & hos jugulas, ſi tibi jus eſt æſtimatione privata meritorum civem jugulare? Quid quòd eſt aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi jus ſit occidendi? Finge eſſe qui totam hanc urbem, templa, domos, curiam conatus ſit incendere, imo qui jam compluribus locis ignem ſubjecerit, ſed incendium ſubito exorto imbri reſtinctum: autborem non obſcurum, verùm abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto eſt atrocius civitatem semel funditus evertere, quàm expilare: cives univerſos uno igni finire, quàm in pauca quædam ſævire capita. Et tamen in unum tyrannum ſtringendi ferri poteſtas privatim permittitur. Illum deferendi modò jus habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari. & novo interpretamento tuum facinus palliare: quid tandem aliud eſt,

quàm

quàm legum authoritatem evertere, atque id per cuniculos quosdam agere quod tyrannus palàm ac vi facere consuevit? In recipienda lege fas est populo causam, æquitatemque legis excutere. Cæterùm receptæ, & longo jam usu comprobatæ, simpliciter oportet obtemperare. Neque enim existimandum est majores illos nostros, viros sine controversia sapientissimos, ita sine gravissimis rationibus instituisse, ut privatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finiretur. Primùm ad jugulandi licentiam, fenestram aperiendam civibus non putaverunt: deinde perspiciebant tyrannidem fatale quoddam esse Reip. malum, quod minore noxa toleraretur, quàm malè exagitaretur: neque posse semel tolli, nisi ipsius cæde. Quo submoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, jam nihil opus esse privata audacia, nimirum illis in reip. administrationem vindicatis. Quod si tyrannus in jus vocari potuisset, ne hunc quidem tuæ dextræ arbitrio permisisset. Videbant & illud: tyrannidem nonnullam habere monarchiæ legitimæ speciem: hoc tantum interesse, quòd in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia unius libidini subjecta sunt. Rex publicam spectat utilitatem, tyrannus privatim suam: unde publicitus expedit, ut tyranno veluti principi legitimo civitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum authoritatem in pristinum statum restituat, atque id unius (si fieri potest) capitis jactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus, quæ totum Reip. quasi corpus corripiunt, legum prudentia consuevit uti: ut exemplo magis, quàm admissi talione, morbo medeatur: ne dum civitatem sanare studet, magnam civitatis partem interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis non nisi in ipsos authores consuevit animadverti, reliquis quos tempestas illa commoverat, dari venia: aut vix etiam dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietem egissent. Quæ potest autem pestis esse fatalior, quam tyrannis? Quæ sese latius in civitatis membra diffundit? Quota quæque urbis pars ab hoc vitio syncera potest esse? Omitto jam quicquid est ambitiosorum, ære alieno obstrictorum, scelere contaminatorum, barbarorum (nam hæc tota sentina hominum tyrannide gaudet. ut in qua nullis majora, quàm sceleratis sint præmia) bonos etiam cives hoc malum involvit, dum vel timent fortunis suis, vel rectum judicant servire tempori. In hoc itaque rerum statu leges non extinctæ, sed oppressæ modò, cautim & circumspicienter agunt: intelligunt hoc ulcus citra summam civitatis perniciem exasperari non posse, unius capitis dispendio commodè sanari posse. Quare docto cuipiam medico præmium ostendunt, digito demonstrant, quod membrum secari velint, quibus abstineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram secuisti. Illæ tyrannum, tu tyranni satellitem occidisti. Quo præmio dignus? Nempe eo quo qui morbo insciter exagitato, totum hominem in extremum vitæ discrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te cædis reum ago, aget alius fortassis, cuicunque lubitum erit: verùm illud modo

consilium fuit, ostendere tibi quam infignitæ sit imprudentiæ in ea causa, tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poscere præmia, in qua nequeas obtinere, si modo tecum exactius ac severius agatur, ut graveis pœnas effugias. I nunc & curiosum me voca: qui tam candidè, tamque civiliter tecum agam: ut quum te possim in grave discrimen vocare, sat habeam legis & Reipub. causam defendere, ne circumventa præmium dare cogatur ei, qui nihil boni sit promeritus. Id quod non Iudicibus modò (quibus istuc jam dudum liquere puto) verùm tibi etiam ipsi cupio persuadere: & facturum me confido, si modo tantisper animum possis attendere. Vin' igitur, ut quemadmodum tu faciebas, itidem & nos summatim totam causam ob oculos revocemus? dispiciamusque quàm multa tuo in facto desiderentur ad id, ut legi satisfeceris: & quantum tu sis hallucinatus, quum multa diceres etiam superesse? Tria quædam requirit lex, & ita requirit, ut si quodlibet horum desit, aut pœnam te, aut certè nihil gratiæ debere se credat. Quorum ego non unum aliquod, sed unumquodque deesse docebo. Quod si facio, utrum æquo animo cedes præmio, an impudenter petere persistes? Ergo rem accipe. Nisi tria hæc tibi constiterint, non est quòd tyrannicidæ præmium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quædam complectitur, vel quid speraris, vel quid proposueris. Nam si tyrannum per imprudentiam occidisses, si præter propositum, non magis profectò præmium tibi debeatur, quàm si quis tyranno amicissimus idem feciſſet, nam idem potuit accidere. Tu porrò quid propositi in arcem attuleris, ipse videris: ita demum legi persuasum erit, te voluisse occidere tyrannum, si occideris. Non occidisti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (ut ais) si libuisset interficere. Lex negat sua referre, utrum tyrannicidii propositum in arcem non attuleris, an allatum repentè mutaris. Iam quid speraris, excutiamus. Quanquam isthuc leges non ita valde curiosè pensiculantur: sed tamen in tam absoluto facinore partes omneis constare oportet. Quid enim si tyrannum interfecisses, quò tyrannidem ipse occupares, utrum præmium sperares? an supplicium metueres? Quid si quo privatum animi tui dolorem ulciscereris, tyrannum occidisses, atque id esset palàm, num præmium auderes poscere? Quid, si latrones tyrannum forte fortuna obvium obtruncassent, num ad hunc honorem aspirarent? Quid si quis tyranno privatim infensus, magna te pecunia conduxisset, quò ei tyranno venenum dares, dedisseque, num quæso, tyrannicidæ præmium postulares? Ego hic tecum non ago conjecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obscurior est, quàm ut tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea ausus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui tyrannum quum tutò licuerit, non occidit, planè noluit occidere. Qui eum occiderit, cujus mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quàm ullam commoditatem: is aut privatum dolorem ulcisci voluit, non libertatem publi-

cam

eam vindicare, aut emolumentum ſuum ſequutus eſt Reip. periculo, non ſuo periculo Reip. ſtuduit prodeſſe. Poſtremò non potes niſi gloriæ jejunio adductus videri, qui tam inſolenter ſe jactat. Non poteſt non videri lucrum ſequutus, qui tam improbè præmium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte à tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere, eum tu non periculosè in Remp. irritaſti: quem ſua cauſa noluit occidi, eum tu maximo noſtro periculo tui compendii, aut animi fortaſſe gratia jugulaſti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attuliſſe, lucri perinde ut vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi conceſſurus eſt. Te in filio jugulaſſe patrem, in non tyranno tyrannum. Largior iſtuc Delium aliquem tibi prædixiſſe, ut certum præſcire potueris, quod ipſe etiam vix divinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrem occidere, ſi libuiſſet, verùm hoc pœnæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſanè tyrannidem, idque nova quadam & inuſitata ratione. Vides quàm multa tibi dono. Tamen obſiſtam tibi, nec ſinam ferre præmium, propterea quòd ea via ſuſtuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus civitatis, quæ non ſit forti viro digna. Age quid ſi tyranni filium infantem in cunis jugulaſſes, & rurſum adfuiſſet Delius ille, per quem certum præſcire poſſes, fore ut necato puero pater ſibi mortem acceſſeret, atque id eveniſſet, utrum te tanquam tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potiùs tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſævieris ætatem, cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſeranda videatur? Quin ergo? Vtetur tuo maleficio Reſpub. cæterum exemplum haudquaquam probabit. Quid ſi tyranni uxorem: quam ille miſerè deamaret, per vim conſtupraſſes, atque ille ejus impatiens contumeliæ, fugerit è vita: utrum tyrannicidii laudem flagitabis an raptus & adulterii ſupplicium potiùs formidabis? Res obſcura non eſt, Conferam tuo facto propiora. Quid ſi tyranni medicus quum eſſes, veneno ægrotanti dato, illum ſuſtuliſſes, utrum ut veneficum oderit te Reſp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannum ſublatum gaudebit, facti rationem, modumque deteſtabitur. Quid ſi quum te tyrannus familiariter uteretur, tu in convivio prætextu neceſſitudinis venenum porrigeres? Denique ſi per magicas imagines ac maleficas quaſdam devotiones tyranno vitam ademiſſes: utrum à lege præmium, an pœnam expectares? Atqui tyrannidem utcunque ſuſtuliſti. Eventu gaudet lex. Verùm exemplum tam perniciosum in Rempub. non recipit: ut conſueſcant cives ſcelus ulciſci ſcelere, patrem in filio jugulare. Vides quantum momenti ſit in modo, viaque, ut factum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat, non ſtatim permittit, ut id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia peſtilens

exemplum omnino tractare venena. Nec id ulla causa quantumvis honesta, finit in civitatem irrepere. Quid quòd ne hostem quidem veneno, aut malis artibus interficere fas est? Nam nusquam non improbat maleficia lex: & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta sunt. Quòd si modus facti spectatur in his, in quibus nullum petitur præmium, quanto magis id fiet in his, in quibus summum petitur? Lex triumphum statuit ei, qui certum hostium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, sed aquis & pabulo veneno tinctis. Vtrum cives hunc æquis oculis spectare poterunt triumphantem, an potiùs sicuti venificum oderint, aversabuntur, execrabuntur? Quid quòd privatis etiam in rebus via, modusque perpenditur: quò magis idem oportebit, tum in publico, tum in splendidissimo facinore, ut à quo conveniat omnem sceleris suspicionem abesse? Age illud tecum reputa, si medico mercedem pactus esses, quò te morbo levaret, atque ille non pharmacis *sed maleficiis* & incantamentis morbum exemisset, utrum præmium *dabis*, an magis hominem in jus trahes? injuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille, morbo te levavi, qua via quid istuc tua refert? Hoc tantum spectabas, ut morbo liber esses, ei rei merces est promissa. Ingratum te vocabit, qui nisi sua opera, ne esses quidem, qui præmium negare posses. Tu protinus *respondebis, opinor*, medico te præmium esse pollicitum, non *mago, neque debere quicquam* nisi rem malam ei qui beneficium *malè dederit quanquam* ne dedisse quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare est incommodum, non amovere. Dices enim animo nocitum, dum corpori subvenitur. Atque istam litem vinces, etiam iniquo judice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior est tecum causa legi, quàm quæ tibi futura fuerat cum medico. Nam ibi de privata mercedula disceptaretur: hic de publico honore. Ibi falsus est unus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam civium circumveniatur. Ibi salus data, certa quidem & efficaci sed suspecta & improbata via: hic nefario scelere (cur enim non sic appellatur homicidium, quod in civem contra legem admissum sit?) non libertas restituta, sed in extremum discrimen adducta Respublica quandoquidem tuum factum perinde habet, ac si medicus quispiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio ministret: quod tamen ægrotanti (ita ut non rarò consuevit accidere) per occasionem morbum adimat. Qui revaluit, suis fatis acceptum feret quod vivat. tibi mortem, tametsi vitarit, imputabit. Neque sua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac studiosè pro pharmaco venenum porrexeris: propterea quòd tui fuerat officii: aut non suscipere negocium, aut fidem simul, & artem, & industriam, ac diligentiam, & quicquid à probato artifice solet requiri, ad curam adferre. Sed age, finimus adhuc posse dere quod dudum fumus largiti: ut planè ista via tyrannum occideris, citra ullum Reipub. discrimen. Lex non approbabit facinus tuum:

nisi

nisi non tantùm à crimine, verùm etiam ab omni criminis specie procul abfuerit: ne videlicet ea quæ in hoc potissimum adhibita est in civitatem, ut maleficium omne secludat, incolumitatem suam quam conveniebat, aut Deo cuipiam, aut certè Diis simillimo homini acceptam referri, sceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, nisi Tyrannum ipsum quem nominatim indicavit ipsa quaque permittit via fustuleris: ne per rimam istam periculosum exemplum in Remp. irrepat. Postremò non nisi ferro, non clancularijs ac maleficis artibus: nisi virtute; nisi manu, nisi vitæ tuæ manifesto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantùm spectat lex, ut Tyrannus in præsens submoveatur: verùm illud multò magis respicit: ut omnes mortales intelligant in ea civitate viros esse fortes, qui non vereantur vitæ suæ dispendio patriæ commodis consulere: ac præclari exemplo facinoris, omnes etiam in posterum ab affectatione tyrannidis deterreantur: cùm videant in ea civitate nullum esse tyrannis satis tutum præsidium: quandoquidem illud nemo nescit, qui vitæ suæ sit contemptor, eum esse alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino satellitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma adversus hujusmodi animum Tyranni caput defendant: qui patriæ libertatem sua vita bene credat emi? Postremò autem: ut maximè tibi constet animus, ut constet via, id quod est totius negotii caput, non effecisti. Tantum enim abest ut tyrannum occideris: ut quantum in te fuit, tyrannidem majorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an stultitia Remp. in discrimen adduxeris? Nam illo quod vulgò dicunt nihil verius: Intempestivam benevolentiam nihil à simultate differre. Tantum abest ut occideris tyrannum: ut ne suspicari quidem potueris id eventurum, ut ipse semet occideret. Sed juvenem occidisti patre insolentiorem: quid tum postea, si patri & hujus sceleri lex imputat? Magnum proinde tyranni satellitem, non Tyrannum occidisti. Sed paratum tyrannidis hæredem occidisti: in tyrannidem succedit, qui prior, qui potior est in occupando. Verùm esto sanè, certum hæredem fustuleris: igitur qui tyrannus erat futurus, interemisti. Atqui quod futurum est, id nondum est. Porrò lex eum qui jam tyrannus sit, tolli jubet: non quem aliquando futurum divines. An qui statuam ex pacto debeat, & rudem truncum præstiterit, fidem persolvisse videatur? Non arbitrabor. Vbi nunc igitur sunt illa tam multa, quæ tibi ad præmium postulandum supererant? Vides quàm ne unum quidem omnium tibi constet, quorum nihil oportebat deesse. Volui, inquis: id demum voluisse te lex credit, quod effeceris. Postea è re nata propositum est commutatum. Hoc igitur præmij tibi debetur, quod ei, qui in Olympiis medio è cursu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis adferes, quod is qui sudavit in Olympiis, nec vicit. Sed occidisti denique: verùm cum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex usu publico fuerat

occidi. At bene vertit civitati, quod feciſti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt: dequa proverbium extat: quòd Atheniensium malè conſulta, in bonum exitum vertere conſuevit. Non tu leges ſervaſti, ſed ſuſtuliſti: non libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic urbi propitium, quod eventum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate à nobis averit, quod tuam ſtultitiam nobis vertit in occaſionem reſtituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum conſtituo, imò tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quem cum ſemel in periculum vocaris, ne pro ſimplici Tyrannide duplicatam pateretur, nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris, ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſervitutem, aut gravius aliquod infortunium retruditur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum inſinuas? Quid tibi in eo negocio laudem univerſam vendicas, ex quo præter pœnam temeritatis, nihil ad te redire meritò poſſit? Si Reipublicæ, ſi Iudicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ cauſſa recuſarit: ſi facinus non ſcelere, non pernicioſo exemplo, ſed legitima via peregiſti, ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit eventum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac penè divinum munus à Republica poſcere, aude nobis ſervatas leges, reſtitutam civitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inviolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipſum quod hîc lege & apud Iudices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quòd obſtiterim: aude civitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſolverit: aude Iudices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, niſi ſuis ſententiis præmium tibi decreverint. Contrà: ſi ſuſpectum quid volueris, ſi periculoſum, ſi contra leges, ſi cum ſcelere conjunctum quod feceris: ſit pudor, ac deſine tandem improbè præmium flagitare, quod nulla ratione promerueris: pœnam, ſi ſapis, incipe deprecari. Iſthuc fortaſſis ab æquitate Iudicum, à civitate deorum munere læta, queas impetrare. Neque enim putes unum me te à præmio deterrere. Imaginare iſthac in cauſſa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi adverſari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos verè reſtitutas videri vis, ſine noſtram authoritatem primùm in hac tua cauſſa valere. Longè plus laudis ex hoc judicio referes: ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuam cupiditatem noſtro ſubmiſeris arbitrio: ſi primum exemplum in te civibus ediderís, revixiſſe nos; ſi monſtraris civitati jam non ex ſceleratorum libidine, ſed ex noſtro præſcripto cuique vivendum eſſe. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione uti puta. Si civem bonum mihi præſtare ſtudes, noli hanc ſtultitiæ notam mihi inurere: ut in poſterum re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei præmium decreviſſe, cui pœna magis deberetur: noli mihi deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot ſacris, tot precibus, tot meis malis placavi, commovi,

pro-

propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infensos reddere. Sine ut mihi per te liceat, saltem illorum beneficio frui; Quòd si te neque leges, neque Respub. commovet: certè Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato. Quid tu in nostræ laudis possessionem ingeris? Quid honori nostro invides? Cur non sinis nos in hanc civitatem perpetuò benignos esse? Cur tu ipse tam ingratus existis? Civitas hæc semel mihi restitutam libertatem debet, tu bis debes, commoditati nostræ: & quòd Rempub. servavimus, cujus tu pars es, & quòd commoditate nostra tuam periculosam stultitiam, vel scelus potiùs in maximam felicitatem verterimus. Etenim nisi nos dextri, propitiique adfuissemus, quid aliud tu quàm perieras, & per te Respub.? Quòd si planè contendis, ut præmium aliquod feras, abundè magnum præmium à nobis persolutum est, quòd per nos res à te malè instituta, bene verterit. A legibus meritò major relata gratia, si nostræ prosperitatis respectu, temeritatis simul & sceleris veniam condonarint. A civitate satis amplam laudem feres, si ea patiatur, ut in restitutæ libertatis historia tuum quoque nomen admisceatur. Hac laudis parte contentus desine nobis debitum velle præripere, civitati munus nostrum eripere, legibus authoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum exstillata jam aqua. Quod superest, nunc vestræ partes sunt Iudices, statuere, utrum secundum leges, secundum Deos, secundum Rempubl. sententiam dicere, an secundum hunc glorioſum ostentatorem pronunciare velitis. Vtrum hanc urbis felicitatem hujus temeritati, hujus sceleri acceptam ferrè malitis, sæpius exprobrandam, & brevi fortassis à superis iratis (id quod abominor) auferendam an in Deos quibus sine controversia tota debetur, referre, eorundem pietate servandam, augendam, beneque fortunandam. Vtrum magis ex usu sit, ut primo hoc judicio statim leges circumventæ dicantur, an ut appareat legum restitutarum severitatem; & Iudicum sapientiam adversus unius iniquam postulationem valuisse.

IOANNIS GEORGII GRAEVII Notae & emendationes in LVCIANVM.

In dialogo contra eum, qui dixerat Prometheus es in verbis, pag. 18 legitur: Τὸ γὰρ τῆς κλεπτικῆς, καὶ γὰρ κλεπτικῆς ὁ θεὸς, ἀπαγε τοῦτο μόνον, οὐκ ἂν εἴποις σοφὸν τὴν ἡμετέραν. Latinos interpretes si consulas, nihil hoc loco est obscurius: Sic enim vertunt: *Quod enim est furti. (nam furti est aliquis Deus) apage hoc solum, non dixeris inesse nostris scriptis.* Non poterat insullius. Quis enim intelligat: *Quod enim est furti!* dein quid hoc ad rem esse furtorum deum, sive is sit Mercurius, sive quis alius. Non perceperunt mentem Luciani. *Primo post ἄπαγε* cum veterioribus editionibus pone distinctionem. ἄπαγε τοῦτο μόνον, & verte: *sed quod ad furandi artem attinet, (Nam & furandi arte hic Deus insignis est) absit. hanc solam nostris inesse non dices.* forte, inquit Lucianus, Prometheus dicor, quod furatus sim, ut ille ferula ignem est furatus & coelo subduxit. Apage hac sola in re nunquam Prometheo comparabor. sequitur: ἢ δῆθεν ὅ γὰρ ἂν κλέπτοιμι, εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοὺς πιτυοκάμπτας καὶ ταυροκάρφους καὶ αὐτὸς συντρῖκικώς; *Vnde enim furaremur, nisi quis me latet, qui tales pinuum incurvatores & hircocervos ipse composuerit.* Sic interpres. Quis autem ex hac versione intelligat, qui sint illi pinuum incurvatores, & quid illi hic agant, ubi de furto loquitur. Ignorarunt πιτυοκάμπτας esse centauros. Suidas πιτυοκάμπτης ὁ κένταυρος. sic proprie dictus est Sinis centaurus quem Theseus occidit. de quo Ovid. VII Metam:

Occidit ille Sinis magnis male viribus usus
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus.

Vertendum itaque, *nisi quis me fugit, qui tales centauros, & hircocervos ipse composuerit.* suos vero dialogos ex comicis salibus, & gravibus sententiis, ex philosophicis disputationibus haustis, compositos, ut paulo ante ostendit, vocat centauros & hircocervos, quo scribendi genere nemo ante Lucianum fuerat usus. Paullo ante in eodem dialogo p. 14, scribe *ἱπποπώλους*, pro *ἱπποποιούς* qui furnos facit. quod non monerem, nisi omnes editiones hanc mendam pervasisse viderem.

In Prometheo pag. 181 leve quoque mendum occurrit in omnibus editis, quod tamen interpretes Latinos fefellit, & ut locum male verterent, effecit: Dixit Prometheus curam hominum Diis non magis gravem esse posse, quam pastori curam gregis, καὶ εἰ τοιαῦτα ἐργάζεις τοῦτο, καὶ ἦδυ ἄλλως, καὶ ἀφροντὶς οὐκ ἀτερπὴς ἔχοντι τὸν ἀφ' ἑστίας. Ottomarus Luscinius vertit: *quando operosum istud si-*

bi

bi videbitur : cum alioqui cura illa propter conjunctam exercitationem non admodum appareat esse injucunda. Salmurienſis autem interpolator : *Cui ſi ſit hoc operoſum, eſt etiam jucundum, & haec non inſuavis ſollicitudo quandam habet exercitationem.* ſed legendum : εἰσι ἀπερπῆ ἔχουσά τινα ἄλγησιν. Vete : *& ſi ei hoc ſit laborioſum, jucundum tamen etiam eſt, & iſta ſollicitudo ſuavem habet exercitationem*, ſive *conjuncta eſt cum ſuavi labore.* Paullo ante eadem pag. anima haec verba interrogatione : ἐπεὶς δὲ τί τὸν ἔφην ; ὅτι μὴ γιγνομένων τῶν ἀνθρώπων ἁμάρτυρον συνέβαινε τὸ κάλλος εἶναι τῶν ὅλων. *Quorſum haec dixi? Quia niſi eſſent homines, univerſi pulchritudo teſtibus careret.* Superius pag. 178 omnino ex Codice cum Anglicano, tum alio, cujus excerpta penes me ſunt, legendum, εἰ κρεῶν ὀλίγων ἕνεκα τηλικαῦτα ὀργίζῃ. *ſi parvae carnis cauſſa tantopere indignatur.* & ſtatim, cur non, ut juſſerat Bourdelotius, & ipſi canones τῶν γραμματικῶν παιδῶν jubent, reſcripſerunt ſequentes editores praeſertim Mſſ. volentibus, παρελιχμήσατο. Eſt enim a παρελιχμάζω. ſed pag. 182 ἴσθ' ὅτι ἡμεῖς δ πυρὸς ὑπολαλίκαμεν, ἐξ ὅτε καὶ παρ' ἀνθρώποις ἐστι ; *unquamne accidit, quòd ignis jacturam fecerimus, ex quo ille apud homines eſt.* ſic Atticos loqui ἴσθ' ὅτι, non ἴσθ' ὅτι norunt qui vel primis labris Atticos ſcriptores deguſtarunt. In ſomnio pag. 11 itidem ὅτι pro ὅτι ſcribendum. χειμερινὸς ὄνειρος, ὅτι μακίστας εἰσιν αἱ νύκτες. *hibernum ſomnium, cum noctes ſunt longiſſimae.* inepte interpres : *quoniam noctes ſunt longiſſimae*, quia legebatur ὅτι.

Pag. 192, in colloquio Iunonis & Iovis, omnino ex Mſ. lege : καὶ συνοικεῖ ἡμῖν, τὸν ἐπὶ κεφαλῆς μοι ἐπαχθῆ. Vulgo ἡμῖν omittitur.

Pag. 194 in eodem colloquio ex eodem Mſ. reſtituendus eſt perturbatus in editis locus. Cum Iupiter deſcripſiſſet Vulcani ſordes & ſqualorem, qui Diis miniſtrarat, ſubjicitur ἡδίως πάνυ. ὃ γὰρ καὶ δῆλα πολὺ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ἐμπεσὼν τῷ συμποσίῳ τῶν Θεῶν. Contra mentem Luciani : *ſuavia haec ſunt.* adeoque multum ille pocillator cohoneſtat *Deorum convivium.* Sed Mſ. ἥδιον πάνυ. Ζεύς. ὃ γὰρ καὶ δῆλα πολὺ ὁ οἰνοχόος ἔπεσεν τῷ συμποσίῳ. Iun. *ſuaviora haec ſunt.* Iup. *etenim jam olim ille pincerna non decebat convivium deorum.* Iuno ait ſuaviora haec ſunt, videre obſitum fuligine Vulcanum, quàm amaſium poculà cum oſculis marito praebentem.

Pag. 195. Colloquio Iunonis & Iovis. ἄνθρωπος εἶναι χρηστὸν, καὶ ἥρων, καὶ συμποτικόν. vertunt : *hominem eſſe benignum Iunonem, & hilarem convivam. Benignitati* hic nullus locus. χρηστὸς Latinis eſt homo *commodus*, facilitate insignis. Plaut. Mil. *conviva commodus.* Cic. pro Murena : *Nemo Catone proavo tuo, commodior, communior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.* Sic inferius pag. 219 in deorum judicio : ἐκεῖνα μὲν ἀγροικότερα δὴ. *Commoda quidem, ſed ruſtica.* ubi interpres, *ſat quidem for-*

mosa. sed talia ὅσα κρίνις. Sic inferius in hoc dialogo ἀπαιδεύτους vertit *insolentes*, cum sint, *inepti*, *decori*, *rudes*.

Pag. 197. Μὴ ἄρατον ἴνεκά τ' ἐκείνῳ αὐτὸν ἐπιθυμῶν. Potestne stultius & absurdius quicquam verti, quam ista verba sunt translata? *Ne quid tempestivum consequatur, quando res, quae supra se sunt concupiscit.* Et tamen, absurdius iidem interpretes in dialogo de saltationibus, μὴ ἄρατον ἐγὼμαι, *nunquam ego venustatem consequar*. Cum sint imprecationis formulae ex Aristophane hauftae. Latini dicunt, *male pereat, dii deaeque eum perdant, qui rem supra suam sortem affectavit.* Potuissent tamen, saltem Bourdelotius, haec emendare, cum Isaacus Casaubonus ὁ πάνυ animadvers. lib. 11, c. 14 in Athen. tum & in lectionibus Theocriteis, dudum observarit elegans hoc dicendi genus, & explicarit scitissime.

Pag. 198 Χρὴς δὲ σφοπαλαμεύμενον τὸν ἔρωτα leg. σφαλιόμβῳ τ' ἔρωτι. sic videtur legisse interpres, cum transfert, *Herri provocato Cupidine.* statim pro ὑφίλκων τὸ πόδι Mf. ὑφιλῶν τὸ πόδι, quasi pedes illi surripuerit. quamvis & vulgatum possit ferri.

Pag. 198 in Colloquio Apollinis & Vulcani habes descriptionem testudinis a Mercurio inventae, ex qua lyram confecit, sed male intellectam & imperitissime versam. χελώνην τιν' εὑρὼν ἔξωθεν ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο. Πήχεις δ' ὑπερμήκεις, καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑπόθεις, ἐπέσπασεν ἑπτὰ χορδάς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρῶς ἀφῆσι. In editione Salmurienfi haec est istorum verborum interpretatio: *Testudinem mortuam alicubi nactus, ex ea compegit instrumentum. brachiis enim adaptatis, & superinducto jugo, deinde calamis infixis, & subjecto hemisphaerio, & intentis inde septem chordis elegans adeo & concinnum quiddam modulatur.* non sane musice. Descriptio haec est petita ex hymno in Mercurium, qui tribuitur Homero, ut olim observavit maximus Scaliger ad Manilium. sed cum in illa querimur omissum esse τὸ κοιλοστύλου, dicendum enim fuisse ἑπτὰ καλάμους ἐμπήξας, καὶ ἔπ' ἄκρῳ βόειον σφυρηλάσας, καὶ μαγαδίου ὑπόθεις, verum erat, si καλάμους scripsisset Lucianus, & hymni auctorem τῷ πόδι sequendum sibi existimasset. Cum vero corii bovilli, quo ceu theca lyram Mercurii tegebat hymnus, mentionem omisisset, & accommodasset ejus descriptionem ad sui temporis mores, locus nullus erat arundinibus in lyra. pro καλάμους legendum ex Mf. κληθρους. κλῆθροι sunt paxilli, vel claviculae, quibus fides in lyris intenduntur. Homero Odyss. φ dicuntur κλῆθροι,

Γλῆδας ἐπίνυσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδήν.
Facile intendit nova clavicula fides.

Vbi Eustathius: κλῆθρῳ ὁ δεσμὸς τῆς ὕπερθεν κλῆθρου, δι' οὗ τείνεται ἡ σπειρὼ χορδή. καὶ ὅτε φασὶ λεγόμενον, διὸ καὶ τὰ παλαιὰ οὐκ ἀμφίσημα καλεῖσθαι ὡς τὸ σῶς σφαγῆναι τὸ βοῦν ἐκ ἔνν τῷ τοῦ. quaere ibi plura.

Vi-

Vides ex colloso illo corio, quod est in cervicibus boum & ovium, olim istos verticillos esse factos, quod tamen negat Scaliger, qui postea conficiebantur ex lignis. πήχεις vero sunt manubria. Hyginus *brachia* vertit, ζυγὸς vero, sive ut aliis ζύγωμα jugum, est transversum transtillum, in summa cithara, cui chordae annectebantur. μαγάδιον est ligneus asserculus qui subjiciebatur fidibus, sine quibus nullum illae sonum edebant, olim erat calamus, postea lignum quadratum, quod hodie adglutinatur musicis instrumentis, olim supponebatur, ut erudite Scaliger ostendit. Qui veteres lyras in nummis & marmoribus, ubi saepius occurrunt, vidit, facilius haec intelliget. Locus autem sic vertendus est: *Testudinem mortuam cum alicubi invenisset ex ea instrumentum musicum compegit. Manubria enim adaptavit, & jugum addidit, & adfixit clavicolas, & subjecit asserculum, fidesque intendens septem valde tenerum & concinnum quid cecinit.* Eadem omnia recenset inferius in lyra Polyphemi in Colloquio Doridos & Galateae, excepto μαγαδίῳ. pag. 240: Αὐτὴ ἡ πηκτὶς οἵα κοχλίου ἐλάφου γυμνὸν τὸ στερκόν. καὶ τὰ μὲν κέρατα πήχεις ὥσπερ ἦσαν. ζυγώσας δ' αὐτὰ καὶ ἁπτήσας τὰ νεῦρα, ἐδὴ καλλιστα ἐδιεστήσας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπῳδόν. Sic legendus iste locus lepidissimus. *Ipsa lyra solummodo erat cranium cervi, nudatum carne, cornua* vero *erant quasi manubria, quibus cum jugum adjecisset, & fides alligasset quas non fidiculis tendebat, agreste quiddam & absonum canebat*, legendum autem οἵα, *solummodo* non οἷα, ut editur vulgo. Vides hic καλλιστα dici, qui dicitur κάλλιστος in dialogo superiore. Cranium cervi erat πηκτὶς, quod in Mercurii lyra, testudo, cornua vero erant πήχεις, sed καλλιστοι nulli, aut iis non utebatur.

Pag. 204. in eodem dialogo scribe ex Mss. ἄκρᾳ ἐ ζόῃς ἐπιστειλε. *quae Iupiter mihi mandavit.*

Pag. 207. in colloquio Iovis Aesculapii, & Herculis, videtur scribendum: σὺ δ' ἴσα καὶ ὁμοια βιοῖσθ', ἢ πῶς; *Ergone aequalia & similia sunt quae a nobis gesta sunt in vita?*

Pag. 209. in colloquio Mercurii & Apollinis: ἔφη μὲ ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτὸς ἀμελέμενος, καὶ μὴ φίλον τὴν ὑπηρεσίαν, ἐγὼ μὲ ἐπέρριψα ὥσπερ εἰωθὼς τὰ δίκαια. ἦ; &c. quae sequuntur. Vides pendere sensum, & nihil esse ad quod referatur ἀμελέμενος. καὶ μὴ φίλον. sed omissa est vox, ex Mss. restituenda: ἔφη μὲ ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτὸς, ἀμελέμενος, καὶ μὴ φίλον τὴν ὑπηρεσίαν ἐσκλόσθαι, ἐγὼ μὲ. &c. *jamdudum etiam & ipse animadvertebat, sed neglectus & non ferens fastidium insidias struxit.*

Pag. 220. Ἀλλὰ μετρίως χρὴ καὶ πολὺ ἀστέρας ἐπισπᾶσθαι τὸ ἀστέρων. *sed inter colloquendum multum progressi jam a stellis veteris-simus*, sive, ut non male interpres, *stellas emensi sumus.* sic loquitur etiam in Icaromenippo πολὺν τὸν νεφῶν ἐπισπάσας; ubi Erasmus *cum plurimum nubium essem emensus.* Sed Budaeus & Stephanus hunc locum suspectum habent & aliter scripsisse Lucianum putant.

Et

Et rursus in dialogo Doridis & Thetidos: ἐπειδὴ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀπεπλεύσαμεν, ἀφεῖναι ἐς τὸ ἦλαστρον. *postquam longe a terra provecti in altum erant.* Vides hoc loquendi genus familiare fuisse Luciano. Hesych. ἀπεπλάδην· ἀπίσησαν. leg. ἀπεπλάσθη.

Pap. 220. rectius in Mſ. ſcribitur Ε'ρ. ἐκεῖνο. ἀλλ' ἐπειδὴ πλησίον γῆς ἐσμέν.

Pag. 221. Scribe ἔσ ἡ ἀγῶνος τὸ ἄθλον ἔσῃ *praemium certaminis eris*, non τὸ ἄθλον. ut recte in initio hujus dialogi ſcriptum eſt. Vide quae notavi ad Soloeciſtam.

Pag. 223. Μὴ μόνας ἴχω τὰς ἀλόγους λευκὰς ut ſc. Iuno, quae Homero ſemper dicitur λευκώλενος & βοῶπις. paullo poſt: ἡ δίκαιος μή σοι ἐλίγχηται τὸ γλαυκὸν τῶ ὀμμάτων ἀνθ' ὧν φοβερῶ βλεπόμενον. vertunt: *An vereris ne tibi objiciat coeruleum illum oculorum colorem, qui nihil metuendi prae ſe ferendo adſpicitur.* Davus ſum non Oedipus, aenigma Latinae verſionis non expedio. ſed ſim licet Davus, ſcio tamen nec Oedipum id explicaturum. Hoc autem dicit Venus: *Num metuis ne in te reprehendat caeruleos illos oculos, ſi ſine illo, quo metum incutis, videantur.* τὸ φοβερὸν vocat κηρωτὸν, qua φοβεῖν δύναται illam velle Venus ait. Putabant autem τὸ γλαυκὸν τῆς Ἀθηναίας gratius reddi galea; Superius in dialogo Vulcani & Iovis: γλαυκώπις μέν, ἀλλὰ νομιεῖ γε τῶτο γε κόρης. ſine illa caeſios oculos Minervam dedecere.

Pag. 224. Ὥρα σοι καὶ τάλλα ἤδη σωφρονεῖν, εἰ καλά σοι δοκῶ τὰ νῦν ἐμοῦ. Mſ. Ὥρα σοι καὶ τάλλα ἤδη σωφρονεῖν, εἰ καλά σοι καὶ δοκῶ τὰ ψιάθια τὰ ἐμοῦ. non eſt reſpuenda haec ſcriptura. *vide* an *non pulchra etiam tibi ſint praemia ſuffragii mei*, quod ſcilicet pro me tuleris. mox pag. 225. perperam legitur in omnibus editionibus τὸ Ἀργεῖον, pro Ἀργόον. recte ſic ſcribitur. ὁ ἱπποκράτης.

Pag. 226. Ὅπως μὲ πάλιν χωρήσῃ, ἄδηλος ὁ Ἀφροδίτη. ut olim legendum conjeceram, inveni poſtea, ut non pauca alia in Mſ. Ὅπως μὲ τοῦτο χωρήσῃ ἄδηλον ἦν Ἀφροδίτη. *quomodo haec ſucceſſura ſint obſcurum eſt Veneri.* mox in eodem Mſ. ſcribitur πρὶν γὰρ κἀμὲ κομιδῇ εἶναι ὑμῶν παρόντων. ſed vulgatam non damno.

In colloquio Martis & Mercurii pag. 228. narrat Neptunum, Iunonem & Minervam conſpiraſſe in Iovem, eumque conſtituiſſe in vincula conjicere, utque metu hujus coitionis Iupiter perculſus in varias ſe formas verterit. Reſpicit ad Homeri locum, in Iliad. α. v. 399.

Ὅ πάντ' μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.
Cum ipſum vincire dii alii voluerunt
Iuno & Neptunus & Minerva;

In colloquio Mercurii & Majae pag. 233. καὶ τοῦ ἕνεκα μὲ δεῖ Σειδῶνος ἀνδρὸς ἐκ κράτους ἄγειν τρόχιδ' ἐλαφρὸν πάντα φέρειν ὑπόμβριον ὃν ἡ πτερωτὴ ἡ παῖς. Haec non quilibet intelligat. Eſt enim fabula, quam tangit, non ex protritis & pervulgatis. Narrant & Iovem cum ex ſemore Dionyſum peperiſſet, ſublatum juſſiſſe ad Inonem Cadmi filiam,

filiam, Semeles sororem perferri, & ὡς κόρῃ, pro puella ibi educari. vide Apollodor. III Biblioth. Itaque dicit Mercurius se nunc eo missum esse a Iove visum, quid ageret illa puella, nimirum Dionysus.

In colloquio Cyclopis & Neptuni pag. 241. lege, ut bene codex antiquus prae se fert, ἐπεὶ γὰρ ἐπέβημεν τῇ ῥύμῃ τὸ πλοῖον. dein idem liber procul dubio rectius pro vulgato ἐπιβιβάσω, scribit ἐπιβιβάσω. sic & apud Synes. ἐπιβιβάσω: sed alibi quoque apud Lucianum hoc vocabulum occurrit, nusquam, si recte memini, ἐπιβιβαστὴς, sed ἐπιβιβάω non infrequens est Graecis scriptoribus.

Pag. 245 in colloquio Menelai & Proteos videtur scribendum esse: εἰ δὲ ἀπιστεῖς, κἂν τὸ πεζὸν μὴ ψεύδηται εἶναι δοκεῖ φαντασία τις καὶ ἀφ' ἁλμυρῶν ἰσαμένη. *Quod si non credis, & haec res tibi videtur falsa quaedam species quae oculis objicitur.* In vulgatis male legitur πεζὸν μὴ ψεύδεται.

Pag. 247. Πολυδίψιον ζεῦξον τὸ Ἄρμα. Homerus Iliad. Δ. v. 171. Vide ibi scholia, quae Didymo tribuuntur, qui ostendit Argos non esse siticulosum, & aliter hoc vocabulum esse accipiendum, cujus varias significationes notat, uti & Strabo lib. VIII, unde videtur ille Schaliastes sua hausisse. Ibidem. ἀκοῦσαι ζεῦξον τὸ ἅρμα. ἢ τοῦτο μὲν πολλὴν ἴσχει τὴν ἀμφιβολίαν ὑπάγειν τοὺς ἵππους τῷ ζεύγλῃ, κἂν τὸ ἅρμα ἐπισκοπάζειν; σὺ δὲ ἀλλὰ δελφῖνά μοι πρὸ τοῦ ἁρμάτου παράσησον, ἐφιππάσομαι γὰρ ἐπ' αὐτῷ τάχιστα. Male hic locus habitus est & a librariis, & ab interpretibus, qui sic eum transtulerunt. *Proinde currum junge: vel an hoc longiorem rebus moram injiciet, submittere equos jugo, & currum apparare? Tu vero potius delphinum mihi aliquem ex velocibus illis huc siste, inequitando enim illi quam celerrime provehar.* Sed dele interrogationis notam. Affirmat enim Neptunus hoc moram injicere, si currus jungatur. Dein σὺ δὲ ἀλλὰ, est *saltem*, ut apud Aristoph. Νεφελ.

Σὺ δ' ἀλλὰ τούτων λέξον τι τῶν νεωτέρων.

Sic autem verte: *Iunge itaque currum, aut si hoc longiorem moram affert, equis imponere jugum, & currum apparare, saltem delphinum mihi aliquem ex velocibus illis adducito, in quo equitans celerrime provehar.* Mox distingue. δῶμ. ἀπολωλώαμεν. *bene. abeamus.* sic superius in eadem pagina perperam distinguitur καὶ ὡς τὰ ἄλλα, παιδιὰ ἀόκνως εἶναι αὐτάς. delendum enim comma. sententia enim est ἀόκνως ὡς τὰ ἄλλα. leve hoc quidem, sed tamen in omnibus editionibus depravate legitur.

Prava quoque distinctione laborat locus in sequente dialogo Noti & Zephyri pag. 249, ὡς ἀποτικτῆσα ἐκεῖ. νῦν δὲ ἤδη. ἡδὺς γάνυται καὶ αὐτὴ καὶ τὸ τεχθέν. sed deletis punctis scribe, ὡς ἀποτικτῆσα ἐκεῖ, νῦν δὲ ἤδη, ἡδὺς γάνυται καὶ αὐτὴ καὶ τὸ τεχθέν. *ut ibi enixa, gravida enim jam est, dea sit & ipsa, & quod natum erit.* Nimirum Epaphus. dein distingue: ἔρξῃ δὲ, ὁ Ἑρμῆς ἔφη, τὸ πλεόντων, καὶ ἡμῶν ἕνα δι-

Nerinna, Praeteritque, Mercurius dixit, navigantibus, & nostra erit domina. Vide & superius dialogum Iovis & Mercurii.

Pag. 251 in colloquio Neptuni & Nereidum; Mſ. jubet legi ἐπεὶ ἔφην ἐν τῇ τραπέζῃ ἢ ἐν τῇ χερρονήσῳ πεπλάσματι. *Sed, ut dixi, in Troade, aut in Cherſoneſo mox ſepelietur.* ſcilicet Thracica. male ἢ in editis omiſſum. Mox idem codex addit, ἐκεῖνο γ' ἂν ἐμοὶ γένοιτο μικροῦ ἕνεκα αὐτῆ. *hoc vero ſolatium non parvum ei erit.* paullo poſt ἀλλὰ κἀκείνην σῶσαι δήπου, χαλεπαίνω τῷ Διονύσῳ. dudum mihi fuit ſuſpectus hic locus, & mihi perſuaſeram legendum eſſe χαλεπαίνων ſc. σοί. Sed in Mſ. poſtea reperi bene ſcribi χαλεπαίνεις, ſc. ἡμᾶς nos, te nimirum Neptunum, & nos Nereidas. Cum poſtea dicit illum non mereri hanc gratiam, σὺκ ἔχει ὅπως πονηρὸν ὄντα, notat illius novercalem malitiam in Nepheles filios, Phryxum & Hellen. poſt codex εἰκότως. νεανίας γὰρ ἡ δύναται ἀπέχεσθαι τῶν φοβερῶν. in vulgatis καὶ δύναται. non longe ab his repone ex eodem codice ἐκπλαγεῖσα, καὶ τοῦ ἅρματος ὅλως συγχυθεῖσα καὶ ἐλιγγιάσασα, ὥσθ' τὸ σφοδρὸν τῆς πλήσεως. *Perculſa, & pavore ſimul correpta, & vertigine ad volatum celerrimum.* non enim natarunt Phryxus & Helle, ſed per aerem ſunt lati. vid. Apollod. Bibliothec. lib. 1. In Mſ. tamen pro ἅρματος, ſcribitur etiam ἅλματος, quod non probo, quamvis poſſemus explicare. ſed συγχυθεῖσα, pro vulgato ταραχθεῖσα, cunctis ſat ſcio, bellis hominibus arridebit. *in fine* ſcribe Νεφέλην Nephelen cum in vulgatis non edatur tanquam proprium.

Ibid. In colloquio Iridis & Neptuni in principio bene liber ſcriptus: τῶν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ πέσευδι, τὴν Δήλιον θέλεσα. In eodem dialogo in fine ſcribe, ut olim conjeci, & poſtea Mſ. firmari didici. πάντα εἶναι ὑπερεπῆ, *omnia eſſe parata.* vulgo legitur πάντα εἶναι ὑπερεπῆ, & vertitur *praeclare omnia ſe habere.* inepte.

In colloquio Xanthi & Maris lege ἴκμενοι μὲν πὰς πλεῖαι καὶ μυρίκας. Ex Homero hauſit, qui Iliad. Φ.

Καύονδ' πλεῖαι καὶ ἴτεαι ἠδὲ μυρίκαι,
Τείρονθ' ὑγχίλυες τε καὶ ἰχθύες.

In colloquio Doridis & Thetidis pag. 255. ἡ δὲ τί ἔπαιζεν ὁ Θέτις, ὁπόπτα κυβίστᾳ. Interpres: *Quid agebat illa quando ingrediebatur?* ſi Graeca ſana eſſent, vertenda erant, *quid agebat illa, quando attingebat* ſc. ciſtam. Sed refingendum ex Codice vetuſto ὁπόπτα κυβίστᾳ *quando immittebatur in ciſtam.* mox idem codex ἐμειδία ὅσσ τὴν θάλασσαν, ſcribit ὑπεμειδία ὅσσ τὴν θάλασσαν. *ſubridebat conſpecto mari,* ſeu *alludebat ad mare.*

In ſequente dialogo Neptuni & Enipei pag. 256. τί δῆτα, ἦ τοῦτο ἔχρην σε ποιεῖν τὸν ἔρωτα. ſic leg. cum editiones oſtentent, ἦ τοῦτο ἔχρην σε ποιεῖν *Quid enim? num te propterea praeripere meum amorem,* ſive puellam, quam amabam, *decebat.* Deinde his verbis ἔμοιγε; ἔφης γὼ ἀκοῦσαι, delenda interrogatio, & interpre-

pretandum. *Nequaquam. dixisti enim abiens.* Vertunt insciter: *Nihil nec dixisti enim abiens.* Mox ὅπως ἐμοὶ σὺ δίφαιτος τύπτ, est *quod tu meam vicem*, seu *meo loco tum voluptatem cepisti.* sexcenties τὸ ἐμοὶ sic accipitur apud Lucianum.

In colloquio Tritonis & Nereidum pag. 256. Κέλσιν τινα τύπτω τοῦ βασιλέως ἐπιπλοῦν, Rex ille est Polydectes, rex Seriphi de quo Ovid. & Apollodorus lib. 2. statim plenius vetus liber: ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς τὴν Λιβύην, ἔνθα ἦσαν. *postquam profectus est in Libyam, ubi erant.* dein idem liber addit τινας. πῶς ὦ τέκνον μόνος, ἢ καὶ τινας ἄλλους συμμόρους ἦγεν. post pag. 258. ἢ ὡς ἂν ἴδῃ σὸν ἐτ' ἄλλο μῦ τιῶτα ἴδοι; interrogationis nota tollenda, & subtituendum punctum. pag. 259. Τί γὰρ ἡ παῖς ἠδίκει ἡμᾶς, εἴ τι ἡ μήτηρ ἐμεγαλαύχει τότε, καὶ ἦθελε καλλίων εἶναι. Sed videtur pro τότε scribendum πότε. Qua enim *puella injuria nos affecit, si mater olim fuit superba, & pulchriorem se existimavit.*

In colloquio Mercurii & Charontis pag. 268. καὶ ἀκίσεως ὑπὲρ ἧς ἐπέπρακτο ὀβολὸς ἐγὼ καταβαλῶν. Vertunt: *& pro acu ad resarciendum velum quinque obolos exolvi.* Καταβάλλειν est frequenter *pendere, exolvere.* Sed καταβάλλειν ὀβολὸν ἀκίσεως, *pendere obolum pro acu* Graecis insolens est loquendi genus, qui dicunt ὑπὲρ ἀκίσεως καταβάλλειν ὀβολόν. Olim itaque existimavi locum hunc esse mendosum, & Lucianum scripsisse πέντε ὀβολοῖς ἐγὼ καπήλαιον, aut πέντε ὀβολῶν. *quinque drachmis emi acum.* λαμβάνειν & καταλαμβάνειν Graecis, inprimis Aristophani, saepe est emere, comparare, ut apud Latinos *sumere.* Cic. VII ad fam. ep. 23. *Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus omnino signorum omnium non aestimo, tanti ista quatuor aut quinque sumpsisti.* Ibidem. *Est mihi gratissimum tanti a te aestimatam consuetudinem vitae victusque nostri, primum ut eam domum sumeres.* Horat. *Quae parvo sumi nequeunt obsonia captas.* Si quis tamen contendat a libris antiquis non esse recedendum, non valde repugnabo, si sic distinguas: ἀκίσεως ὑπὲρ ἧς ἐπέπρακτο, πέντε ὀβολοῖς ἐγὼ καπήλαιον, acum ad velum sc. ὠνησάμην, *emi*, quod δὶς καὶ πεντε repetendum, *quinque obolos ego pependi.* Ceterum in antiquo codice ad vocem ἀκίσεως tanquam explicatio adscripta est haec vox σακκαρράφιον. Sic posteriorum temporum scriptores vocarunt ἀκίσεως: ut notavit Etymologici magni auctor, quem vide in ἀκίσα.

In colloquio Plutonis & Mercurii p. 269, πολλὰ πρὸς αὐτὸν ἐμοῦ μόνου ἀφροδισιαζομένου αὐτὸς ἠπιστίζει. vertunt: *ille etiam saepe admodum seite ipsos lactat & spe inani pascit.* Sed ἐπιστίζειν qui usurpet, aut qui in hac notione usurpet, novi neminem. Persuasi itaque mihi legendum esse ἀπιστίζει, *ad desperationem eos redigit.* ἀπιστίζειν enim est desperare, & cum casu quarto, ad desperationem redigere. De Iolao qui reviruit vide Hyginum, fab. 103.

In Terpsionis & Plutonis colloquio pag. 271, Bourdelotius recte vidit legendum esse ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνειν, *alienis inhiare.* & firmant

mant excerpta Mſ. vulgatum ἐπιχαίρειν eſt ab hoc loco alieniſſimum. mox pro συνίντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν, ſcribendum Mi. ſuadente, συνίοντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν. *qui intelligunt veſtras artes* aut aſtutiam. non lon abhinc in eod. Mſ. οἱ δ' ὑποπαίοντες τοὺς ὀδόντας παραλωφῶντες. *illi vero deriſi frendent dentibus*, quod multo magis mihi probatur quam, quod in editis extat, λάσιμυχόντες. *dolore ardentes.* eſt enim valde durum, & quod vix alibi reperias, hoc verbum.

In dialogo ſequente Zenophantae & Callidemidae, videtur verbum excidiſſe, in his, ὑπιχνέμενον ἐπ' ἐμοὶ πθηξειας, quae ſic tranſtulerunt, *id mihi fore pollicens*, ut *meo bono quam primum moreretur.* Sed Lucianus reliquerat, puto, ὑπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ πθηξειας. *me haerede inſtituto brevi moriturum.* In eodem dialogo prava diſtinctio impoſuit interpretibus, qui iſta verba ἐπειδὴ τάχιστα ὁ Πτολεμαῖος αἰτήσῃ πιεῖν, πίνῃ δ' ἐπιεικῶς, ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτό, *ut celerrime ſimul atque Ptoeodorus potum poſceret, (bibit autem abunde) praeſentibus in calicem injectum in promptu haberet*, Addit Bourdelotius ζωρότερον *celerius* hoc loco notare, ut ex Homero interpretetur Plutarchus Sympoſiacon decad. 5. ſed interpungendum eſt, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτολεμαῖος αἰτήσῃ πιεῖν, πίνῃ δ' ἐπιεικῶς, ζωρότερον, ἐμβαλόντα ἐς κύλικα ἕτοιμον ἔχειν αὐτό. *ut celerrime ſimul atque Theodorus poſceret, bibit enim copioſe, meracius, immittere ut poſſit in calicem, paratum habent illud*, venenum nimirum. haec jungenda, αἰτήσῃ πιεῖν ζωρότερον, cum merum poſcet, In fine ἔχει γὰρ ὧν στι λῆμμα φόρου ἀσφαλέστερον, εἰ ὀλίγῳ βραδύτερον ἦν. ſic Mſ. *veniſſet enim ad te* ſc. κλῆρος *hereditas*, *communi illa via*, *licet paullo tardius.* ſic & apud Latinos hereditas dicitur venire, quae ab heredibus cernitur. Florus. 11, 20. *Inuſitata & incognita quadam felicitate, relictae regiis hereditatibus opes, & tota inſimul regna veniebant.* Sic & Cicero, aliique.

In Chemonis & Damnippi dialogo pag. 274, Mſ. κατασοφισθεὶς ἀθλίως, *miſere deceptus.* Vulgatus: κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος.

In Simyli & Lyſiſtrati colloquio pag. 276 emendatius in membranis exaratur: ἀλλ' ἐπίρρυή μοι ὦ χρυσᾶς παρ' ἄλλων τὰγαθά. *Libi o optime, ab aliis bona adfluebant.* vulgo ὑπίρρυή.

In Charontis, Mercurii, & diverſorum mortuorum dialogo, nam recte in inſcriptione hujus dialogi additur in codice vetuſto, ἢ πρῶν λῆμμα φόρων, pag. 278 ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα ὑποδὺς καὶ τὸ διάδημα ὁ βλοσυρὸν, τίς ὢν τυγχάνεις; Vertitur: *Hic vero purpuratus & diademate vinctus, facie truculentus. Quis es tu?* Sed Mſ. pro ὁ βλοσυρὸς habet ἀλαζών. *hic vero qui & veſte & diademate purpureus eſt. Quis es tu?* ibid. pag. 279. τὰ ἐπιτάφια inepte vertitur *epitaphia*, cum ſint *veſtimenta funebria* ibid. pag. 280 Κρα. ἐν ἐνίκησα. in Mſ. pro Κρα. eſt Νικὴς. Eſt enim alius quam Crato. nimirum miles, ſine nomine. pag. 281. Μίνιππ' ὑποδὺς λαῖον πα-

λαιὸν

λεκυν ἢ ναυπηγικῶν ἀσκήψῃ αὐτὸν, ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησόμενον. Valde obscure vertitur, sic, ut verba longe recedant a Graecis: *Menippus iste sumta securi qua naves fabricant, eam resecabit scansorio navis tabulato suppositam.* pro ἐπικόπῳ in Mss. est ἐπικόπλῳ. sed aut legendum est ἐπικοπείῳ aut ἐπικόπιον pro ἐπικόπειον usus est Lucianus, sicut illo Menander in Messania, ut auctor est Pollux Onomast. x, 24, sic autem vocabatur τραπέζα μαγειρικὴ, in qua secabant in frusta carnes assandas, vel coquendas. pro ἐπικόπιον veteres addit dixisse ἐλεὸν, ξάνιον, ἐπίξηνον. dictam esse istam mensam coquorum ἐλεὸν quia ex oleis conficiebatur, auctor est Hesych. quamvis alios ἐλεὸν scribere deceat, & aliunde petere hujus vocis originem, vide in ἐλεῖσι. Apud Pollucem stultissime vertitur ἐλεὸν olearia cella. vide & lib. VI. cap. 13. ubi eadem repetit Pollux. Ceterum in prius laudato capite pro ἐπικόπιον Ms. ut hic Lucianus, prae se fert, ἐπίκοπον, sed non in verbis Menandri, quae statim ex ejus Messania affert; nec in lib. VI, c. 13. Vtrumque veteres videntur usurpasse ἐπίκοπον, & ἐπικόπιον, sed tamen non vetustissimi, recentiora enim sunt vocabula. Sane non nisi apud novae Comoediae scriptores ἐπικόπιον reperiri, & quidem Menandrum Pollux tradit locis in laudatis. Sed ἐπίκοπον veteres quoque usos discimus ex Eustathio ad Odyss. β v. 237, ubi ἐπίξυλον exponit ἐπίκοπον. Τὸ δὲ παρθέμενοι πεφαλὰς ἀντὶ τοῦ καταπήξαντες. ἢ ὡς εἰ ἐπιξήνῳ ἦτον ἐπικόπῳ ἤτοι ἐπικορμίῳ ἧπερ ὥστε κοπῆναι. qui locus admodum facit ad hujus nostri Luciani explicationem. vide quoque antiqua scholia ad hunc locum Homeri, in quibus male legitur καταπήξαντες ὡς ἐπιξήνῳ, ἤγουν ἐπικόπῳ, ὥστε κοπῆναι. pro ἐπιξήνῳ. sic & male legitur apud Hesych. ἐπίξυλον pro ἐπίξηνον, τὸ παρ' οἷοις ἐπίκοπον. Ἀναβάθρα est sive scala qua in navem altiorem aut tabula, qua in lintrem aut scapham pervenire commode possumus. Vtitur hoc vocabulo alibi quoque Lucianus. Verte Luciani locum: *Menippus iste capta securi, qua naupegae utuntur, eam resecabit, utens pro mensa, seu trunco, quo secanda imponuntur, tabula, qua scapha conscenditur.*

In ead. pag. Rhetor ait: ἦν, ἰδὲ λακπήμων. sed scribendum ἦν· ἰδὲ, *ecce.* quod alibi quoque saepiuscule apud nostrum occurrit, sed saepius corruptum. dicitur pro ἦν ἰδὲ. In fine dialogi vocem unam addit Ms. πάντως δικαιοδοτικὴ δίκη. πάντως vulgo deest.

Pag. 283 in Cratetis dialogo ἢ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε. Sunt Ajacis verba ad Vlyssem colluctantem. Il. Ψ v. 724.

In ead. pag. ἄρα δὴ Ἀ ἐστεῖ παρῆχε τὸ πρώτου, ἄρα ᾧ μοι ἐλαίῳ. Miratur Bourdelotius cur Ἀ ἐστεῖ dicat, cum Ἀ ἐστέως appellarit. & merito miratur. Ms. ostendit hoc vocabulum esse mendose in editis exaratum, tum pro Ἀ ἐστεῖ scribit Ἀ ἐστέα, ut scribendum est.

Pag. 289. pro ἐπίρρως σωὸν lege, ut legendum vidit Latinus interpres ἐτώρρως σωὸν, *cum amicis cònsuescens* hoc est, meretricibus.

Pag. 299. Τῷ Θετταλῷ ἵππον. Ms. Θετταλικῷ ἵππον. Scio οἰμαι σαθρὸς & similia. sed Lucianum haec obsoleta non amare id

quoque scio. mox idem codex pro ὁ ἀληθέστατος αὐτὸς, scribit, ὁ ἀληθέστατος αὐτὸς, eos non divellens, sive diducens. sed in vulgata sententia eadem est.

Pag. 295. Mentem Luciani non ceperunt interpretes, in his verbis, πᾶν γὰρ ἰδικὴ σοὶ δοκεῖς εἶναι θεῷ γίνεσθαι δοκῶν. quae sic sunt interpretanda: *Omne enim id videtur minus, quod a Deo creditur geri.* Dixit id multum imminuit gloriam tuam & res gestas, quia venditabas te Deum esse, seu Dei filium. Id enim quod a Deo geri creditur contra homines, quia Deus omnia potest, & longe viribus omnium hominum est potentior, non tanti faciant homines, nec putant virtuti adscribendum, sed potentiae divinae omnibus humanis opibus majore. Vertunt: *Nam etsi haec a Deo geri viderentur, Dii tamen longe inferiora agere visus es.* Videsquam male. *In fine dialogi pag. 295.* ἄορτον Mſ. non ἄορτον, sed utroque modo scriptum hoc vocabulum inveniri, & in usu esse docuit Eustathius *ad Dionysium* Periegeten.

Pag. 296. in dialogo Achillis & Antilochi perperam in omnibus libris excusis, quos vidi, scribitur οἱ ἢ ἕ, π μείλιχοι, οἱ ὅτε μαχεσάμενοι, cum ὅτε scribendum sit, ὅτε μείλιχοι ut ὅτε τάχιστα, maxime, celerrime. *licet maximopere celebrarint homines.*

Pag. 297. legitur in editis. Ἀλλως τε, ὁρᾷς ἢ ἐπείρων ἔσει ἐκεῖ οἱ ἱερεῖα οἵδε; μὴ μετρεῖν δὲ καὶ Ὀδυσσέως ἀφίξεται πάντως. φέρε ἢ ἀθρωπίνως καὶ ἡ γνώμη ἢ πεύγματος. sed qui hunc locum inspexerit attentius, animadvertet, scribendum & distinguendum eum sic esse. Ἀλλως τε ὁρᾷς, ἢ ἐπείρων ἔσει ἐκεῖ οἱ ἱερεῖα οἵδε. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσέως ἀφίξεται. πάντως φέρε ἢ ἀνθρωπίνως καὶ ἡ γνώμη τὸ πεύγματος. *Vides alioquin, quanta turba sociorum tuorum simus hic. Non longe post autem huc veniet quoque Ulysses. Omnino solatium affert societas earumdem rerum.* Nam *solamen miseris socios habuisse malorum.* In fine dialogi haeret quoque macula, quam ante complures annos eluimus, sed nunc nobis adstipulari Mſ. gaudemus: sic enim in illo legitur: σιωπᾷν χρὴ καὶ φέρειν δίδακτον ἡμῖν, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλωμεν ἄκαιρ οὖ, τοιαῦτα ἐρῶντες. *Fixum nobis est tacere, ferre, & tollerare, nisi velimus ludibrio esse, ut tu, si optaremus talia.* Nam δίδακτον ἡμῖν, quod in editis est, respuit omnino sensus hujus loci. Quis enim illis hoc dedit, & concessit? Imo dicit sibi deliberatum esse, sibi & firmam stare sententiam omnia potius ferre, quam inanibus querelis risum concitare.

In dialogo Diogenis & Herculis, pag. 299. cum hic dixisset, quicquid in se fuisset Amphitruonis obiisse; quicquid Iovis, vivere, & apud superos frui sempiterna beatitate; ille vero repositisset, duos igitur Hercules esse natos ex Alcmena gemellos, alterum Amphitruonis, alterum Iovis filium, respondit Hercules, οὐκ ὀρθῶς, ὁ γὰρ αὐτὸς ἄμφω ἦμεν. Ratio loquendi & sententiae requirit ut legas ἤμην, & vertas: *aequaquam fatus. solus enim ambo eram.* Ego Hercules solus eram ambo, filius Iovis & Amphitruonis. Αὐτὸς est

saepe

saepe μόνος. Aristoph. αὐτὴ γάρ ἐσμεν. *Soli enim sumus.* & superius in dialogo Mercurii & Solis, αὐτὴ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν. *soli enim nos sumus.* αὐτὸς ἥμην ἄμφω, est ut apud Phaedrum, *Aesopus cum solus esset familia.* In eodem dialogo paullo ante, τὸ μὲν τόξον γυμνὸν καὶ σὺν χορδῇ. Mss. τὸ μὲν ξύλον γυμνὸν καὶ σὺν χορδῇ. Sed nihil mutandum. Allusit ad Odyss. λ. v. 606.

Γυμνὸν τόξον ἔχων ἐπὶ νώροπι βριῇφι βιοῖο.
Nudum arcum habens, & ad nervum sagittas.

Veteres enim thecas habebant, in quibus ut arma cetera, reconditos quoque circumferebant arcus, ne coeli injuria violarentur. Eos expediebant, cum res exigeret.

In fine dialogi lepidissime Diogenes: Αὐτὸς δ' ἐμὲ Δία μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, ἀλλὰ τοῖς βελτίοσιν νεκρῶν σύνειμι, Ὀμήρου καὶ τῆς τοιαύτης ψυχολογίας καταγελῶν. Nihil quidem hic est difficultatis, sed venustas tamen hujus loci perspici satis non potest, nisi obversetur memoriae locus Homeri, ad quem allusit. Is est Odyss. λ. v. 600.

Τὸν δ' μετ' εἰσιόωσαν βίλον ἠρχαλέοιλιν
Εἰδόλεον. αὐτὸς δ' μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τέρπεται ὀ θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.
Post hunc vidi Herculem
Simulacrum, ipse vero cum immortalibus diis
Oblectatur convivüs, & habet pulchris pedibus Hebem.

Verum pro ψυχολογίας in Luciano Mss. habet ψυχρολογίας. *tam frigidas sententias.* optime sane. quae sit ψυχρότης & ψυχρολογία nemo potest ignorare, nisi qui nec Longinum, nec alios Rhetores vidit.

Pag. 304. in colloquio Menippi & Aeaci ἀβρωνὰ ὡς ἀληθῶς κόρυνα. *vere imbecilla capita*, non caduca, ut interpretes. Ad Homeri locum respexit, in Odyss. κ. v. 251.

Πολλὰ δ' γυναῖκ' νεκύων ἀβρωνὰ κόρυνα.
Multum vero precare mortuorum imbecillia capita.

Pag. 306. Legitur in editionibus: πολλοὶ τῶν φιλοσόφων λέγουσι, καὶ τάχα κόμιζε αὐτὸ καὶ τὸ βαδίσματος οἱ ἡσυχαστῆς, ἄκρως φιλόσοφοι. μάλα πολλοὶ τὸ δ' ἀλλὰ ἰάρεκας οἰμαι. Hunc locum foedatum esse dudum vidi, sed quomodo purgari posset, non videbam. Exciderunt enim voces, quas ubi ex Mss. reposueris, cognosces emaculatum. Sic autem in illo scribitur: πολλοὶ δ' τῶν φιλοσόφων λέγουσι, καὶ τάχα κόμιζε αὐτὸ, καὶ τὸ βαδίσματος οἱ ἡσυχαστῆς, ἄκρως φιλόσοφοι, μάλα πολλοί. Zω. μάλα πολλοὺς ἰάρεκας. Mr. ἀλλ' ἰάρεκας, οἶμαι, οἵους ἂν ποιῇ τις Ἀριστίππους καὶ Πλάτωνας. *Multi juniorum se philosophari profitentur. Ac habitum quidem ipsum & incessum si quis adspicias, summi philosophi videntur, sane quam multi.* Soc. *valde multos vidi.* Mer. *sed vide qualis ad te veneris Aristippus, & ipse Plato.* De Platonis & Aristippi luxuria vide Theodoret. θεραπευτ. β ex ipso Xenophonte, vide & Athen. xiii

Dipnoſoph. de amore Platonis in Archeanaſſam Colophonienſem. Inde & ab Antiſthene Σώφων dicitur, quaſi diceres Priapum. Athen. lib. xi. Sequitur, paucis verbis interjectis, qui prava laborat interpunctione locus, quem ſic reſtitues: *Εὐδαίμων ὦ Σώκρατες ἀνθρωπος εἶ. τάχα τοιαῦτα πάντες ἂν σε ἡγοῦμενοι εἶναι) ἄνδρα μαινόμενον, καὶ πάνυ ἀγνοοῦντας τοῦτο, δεῖ γὰρ εἰδέναι τἀληθῆ λέγειν, οὐδὲν εἶναι. Felix homo es, Socrates. In his omnes te virum admirandum fuiſſe exiſtimant, & omnia iſta noviſſe, cum nihil, verum enim dicendum eſt, ſcias.* Hinc Socratem alii fuiſſe idiotam dicunt, & vere dicunt.

In dialogo Charontis & Menippi pag. 308. male vertunt haec verba: *μάτην ἂν ἔσῃ πολλὰς τοσούτους πλοῦς, num ergo tam longe trajectus te gratis tranſvexero*, cum illorum haec ſit ſententia: *nihil igitur tibi proderit tam longa navigatio confecta*, cum obolum naulon non tecum attuleris. ſed paullo ante melius Mſ. *κἂν μὴ ξύλῳ σε πατάξω ἀλλαλύσω τὸ κρανίον.* male in editis *σὺ πατάξεις.*

In dialogo Nirei, Therſitae & Menippi pag. 313. *vide* quam inepte diſtinguatur haec *ἐξαυτῆς*, non longe ab ejus initio: *πῶς ἔστι πρότερον οἶμαι; χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι*, hanc ineptam diſtinctionem non poterat non inepta ſequi verſio. Sed ſic interpungendum: *πῶς ἔστι; πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι. Quinam vos eſtis? Prius enim, opinor, decet hoc ſcire.*

In eodem dialogo paullo poſt: *ἄφες δ' οὖν ὦ Μένιππε ἤδη καὶ ἀμορφότερον ἤγχῃ. Iam vero tempus eſt ut pronuncies, o Menippe, utro alterum formoſiorem putes.* ſic interpres. Sed in Graecis non eſt, *ut pronuncies* haec inferſerunt ut ſententiam eliciant, quae nulla eſt, nec enim haec ſolent ſubaudiri, quae facere tempus praecipit. reſcribendum ex Mſ. *ἄφες σὺ δ' ὦ Μένιππε ἤδη καὶ ἀμορφότερον ἤγχῃ. Vide tu vero Menippe quem pulchrionem ducas.*

Pag. 314. In dialogo Chironis & Menippi. *ἥκιστα ὦ χείρων, ὡς ἥδιον, ἐπιθυμήσειας ἀπελθεῖν.* Chiron eſt Deus mortuus. vid. Apollod. Biblioth. lib. 2.

Pag. 316. in dialogo Diogenis & Antiſthenis: *Ὁ δὲ Ἀρσάκης γεγηρακὼς γὰρ ἤδη, καὶ τὴ Δὶ' οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν, ἤχθετο.* Latinus interpres: *Arſaces autem (ſenior enim jam erat per locum pro barbarico illo ritu facie non inhoneſta, graviter ferebat.* Abhorret a Graecae linguae genio haec locutio *οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν.* ut & ab indole Latinae linguae, *pro barbarico ritu non inhoneſta facie eſt.* Aliter interpungendum eſt, ſi velis Lucianum emendate & humane locutum eſſe; ſic autem diſtingue, *οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν, εἰς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο non illiberali facie, barbaro more ferebat aegre*, ut ſolent barbari. hoc eſt *εἰς βαρβαρικὸν* quod non male verterunt *barbarico ritu*, ſed male conjunxerunt cum facie. ſic *εἰς τὸ ξυμμαχικὸν* apud Thucyd. lib. 6. eſt *pro ſocietate inita.* Paullo ante *κύμβια* ſunt pocula cymbae forma. Conjungit ea quoque cum phialis Demoſth. Orat. in Mid.

Ibid.

Ibid. *αὐτὸν ἢ ὑπονοῶ τῷ σοφίσασθαι, αὐτὸν ἢ ἀμφοῖν καὶ τὸν ἵππον.* Cogitabam olim *ὅτως ἢ ὑπονοῶ τῷ σοφίσασθαι αὐτὸν δὲ ἀμφοῖν καὶ τὸν ἵππον. sic vero subjecta fuerisse ipsum & equum perfodit.* sed nunc conjecturae praefero lectionem Mſ. *αὐτῷ δὲ ὑποθεὶς.*

Pag. 318. *Ὁ μὲν Βλεψίας αὐτὸς, ἑαυτῷ κατηγορῶ φθίσεως, πολλῶν τῶν ἀνοίων.* dele duo commata, ut loquuntur, poſt *αὐτὸς* & *φθίσεως*, quae in omnibus editionibus conſpiciuntur, & interpretare: *prior ipſe ſe accuſavit multae dementiae.*

Ibid. *πάλιν ἔμοιγε ὦ τῶν τυχόντων πρωκλῶν πυρίχουν τι τίνοντες.* Amabo, quid hic loci eſt *πυρ τι.* Nec id profectum eſt a Luciano, qui ſcripſit, *πρωκλῶν πύρμιχον τότε τίνοντες, attulerunt mihi voluptatem tunc gementes.*

In dial. Menippi & Tireſiae p. 319. melius Mſ. *ἅπαν γὰρ ἡμῖν ὁμοίως τὰ ὄμματα κενά.* Vulgo, *ὄμμα τὰ ὄμματα κενά.*

Ibid. *τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Δυγκεύς;* Phineus fuit vates oculis captus, vid. Apollod. Biblioth. lib. 1. Lynceus *ἐξυδρυσθῶν.* Eurip. Med.

Pag. 320. *ἀδὺ χαλεπὸν ὦ Τειρεσία.* interpres: *nihil acerbi, Tireſia.* imo: *non grave eſt quod quaero*, ſeu difficile explicatu. Sic in *βίαν πράσσ, χαλεπὸν μὲν ἀδὺ. nil grave eſt.*

Ibid. *Καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάθησαν*, poteſt ferri. Cenſeo tamen Lucianum ſcripſiſſe, *καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάκησαν. mammae marcuerunt. mammae factae ſunt paſſoſae*, ut Martialis loquitur.

Pag. 321. in initio dialogi Ajacis & Agamemnonis: *οἱ σὺ μανεὶς ὦ Αἶαν σεαυτὸν ἐφόνευσας, ἐμίλησας δὲ καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, τί φῂς ὦ Ὀδυσσεῦ.* Pro *ἐμίλησας*, quod nihili eſt, & omnes tamen obſident editiones, ſcribe *ἐμίλησας. Situ, cum furore corripiebaris, Ajax, te ipſe interfeciſti, noſque omnes concidebas, quid Vlyſſem accuſas?* *μιλίζειν* eſt membratim concidere. Ajax furore percitus pecudes jugulabat, & cum in illas graſſaretur, putabat ſe Graecorum obtruncare duces. Res nota. vide Sophoclis Ajacem flagelliferum v. 297 & ſequ. In Mſſ. tamen legitur *ἐμίλησας*, quod ſi quis malit, non repugnabo; ſubaudiendum autem *φονεύειν, nos etiam occiſurus eras.* Statim cum Agamemnon dicit Ajacem noluiſſe apud inferos alloqui, reſpicit ad Homerum, quem vide Vlyſſ. λ v. 543, & 526. ſicut & quae inferius de Thetidis arma in medium ponente narrat Agamemnon, ex eodem loco petita ſunt, v. 545. Quod addit poſtea de Trojanis ſententiam ferentibus, & quae reſpondet Ajax, *novi, quae me damnarit*, intelligenda ſunt ex verſu ſequente Homeri.

Παῖδός θ' Τρώων δίκασσε καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

De hac conqueritur etiam apud Sophoclem in laudata fabula.

Pag. 324. In *κυνομυιτείᾳ* ſtatim poſt initium Philonidae verba ſunt corruptiſſima: *ὁ μάγειρος. τίνος ἐστὶν ὁ κύων; ὅμοιον ἄλλῳ, εἰ μὴ ἐγὼ ὁ Φιλίππου μάγειρος ἄλυς.* Vertit Thomas Morus: *Num nam hic Menippus eſt, canis ille? Non hercle alius, niſi ego forte ad Me-*

nippos omnes hallucinor. Interpolator autem Salmuriensis: *Nonne hic Menippus canis est ille? non hercle alius, nisi hallucinor omnes pro Menippis accipiens.* Sed quis Graece doctus intelligat quid sit ἀληθλίκειν Μενίππους ἅλως, aut qui sustineat affirmare id significare haec verba, quod volunt interpretes. Luciani manus est: Οὐ Μίννιππος ἐστός ἐστιν ὁ κύων; ἄλλως, οἶμαι μὴ ἐγὼ ἀληθλίκω. Μίννιππος ὅλος. *Nonne hic Menippus est ille canis? non hercle alius, nisi male video. Menippus ipse est.* Μίννιππος ὅλος est idiotismus Atticus, quo usus etiam est in dialogo Diogenis & Herculis pag. 298. οὐχ' Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν, ἔλλως γοῦν ἄλλος μὲν τὸν Ἡρακλέα. τὸ δέρμα, τὸ ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ, τὸ μέγεθος. ὅλος Ἡρακλῆς ἐστίν. *An non Hercules hic est? non alius mehercule. Arcus, clava, leonina magna statura ipse Hercules est.* Mox in hoc versu Tragici:

Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος ξὺν ἥβῃ πλέον;

Leg. ex Mſ. Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος ξὺν ἥβῃ πλέον.

Novitas rei me incitavit, & audacia animi magis.

Pag. 231. pro αἰτιᾶσθαι προτιφόνεται, lege ἐπιτιᾶσθαι προτιφόνται, ut ostendi in lectionibus Hesiodeis ad Theogon. v. 768.

Pag. 339. φυλῆς Ἀλιβασιάδος. Finxit lepide hanc vocem, ut & illas quae praecedunt. Ἀλιβάσεις sunt πτερά. vide Hesych. Ibid. scribendum: ὦ τέκνον φησί, τάχα μὲν αἰνῶν οἶδα σε ἐπ' ἀκριβείας, ὅτι δὲ τὸ σοφῶν ἐχάνθω, ὦ τὸ αὐτὸ γιγνώσκειν ἑαυτοῖς. *O fili causam scio tuae perplexitatis, & sapientibus ipsis profectam, qui non eadem inter se sentiunt.* εἰ in omnibus editis desideratur. Aliud est ὦ τὸ αὐτὸ γιγνώσκειν ἑαυτῷ, nimirum *a se ipso dissentire.*

Pag. 348. Μὴ ἦ ἰμπίδα οὐχ ὅπως τοῦτο ἐν ἄγαλμα δυσῤῥᾳθῶς. Pulchre ἰμπίδα pro vulgato ἰλιγγα reposuit Bourdelotius, sed pro ὅπως, quod in editis est, scribendum ὄπως. οὐχ ὅπως est *nedum*, usus etiam est in Prometheo & alibi. In eadem pag. inepte haec vertuntur: ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γίνεσθαι τῶν σῶν ἢ τιμίων κρίσιν, *sed cymbam ipsam harum rerum judicio dignam censes*, cum sit; *sed cymbam ipsam existimas esse, ubi de talibus judicium fieri necesse sit.* Sic & pag. 351. τὸ δὲ παρεστὼς ἐλεύθερος λέγειν non bene vertitur, *ea quae urgent libere dicere*, hoc enim voluit Lucianus: *mentis cogitata libere dicere.* παρίστασθαι est in mentem venire, animo obversari. Plat. in Phaedone: ὅτι μοι παρίσταται, *ita mihi videtur, ut sentio.*

Pag. 351. Excidit particula ἢ, quam repones, licet Mſ. non praeciperet, in quo tamen legitur. ἐρωτῶν ἔσῃ ἀναπεπλεκὼς φοιτῶν, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς, ἢ τινι τοιούτῳ ἢ λαγῷ. vulgo ἢ τινι τοιούτῳ λαγῷ.

Pag. 352. Ὁ τῶν πορφυρῶν δεσπότης ἱμαντοφραμπόνος legendum. mox Mſ. δύο κλασθῆ γενικῶς, vulgo γενικῶς. Quae autem generositas in capitibus hominum truncandis, & palo suffigendis? sed forte scrib. γενικῶς *strenue, fortiter.* mox scribe νέον ἐκ ἀνθρώπου ex Hom. Odyſſ. α. v. 40. minuta haec sunt, sed tamen omnes,

mnes, quas vidi, editiones deturpant. Quae de Maeandrio dominum ſuum Polycratem prodente ſcribit, non leguntur apud Herodotum, ſed ex alio Hiſtorico illa hauſit. Apud Herodotum ſponte ſua proficiſcitur Polycrates ad Oroetem. pag. 353 perperam in omnibus editionibus legitur *ἱππίης* pro *ἰπζοίης*. pag. 358. *κάτθνη᾽ ὁμοῖος ὁ τ᾽ ἄνυμβος ἀνὴρ.* Hos ſex verſus Lucianus ex variis Homeri locis *παρῳδήσας* contexuit.

Pag. 362. *Περὶ Θυιάδων. καὶ μοι δοκῶ ὀργὰν αὐτὴν*, ſcribendum ex Mſ. *καὶ μοι δοκῶ ὀργὰν*, quamvis & ſine Mſ. ope facile quivis, qui animum intendit, ſic ſcribendum eſſe videre poſſit. De Diana vero irata, quod neglecta fuerit in Oenei ſacrificio, vide Homerum Iliad. 1. v. 530. de epulis autem, quibus duodecim Deos exceperunt Aethiopes Iliad. *α*. v. 425. Ibid. liquet ex praecedentibus ſcribendum eſſe, *ἡ ἓξ ἐν ᾗ Αὐλίδος εἰς Ἴλιον ἀμφιλάβοιεν πυρῆνα βασιλικῆς*. non ut legitur in editionibus *κρὴ τὸ*. *Hunc vero ex Aulide in Ilium navigationem virginis regiae* emere. *Τὸν* nimirum Agamemnonem qui Iphigeniae ſacrificio redemit proſperum curſum & ferentes ventos.

Pag. 363. ſcribendum omnino ex Codice Anglicano, quod monuit Bourdelotius, & firmant mei libri excerpta: *ἡ μὲν γὰρ ἰκμὰς* (vulgo abſurdiſſime *ὁ μὲν γὰρ ἰκμοτόμος*) *τὸ μὲν ἀλῶσαι τότε τὸν πόλιν ἐπείσθη τοῖς τοῦ Ἀγαμέμνονος βοῶν δώροις καὶ πίνλω*. Res habetur apud Homerum Iliad. *γ*.

Pag. 365. Dicitur Iuno peperiſſe Vulcanum *βάναυσον, καὶ χαλκέα, καὶ πυρίτην*. Vertit interpres: *fornacarium, & fabrum aerarium, & ignipotentem*. *βάναυσον* eſt arte ſordida ſeu ſellularia quaeſtum faciens. ſed *πυρίτην* Graecis eſſe ignipotentem, qui circa ignem verſatur, mihi perſuaderi non poteſt. *πυρίτης* lapidem & gemmam quis ignorat? *πυρίτης ἄρτος* dixit Phrynichus apud Pollucem. In Mſ. eſt *πυρητὸν*. ſed hujus vocis exemplum quaero. Forte ſcripſit Lucianus *πυρωτὸν*, qui igne utitur in flando, & coquendo aere, a *πυρόω*. Habes hanc vocem in hac notione apud ſcriptorem libri Eſdrae.

Pag. 366. *χαλκῆς ἴση*. Iliad. *α*. *διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ*.

Ibid. *ἀμφιερεμνὰν κλεισὶν ἠλιτομήνοιν αὐδὴ κεκυφυῖ*. Il. *α*. v. 510.

Pag. 369. *Θύρας δ᾽ ἐπίσχετε βέβηλοι. foras occlude profane*. Sic vertunt. Num Prophani occludebant fores? Ejiciebantur voce praeconis, *ἐκτὸς, ἐκτὸς ἴτε βέβηλοι*. legendum ex Anglicano Codice, *Θύρας δ᾽ ἐπίσχεθε βεβήλοις. foris occludite profanis*, hoc eſt a foribus removete, nec admittatis profanos. Non nego tamen apud alios quoque ſcriptores legi *βέβηλοι*, qui hunc verſum laudant, ut apud Sextum Empiricum.

Βίον πρᾶσσε pag. 371. *Ἄνεσον βίον πωλῶ* interpres *viam optimam vendo*, & pag. 374. *βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον, καὶ γενναῖον, βίον ἐλεύθερον. vertunt vitam virilem vendo, vitam optimam & generoſam, vitam liberam.* rectius vertas, *vita optimum, vita virilem, generoſum, liberum*. hoc eſt, qui optime vivit, qui viriliter, generoſe, non

effoeminate, libere vivit. Est loquendi genus Graecis tritissimum.

Pag. 378. ἄπεμι]· ἔοικεν ὦ Ζεῦ ἀτὸ ἡμῶν μένειν. leg. ex Mſ. ut olim conjeceram ἄπειμι]· ἔοικεν ὦ Ζεῦ ἀτὸ ἡμῶν. & sic legisse videtur Latinus interpres, qui recte vertit: *Iste, o Jupiter, quantus apparet inemptus nobis manebit.* sic & p. seq. eodem modo scribendum ἀπεῖναι καὶ ἄτιμον μένειν. mox pag. 378. ex eodem Mſ. repone, ἅμα γὰρ αὐτὸ πιπράσκειν βούλομαι. *ambo enim vendere simul volo.* in edd. βούλεσθον. *volunt.* & statim idem liber ὁ δὲ πατὴρ ἔοικε πρῶτον. quod est ἐλληνικώτερον quam vulgatum πρώτιστον. mox male vertitur ἐγὼ δὲ κέλομαι πᾶσιν ἡδέως οἰμώζειν, *at ego omnes a pueris plorare jubeo*, cum ἡδέως sit *omnes, cujuscunque aetatis*, ut dudum viri docti observarunt, vide Suidam, & Glossas Herodoti a viro doctissimi Gothofredo Iungermanno, meo necessario, olim cum Herodoto editas.

Pag. 380. ubi loquitur de ideis, ἐγὼ δὲ πάντων ὁρῶ εἰκόνας, καὶ πάφλασμὰ μοι ἄλλον, sic omnino legendum, perperam καὶμὲ ἄλλο, in editis.

Pag. 382. ubi Stoicus, ex suae familiae disciplina dividit bona inter προηγμένα, & ἀποπροηγμένα προηγμένα Cicero, vertit *producta*, quae aliis in eligendo praeferuntur, ἀποπροηγμένα, interpretatur *rejecta*, quae nulla aestimatione digna sint. vide Lipsii manuductionem ad Stoicam Philosophiam. II, 23.

Pag. 390. in Revivisentibus auctior est vetus Codex. κεκμήκασι δὲ Ἐπίκουρε καὶ Ἀρίστιπε.

Pag. 391. Procul dubio rectius Mſ. ἅπαντά μοι, εἶπας ἅττα, ὦ τὰ πεπονθότες ἀνήκεστα πρὸς ἡμᾶς, ἀμείλικτε ὀργίζεσθε. *dicite mihi, qui sitis, & quid tam atrox a me in vos commissum sit, qui tam implacabiliter irati estis*, invenit etiam Bourdelotius in Anglicano. Mox excerpta mea, pro vulgato, τὰς καλὰς ἐκείνας τε λόγους, aeque ut Anglicanus τὰς καλὰς ἐκείνας συλλόγους, quod non erat rejiciendum. *tam illa prava colloquia* σύλογος enim apud Demosthenem est colloquium, & circulus colloquentium, ut docuit Budaeus ὁ πάνυ.

Pag. 396. Εἶτα ἰώραν γύναιον τι οὐχ ἁπλοϊκὸν, εἰ καὶ ὅπ μάλιστα ἐς τὸ ἀσφαλὲς καὶ ἀκόσμητον ἑαυτὴν ἐπῤῥύθμιζεν. Vertunt: *ibi mulierem quandam vidi non carentem fuco*, & *ſi in modum quam maxime oportunum & incomtum ſe aptabat.* Est ne τὸ ἰάσφαλι in *modum quam maxime oportunum*? Hoc credant, qui nondum aere lavantur. legendum ἐς τὸ ἀφελὲς καὶ ἀκόσμητον, & verte: *Ibi mulierem quandam vidi non ſimplicem, etſi ſe compoſuiſſet, ut videretur maxime infucata, & inculta.* In aliis quoque locis hoc vocabulum ἀφελὲς, quod frequentius in Luciano reperitur, corruptum est in ἀσφαλὲς, uti videbimus. Mox addit cum muliere illa forte invita nudaretur, se vidisse in illa ἁλυσιδίσκια χρυσᾶ τὸ κλοιῶ παχύτερα, *torques aureos boiis craſſiores.* Sic enim & codex Anglicanus, & mei excerpta, longe ἐμφατικώτερον, quam quod in editis circumfertur, τὸ ἐγχάλκου παχύτερα. Sunt enim τὸ κλοιὸς & ὁ κλοιὸς vincula sive ferrea, sive alius materiae craſſiora, quibus & captorum

rum colla, manus, pedes vinciuntur, ut & quibus canes mordaces coërcentur. Xenoph. II. ἑλληνικ. οἵτε ὥσπερ τοὺς δακνοντας κλοιῷ δήσαντες διαδιδόασιν, ὅτῳ κἀκεῖνοι ὑμᾶς διαδήσαντες τῇ ἡδικημένῃ τοῦτο δῆμῳ οἵχεσθαι ἀπίοντες. *Sicut qui mordent catena vinciendos tradunt, ita illi* (Lacedaemonii) *vos postquam tradiderunt populo ipsi injuria affecto tradiderunt.* Apud Eusebium Hist. Eccles. V, 32. vinculum ferreum quo martyrum colla vinciebant, dicitur κλοιὸς σιδηροῦς Prudentio est *boia. Colla boiis impedit.*

Pag. 397, locus est elegantissimus, sed ab interpretibus pessime acceptus de convitiis, & scommatibus. Οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι νέον σκώμματος χεῖρον γένοιτο, ἀλλὰ τοὐναντίον ὥσπερ ἂν τῷ κηλοῦ, ὅταν τὸ χρυσίον, ἐπεσφράγισται τοῖς κόμμασι λαμπρότερον ἐκφαίνεται, καὶ φανερώτερον γίνεται. vertitur: *Novi enim nihil reddi deterius a scommate. Sed contra quod bonum est, quemadmodum aurum, quod erutum inciditur, clarius refulget, fitque splendidius.* Quid hoc *aurum quod erutum inciditur*? Num incisio reddit aurum splendidum? num κόπτειν χρυσὸν est aurum incidere? Κόπτειν est ferire, signare aurum. & κόμμα est signum in nummo percussum, hinc numisma ποιητὸν κόμματος, quod aliter dicitur διακεκομμένον, malae notae, nummus adulterinus. hic tamen κόμμα est ipsa percussio, cum in moneta nummus feritur, ille actus feriendi, legitur autem pro ἐπεσφράγισται in Mss. ἐπεσμάραγται, quod valde placet. Est igitur ἐπεσμάραγται τοῖς κόμμασι χρυσίον aurum detersum ipsa percussione dum in officina monetariorum ab operis rude aurum feritur, & signatur, fitque cum signatum est splendidius. quod qui in officinis illis aurum & argentum viderunt signari, non possunt ignorare. Sicut igitur aurum, inquit, cum in moneta percutitur; signo iis a malleatoribus, impresso, fit splendidius, sic convitiis & scommata rem bonam reddunt meliorem. Si quis tamen velit vulgatam tueri pertinacius, potest exponere, monetam recentem, quae modo ex triumvirorum A. A. A. F. F. officina est protracta. sed ego Mss. scripturam laudo proboque.

Pag. 398. Ἥκιστα γὰρ μὴν τάλαντα ἐξωρύττων ἁλίσκου. Malim cum Mss. ἥκιστα γὰρ μὴν τάλαντ' ἂν ὀρύττων ἁλίσκου. Inferius ἐν τῇ ποικίλῃ rectius vertas cum C. Nepote *in Poëcile*, quam cum interpretibus *in Poëcilo*.

Pag. 401. Praestat quoque ex eodem libro scribi ὅστις ἄριστα κατηγορήσειν δοκεῖ. *qui videtur optime accusaturus*, quamvis vulgata possit ferri.

Pag. 409. Libri istius excerpta firmant Anglicanum, in quo legitur καὶ ὅσοι τὴν τοῦ πλησίον ὑφεῖς ἀλαζόνες διαγινωσκόμενοι, quod merito probat Bourdelotius. sed pag. 412. is ipse male damnat Codicis Anglicani lectionem, in quo, ut & meis excerptis rectius scribitur, καὶ φιλοσοφεῖν φάσκουσιν, *& qui dicunt se philosophari, se esse philosophos*, pro quo dixit pag. 414: Ὅσοι φιλοσοφεῖν αὖ λέγουσι, quam quod legitur in editionibus, καὶ φιλο-

σοφῶν δοκῶσι, quod est *in philosophia se exercent, philosophiae dare operam*, quamvis id quoque possit tolerari, alterum tantum praeferendum est. Hanc enim vim habet, venditant se pro philosophis, cum non sint.

Pag. 414. recte utique Mſ. μυείοι, ὅσα ἦ φόβα κὴ ὄψια χίνῃ) ὄφις est enim ex Hom. Iliad. β. v. 468. ἔδος est interpretatio. ὄφις n. accipitur cum pro vere tum pro aestate, ut ad Hesiodum ostendi.

Pag. 415 τὸ μὴ ἦ ἐπιδέεσθαι γνώσεσθαι κὴ σημεῖον αὐτοῖς. Non est hic locus δὲ, Recipiendum omnino quod Anglicanus codex & mea excerpta prae se ferunt, μηδὲν ἐπιδέεσθαι γνώσεσθαι. quod & videtur agnoviſſe Latinus interpres. Statim nihil certius scribendum esse, quod & Bourdelotius probat, cum Anglicano & meo: δυχόμεθα ἤδη αὐτὸς. Plat. ἡμεῖς πρῶτοι. nec minus probandum ex iisdem membranis pag. 410. τεχνίον ἐπιτίλλ τὸν ὄγγον. *fac ut cito aliquid capiamus.*

In Cataplo pag. 436. mirum Bourdelotium non recepiſſe Mſ. Anglicani scripturam, qui vere cum meis excerptis scribit, ἐ σὺ Ἑρμῆ συναίρασον & *tu simul extrahe*, quamvis vulgata non sit exibilanda.

In dialogo de Mercede Conductis, menda tam aperta qui potuit tot editores effugere, praesertim cum Latinus interpres veram lectionem in suo libro reperiſſe videatur. Pag. enim 451 ἐς ἑτέρου ἄφνω γεγόνοντες ἔξοροι γενόμενοι κὴ ὑπ' ἔ ἐρῶν, καὶ ὑπ' ἔ μισουμένων, legendum ἐς ἕλαθον ἄμφω γεγόντες. recte Latinus: *donec imprudentes ambo fenuerint.*

Pag. 455. Καὶ δὴ δύνχαται σοι πάντα εὖ τυχῆς μείζονος. leg. ex Mſ. ἐ δὴ δύνχαται σοι πάντα. εὐτυχεῖς μείζονος. *Age omnia tibi succedant. Mirum in modum felix es.*

Pag. 476. Nullus dubito ex eodem codice refingendum esse κὴ ὁ μὲν πρῶτ- ἀΐων, ἵν σκιρθμένω ἀγγελώνης ἔ δεσπότ, ἀσθμαίν κὴ ἀσυνόνως ἀπέρχ). *Et primus quidem illico, etiamnum cunctantem dominum audiens, praecurrens ante alios nuncias.* Vulgo, κὴ ὁ μὲν πρῶτ-, ἀΐων ἐπορεύθμένω ἀγγελώνης ἔ δεσπότ, ἀσθμαίν. Vertunt: *ac primus quidem, qui statim id facere destinantem subauscultarit dominum, praecurrit, priorque monet.* σκιρθᾶν est cunctor, dubito. unde σκιρθῶν qui de omnibus dubitabant.

Pag. 480. legitur in Mſ. ἐγχειμελάσθω αὐτὸν τὸ χέρε, ἤδη ὑποσβένθ κὴ νεκρίμενον ἢ χρῶτα, cujus color est detritus, cujus vividus color est extinctus. Sed vulgatam non follicito. νεκραίνω ἢ χρῶτα, cujus color est immutatus, evanuit. Sic enim Homerus loquitur Iliad. ε. v. 733.

Τῶν ἦ τείπθ χρὼς, ἀδὲ πς ἔτλη
ἀσσον ἰὼν ἀΐξαι δὴ πρὸ νεκρῶ δηϊόωντ
Eorum mutabatur color, neque quis sustinebat
Procurrens pro mortuo pugnare.

In Apologia pag. 482 locus est vexatiſſimus, in quo ingenium exer-

exercuerunt viri magni Bochardus & Palmerius, nec non Cl. Bootius? *Μονωχὶ ἓ ἵππον πάλιν ἐν τῷ παραπλησίῳ ἔχοντα, παρὰ ἑαυτὸν ἑλκύσθαι τὴν φορεσθαι, καθάπερ ἂν κλοιῷ τινι χρυσῷ ἓ αὐχένα δηλονότι, οἷά ἐστι τὰ τεθραμμένα πολυτελῶς τὰ στρογγύλα καὶ τὰ κυρβάσια.* Vocem *κυρβάσια* nihili esse, & Graecis ignotam jam viri docti monuerunt. Non vero amuleta, non collaria intelligi, aut has voces *στρογγύλα ἓ κυρβάσια* significare posse iidem docuerunt verissime. Non possum tamen subscribere doctissimo Palmerio, qui ex Hesychio *κυρβάσια*, vel *κυρβάσα* legendum esse scivit. Pueros, illas delicias dominorum & dominarum, apud Romanos aureis catenis vinctos hinc inde ductos esse, quo vellent illos sequi, nusquam lectum neque auditum. Certum est animal intelligi. quamvis autem nihil ad rem faciat locus Philostrati, quem ex Photio attulit Bochardus, ille enim tantum significat pardum aureo collari ab Arsace ornatum dimissum & consecratum fuisse Nysaeo Deo, eumque torquem ideo ejus collo fuisse inditum, ut signum esset consecrationis, non ut in aula vinctus traheretur & duceretur ad spectantium voluptatem, sic etiam cervorum & hinnulorum cervices collaribus, ut etiam nunc in principum aulis, cingebantur: sed loquitur de animali, quod torque, quo ducebatur & trahebatur ad libitum domini, instar *στρογγύλα*, simile. Quamvis igitur, nihil ad rem hanc, de qua loquitur Lucianus, faciat iste locus Philostrati, nec in historiis occurrat pardalus sic fuisse domitus, ut in opulentiorum aedibus fuerit circumductus, facit tamen pro Bochardo quod legatur in praecedente dissertatione in mercede conductis, ubi de eadem re loquitur, illos, qui divitibus operam suam locant, similes esse leoni, qui alligatus funiculo hinc inde ducebatur. Ibi philosophus, cum viderat se libertatem perdidisse, queritur pag. 471: *Νῦν δὲ τὸ ἓ λέγω, λέων κεκτῆσθαι δοκῶ ἐκ νέου τεθραμμένον. Nunc vero, ut solent dicere, leo filo vinctus sursum ac deorsum circumferor.* Nam quamvis proverbium sit, traxit tamen originem a vero. Nota est historia Androclis ex Gellio & Aeliano. vide Plin. Hist. Natural. lib. VIII. c. 16. Sic & pantheras & pardos cicuratos & olim fuisse constat ex vita Elagabali, & aliis historicorum monumentis, uti etiam nunc in India ad venandum cicuratur. Martialis lib. I. ep. 84:

Picta quod jugo delicata collo
Pardus sustinet.

His puto posse defendi emendationem magni Bochardi; neque tamen ausim eam veram praestare. Facile possent alia substitui. sed sine ope libri veteris, in meo hic nullum est praesidium, nihil affirmarim.

Pag. 490. locus est vexatissimus, de quo ante complures annos meam consuluit sententiam Amplissimus Daventriensium Consul, Gisbertus Cuperus, nunc Consessui Potentissimorum Ordinum Belgicae foederatae, qui Hagae Comitum est, adscriptus, quem honoris causa nomino. Diu, fateor me torsit, vanisque conjecturis

diu

diu me & virum excellentem frustratus sum. Verba sunt: Σὺ δ' ἀλλ' ἐπείγε, ὡς οὐδὲν τούτων ἡμῖν χρησομένοις, μὴ γὰρ ποσὶν ἂν τὸν λιμὸν κατελάσειε τὸ Ἄργος ὡς τὴν κοίλην Ἀραβίαν ἀπάξοντα. Interpres Latinus: *Neque enim tanta fames Argos urgere unquam poterit, ut cavam Arabiam ferere aggrediatur.* Quae aut ubi gentium est cava illa Arabia? Novi κοίλην Συρίαν, coele Syriam: memini Ἄργος dici κοῖλον sophoci, uti ἀγκύλον κοῖλον eidem, & Homero Λακεδαίμονα κοίλην, cavam Lacedaemonem. Sic enim Graeci vocabant loca in vallibus, & humili loco sita, non in montibus. Sed Arabiam cavam esse nemo usquam reperiet. *Si* quae dicenda esset Arabia κοίλη, certi magna felicis Arabiae pars inter montes in vallibus feracissimis posita, sic esset dicenda, non illa fabulosa & deserta. Erasmus tamen Roterodamensis, ille Batavorum doctissimus, ex hoc loco proverbium sibi visus est expiscari, quod Centur. 1. Chiliadis 11. inseruit & sic explicat: *τὴν κοίλην Ἀραβίαν ἀπάξειεν, cavam Arabiam ferere*, pro frustra sudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam sumere, adlato hoc loco Luciani. Plutarchi locus quem Luciano attexit est plane ἀσαφὲς διόρθωσις, & male a summo viro intellectus & translatus, de quo alias. Sed, crede mihi, nullam unquam fuisse cavam Arabiam nec usquam eam reperies, licet in ipso solis curru orbem terrarum lustres, aut alatis draconibus cum Triptolemo per omnes gentes circumferaris. Et, si quae esset, quid tamen illa ad Argivos? *Num ad famem* avertendam illi ex Europa in ultimam Asiam ad Arabiam colendam proficiscerentur? λῆρος, λῆρος. Mea excerpta scribunt portentosius ὡς τὴν κυλλαροβίδαν. Mihi tamen ad veram lectionem aditum aperuerunt. Legendum enim: *ὡς τὴν κυλλάροβιν ἀπάξειεν. ut Cyllarabin velint ferere.* Fuit Cyllarabis gymnasium in Argolide. Hesych. κυλλάροβις δίσκος ἢ γυμνάσιον τὸ Ἄργει. Meminit hujus gymnasii etiam Plutarchus in vita Agidis & Cleomenis cum narrasset Cleomenem agrum Argivorum & omnem segetem perdidisse funditus: addit ὡς μέντοι κατὰ τὴν κυλλάροβιν γενόμενον τὸ γυμνάσιον, ἐπιχεῖραι σφοδρῶς πῦρ, καίλυσαι, ὡς καὶ τὰ περὶ μεγάλην πόλιν ὑπ' ὀργῆς μᾶλλον ἢ κακίας αὐτοῖς πεπραγμένα. *Postquam tamen ventum ad Cyllaribin est, & subdere facis aggressi sunt gymnasio, obstitit; ostendens illa quae Megalopoli egissent irate potius, quam bene a se gesta esse.* Liv. xxxiv, 26: *Misit expeditos pedites equitesque, qui circa Cyllarabin (gymnasium id est minus trecentos passus absorbet) cum erumpentibus a porta Lacedaemoniis proelium commiserunt.* Pausanias in Corinthiacis vocat κυλλαρόβιν γυμνάσιον, & sic a Stheneli filio appellatum esse auctor est. vide quae ad laudatum Livii locum adfert contra Casaubonum, qui velit apud Livium legi *circa Cyllarabis gymnasium*, Iacobus Gronovius, magni parentis non minor filius. Istud gymnasium sacrum fuit, & ut pleraque alia, dedicatum diis, itaque usibus humanis exemtum, ut ager ejus coli non potuerit. Inde proverbium hoc natum.

In

In Hermotimo pag. 508. πάππαι ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, ἀδὲ κἂν τοὺς πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ παντάπασιν. ὁσα χαμαὶ τὰ γῆς. interpres: *Papae Hermotime, quantulos nos facis, neque cum pygmeis nos comparas, sed omnino cum humi repentibus animalibus.* Sed χαμαὶ ὁσα χαμαὶ τὰ γῆς num sunt humi repentia animalia? non sic Graeci loquuntur, sed dicendum fuisset τοὺς χαμαὶ ὄντας, aut ῥέπουσι. sicut statim, ὅσοι χαμαὶ ἱρπετόμοροι ἰσμέν, sed veram scripturam nobis ostendit Mſ. Ἀλλὰ χαμαιπετῆς παντάπασιν ὁσα χαμαὶ τὰ γῆς. In praecedente pag. 507 non frustra idem codex: εἰ καὶ μὴ δίψιαν, μηδ' ἀεὶ βαδίζειν πᾶν. sane ἀτλικώτερον hoc est quam vulgatum δίψη. Solet enim ὁδὸς in his frequentissime omitti. sic apud Xenoph. δίψεις ἐξεφοίτων. *a recta via aberrare.* exempla passim obvia, nec tyronibus ignota.

Pag. 513. Τί δ' δῆτα μοι ἐπιτρέπω ἄνω, ὃν τρόπον ἁρμόσῃς τὸ σῶμα φιλοσοφεῖν, ὡς κἀκεῖνος εἰ δυνατόν, ἐπισυνοδεπορεύσῃ ὑμῖν, τοιαυτοῦδὶ δρεξάμενος. Monstrosum verbum ἐπισυνοδεπορεύσῃ potuerunt ne tam diu tolerare editores? Inposterum ex Mſ. scribe & distingue: ὡς κἀκεῖνος εἰ δύναιτ' ἴσα, συνοδεπορεύσῃ ὑμῖν τοιαυτοῦδὶ δρεξάμενος. ut *& ipse, si etiam nunc fieri possit, vobiscum iter, capiam, inde initium faciens*, unde scilicet vos cœpistis.

Pag. 522. Dicit Lucianus, si quis in illam beatorum civitatem velit adsciſci, ei sufficere σύνεσιν, καὶ ἐπιθυμίαν τῶν καλῶν, καὶ πόνον, καὶ τὸ ἀλιπαρές, καὶ τὸ μὴ ὀκνεῖν. vertitur: *intelligentia polleat, cupiditate rerum honestarum teneatur, laborem & macritatem non detrectet, non det tergum.* Primo *macritas* barbarum est, Latini dixissent *macies*, seu *macritudo*. Dein licet Latinum esset, quid hic macies facit ad jus civitatis consequendum? Mſ. pro ἀλιπαρὲς scribit λιπαρὲς, & sic fine controversia scripsit Lucianus. λιπαρὲς est assiduitas, familiaris Luciani vox, quam cum τῷ πόνῳ non semel junxit. Vertendum autem *sufficit ingenium, cupiditas rerum honestarum, labor, assiduitas, non tergum dare*, sc. ad civitatem consequendam, hoc est non viam, cui te dederis, deserere.

Pag. 528. recte Marcilius conjecit δικαιότατα γὰρ ἐπαυλῆξαι δοκεῖ μοι, legendum esse pro ἐπαυλῆξαι, Mſ. hanc conjecturam stabiliente, & vertendum *justissime videtur illum increpasse*, non ut vulgo, *conterruisse.*

Pag. 535. Scribendum ex Mſ. κἀγὼ δὲ αὐτὸ τοῦτο πολλοῦ ἀπορίαν παρεχόμενον τυγχάνω, ὅτι ἔνιοι τῶν ἀποδυσομένων ἔχει πάντως. *hoc magnam dubitationem affert, quod eorum qui exuentur, unusquisque omnino aliquid habet.* in editis legitur ἀποδυσομένων, hoc est *qui exuent.*

Pag. 536. Recte meus cum Angl. ἀνέχει αὐτῷ τῷ χεῖρε. *manu elata.* ut ap. Hom. ἀναχὼν τῷ χεῖρε. male vulgo αὐτέχει τῷ χεῖρε. Sic & pag. 537. rectius iidem libri ἐπισκοπῆς τὰ γεγραμμένα, pro vulgato ἐπισκόπησον, *circumiens inspicis litteras.*

Pag. 542. Dixit Hermotimus, plures ducentis annis, juxta calculum

lum Luciani, impendendos esse omnium sectuarum placitis studiis, respondit Lucianus, age auferamus quartam partem, ἀπτημόριον ἴση ἐκείνη, ἡ τὸ ἥμισυ ὅλου. πεντηκοντάδες ἔνδεκα, non videtur esse tres partes ducentorum annorum. Quis non videt Lucianum reliquisse, ut Anglicanus & meus prae se fert, πεντήκοντα ἐννενήκοντα. *centum & quinquaginta.* & si dimidium detraxeris, *centum* sufficient. quamvis corrupte scribatur πεντήκοντα in Mss.

Pag. 562. Ista verba οὐκ ἐνοῦντες ἂν πρὸς γέλωτα ἂν ἀφίλαθλόν τι πάθοι, καὶ ψεῦδος ἦν, pessime interpretantur: *nec in mentem veniat ni falsum etiam sit, quod priori est consentaneum*, cum haec sit sententia: *non considerantes sibimet quid se invicem consequatur, (vel sibi congruat,) quamvis falsum sit.* ut si quis credat bis quinque esse septem, *credat etiam* quatuor quinque esse quatuordecim. paullo post δόντες τὰς ἀρχὰς ἡ συμφώνησις ἕψεται, non est, ut Latinus, *datis unius cujusque sectae principiis*, sed *admittentes, concedentes principia unius cujusque sectae.* statim haec quoque verba non intellexerunt interpretes, καὶ ἄξιον οἷς λέγουσι λόγον, ἀπὸ ψευδῶν ἡ ἀρχὴ ὁρμᾶται, *cumque a falso principio exordiatur, vera tamen ad falsam demonstrationem vult dicere.* Haec ex Graecis verbis ne fidiculis extorqueas, quae sic interpretanda: *& postulat pro demonstratione vera dicere, ex falso principio progredientem.* hoc est pro demonstratione vult haberi principium, *quod ponit*, quia verum dicat, seu hoc ipsum verum dicere, quod jactat, *vult pro demonstratione accipi*, cum tamen illud principium, quod pro vero circumfert, sit falsum.

Pag. 563. Τὰς μὲν γὰρ ὑπερφυεῖς ἀνδρὸς εὐημερίας πάνυ, οἶμαι, ἐθαυμάσατε οἱ εἰς τὸ ἀκρότατον. Latinus interpres: *Etenim promissimas admirandas audio, quando qui summum fastigium attigerint, felicitate potientur.* οἶμαι hic quam frigeat nemo non videt. Lucianus manus est οἰκτίρω σε ἐπὶ τοσούτοις, *ad quantam felicitatem perventuri sint.* Superius in somnio: ἡλίκα τὰ ἀγαθὰ προέρχῃ λεληξώς γοῦν. *quanta bona consequeris, si evadas statumarius.* sic alibi apud nostrum ἡλίκα θαυμάσια, *quam admiranda.* Nihil tritius.

Pag. 566. Quaerit Lucianus, num Hermotimus excepta eruditione, velit praeceptori suo similis esse, ὅτου μὲν ὀρχηστοῦ, ὅτου δὲ μικρολόγου, ὅτου δὲ φιλόνικος ἦν, καὶ φιλήδονος τὴν Δί', οὐ καὶ σὺ τοιοῦτος ἐθέλοις ἂν γενέσθαι; Ερμ. τίσι γάρ; Λυ. ὦ Ἑρμότιμε, ἥλιος ἀναγέγραπται. primo male μικρολόγου vertitur *ita minutus*, cum sit *sordidus*, parcus; deinde quid interrogatio τίσι γάρ sibi velit non video. Nam cum dixisset Lucianus, velis ne praeceptori tuo praeter doctrinam similis esse, cum sit tam iracundus, tam sordidus, tam rixosus, & voluptatis per Iovem amans, licet multis non videatur talis esse. Subdit Hermotimus: *Quibus nam?* Sed Lucianus subjicit narrationem de sordibus & iracundia alterius Philosophi senioris, quae quaestioni Hermotimi non conveniunt. Cum tamen omnino ad convincendum Hermotimum ostendendum fuisset, quibus nam videretur esse φιλό-

φιλήδονος; nec quicquam ſoleat omitti a Luciano, quod ad Hermotimi pertinaciam expugnandam faciat. Itaque haec cum accuratius expendiſſem, perſuaſi mihi levi mutatione locum hunc foede inquinatum ſic poſſe purgari: εἰ γὰρ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. τί σιγᾷς ὦ Ἑρμότιμε. *Quid taces Hermotime.* maxime hanc meam emendationem firmat antiquiſſima editio Luciani Florentina, anni 1496, quam primam eſſe puto, in qua legitur quidem ποί γε, ſed ſine diſtinctione perſonarum. Sic n. illa habet: Εἰ γὰρ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ ποί γε ὦ Ἑρμότιμε. Aequis lectoribus non difficulter, ſpero me probaturum, hic me non fefelliſſe Divam Criticen.

Pag. 567. Mirum eſt in editis legi ὅτι αὐτῷ ἐλάβετο, ὑπὸ κάλπης ἀκκομιζόμενος τὸ κάδιον. Quid eſt κάδος, aut ubi invenitur? leg. κάδιον, hoc eſt *vini cadum in ſinus efferentis.* quae mox addit de crocodilis, & cornibus, intelligenda ſunt de ſyllogiſmis Stoicorum, quos ſic nominabant. vide ſuperius in βίων αρέσει. In ead. pagina ὁ φιλόσοφος ὅσα οἷμαι δόκησιν ἀπεκρίνατο ὦ Ἑρμότιμε, ὡς γεροντικά. Vertitur: *vide mi Hermotime cujuſmodi reſponſum, quam ſene dignum philoſophus ille reddiderit.* Atqui γεροντικὸν reſponſum eſt *anile reſponſum*, ut patet ex ſequentibus: ἐπεὶ γὰρ αἱ πίτθαι παιδὶ λέγουσι μὴ πιεῖν, ὡς ἀπιτίου αὐτοῖς ἐς διδασκάλου. καὶ γὰρ ἂν μανθάνῃ μηθὲν ἀγαθὸν ἢ δύνωνται, ἀπ' ἂν φαῦλον ἀδὴν πατήσουσιν ἐκεῖ μένοντες. *ſiquidem etiam aviae talia de pueris dicunt, nimirum ad magiſtrum illis eundum, nam licet boni nihil poſſint diſcere, nihil mali tamen committent, dum ibi manebunt.*

Pag. 569. Cum Hermotimus deploraret jacturam temporis, quam impenderat philoſopho, reſpondet Lucianus, nihil lachrymis profici, prudentius facturum, ſi Aeſopo in fabulis monenti obſequatur: ἴδῃ γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι κροκιζόμενον, ἐπὶ τὴν κυμωτώδη, ἀριθμεῖν τὰ κύματα. *ubi dicit*, inquit interpres, *quendam in littore maris conſediſſe, ut numeraret undas.* vides ἐπὶ τὴν κυμωτώδη plane omitti ab interprete. Sed locum hunc mendoſum eſſe non animadvertiſſe interpretes vix credi poſſet, niſi res ipſa loqueretur. Ipſi Grammaticorum canones docebant, dicendum fuiſſe ἐπὶ τῇ ἠϊόνι κροκιζόμενον τῇ κυμωτώδι. Mſ. pro ἐπὶ τὴν κυμωτώδη ſcribit ἐπὶ τὴν κυμωτωγήν. quod argumento eſt ἐπὶ τῇ ἠϊόνι eſſe gloſſam, & interpretationem magiſtri, quae in contextum irrepſit. Indubie ſcripſit Lucianus: ἴδῃ γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τὴν κυμωτωγὴν κροκιζόμενον ἀριθμεῖν τὰ κύματα. *Dixit enim quendam in crepidine littoris conſediſſe, ut numeraret fluctus.* Κυμωτωγὴ eſt ἠϊὼν κυμωτώδης, littus, quod fluctibus pulſatur. Heſych. Κυμωτωγή, ῥαχία, αἰγιαλὸς ὑπερκρεμής. Vſus etiam hac voce Lucianus eſt in Cataplo: Ἀπόκρημνοι ἦσαν πέτραι καὶ ὀξεῖαι καὶ ἐξηγημέναι τῆς κλεψύδρας, καὶ φοβερωτάτην τὴν κυμωτωγήν, καὶ τὸ ἦχος μέγα. *Erant rupes undae & asperae, quas fluctus pulſabant, & valde horribilis erat illa crepido & magnus ſtrepitus.* Extat etiam apud Herodotum in Calliope, ut dudum Budaeus obſervavit, apud quem tamen male ſcribitur κυμωτώγη, & in Mſ. Luciani κυμωτογή. Euſtath.

ſtath. ad Odyſſ. ε. ἐπιτηχεῖ, ἐξοχεῖ τοὺς παλαιοὺς καὶ παλαιστὰς μᾶλλον. μᾶλιστα δὲ τόποι σκίπωνι ἔχοντες. ὅθεν καὶ ἐπὶ τυπτόντων, ποιεῖ ἀντὶ τοῦ δυναμένη δηλαδὴ σθένειν. καθ' ὁμοιότητα δὲ τούτου, καὶ κυβερνητὴν παρ' ἡμῖν λέγουσι τὸν ἀκριβῆ ὅθεν δηλαδὴ τὸ κόμμωσε ἄγνωστον.

Ibid. dicit ſe haec diſputaſſe contra Stoicos, non quod ſingulari quodam odio illos prae ceteris philoſophorum ſectis proſequatur, ſed quod Hermotimus huic ſe mancipaſſet, idem dicturus, i aut Platonem aut Ariſtotelem ſectaretur. ſed in Graecis verbis merda latet. Sic eduntur: τὰ γὰρ αὐτὰ σχεδόν τι εἶπον ἂν εἰ τὰ πλάτωνος, ἢ Ἀριστοτέλους ἤρησο, τὸν ἄλλον ἀκριβῶν ἐρήμην κομπηγορίας. ſed quid eſt ἤρησο? legendum omnino ἤρεσο. ſi aut Platonem aut Ariſtotelem praetuliſſes, ſectatus eſſes. αἱρεῖσθαί τινος eſt aliquem ſectari. Hinc αἱρέσεις ſunt ſectae philoſophorum. pag. ſeq. κεκλασμένῃ λιχνείᾳ eſt adſtricta ſevera vivendi ratio, quam in victu & amictu tenebant philoſophi, cui opponuntur ὥσπερ πάντες οἱ ἐλεύθεροι, *libera omnia & ſoluta* ut Cicero loquitur. Sic & Plutarch. in Lycurgo duram illam diſciplinam, qua pueri Lacedaemoniorum coercebantur vocat λιχνείαν κεκλασμένην.

In Herodoto pag. 572 haec verba ὥστε ἐξὸν λέγειν τὸ πᾶγμα, ἀλλ' οὐ λέγειν ὥστε κατ' ὀλίγον ἀγαίρειν καὶ συλλέγειν τὴν γῆν, videntur, ratione locutionis emendatae poſtulante, *ſic eſſe reſcribenda*, ὥστε ἐξὸν λέγειν τὸ πᾶγμα, ἀλλ' οὐ λέγειν ὥστε κατ' ὀλίγον ἀγαίρειν καὶ συλλέγειν τὴν γῆν. *Nolui igitur ita rem diſcerpere, neque partitione tali minutatim colligere & comparare ſibi famam.* Nam quamvis participia ſaepe ponantur pro infinitivis, ut Grammatici loquuntur, hic tamen locum non habent, pendent n. ab ἐξὸν καὶ ἀλλ', Nec dubito quin pag. 573 ſit ſcribendum οἱ δ' ὅσοι τὸν τῶν παυηγύρεως ἀγῶνα πυθανόμενοι. in editionibus, λόγον non habetur, cum tamen ſententia loci vocem eam requirat. Non longe a fine pag. 576. Graeca laborant prava diſtinctione. Sic n. haec verba interpungenda: Non convenit huc vilis plebs, ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ σοφιστῶν οἱ δοκιμώτατοι. ὅσοι δὲ μικρὸν ἄνω μὲν τὰ πρῶτα ἐπαπλὸ ἐσδύσεσθον φαίνεται τὸ Ὀλυμπίου. Sic quoque legiſſe videtur Obſopeus, qui hunc locum bene vertit.

Pag. 578. In Zeuxide Τὸ δὲ Ὀμήρου, καὶ τὸν νέον ὧδὴν κεχαρισμένον ὑπάρχειν. Alludit ad Odyſſ. α. v. 351.

Pag. 580. Cum Lucianus deſcripſiſſet Centaurum foeminam duobus infantibus ubera praebentem a Zeuxide mirifice deſcriptam, cujus tabulae exemplum viſebatur Athenis, cum ipſum Zeuxidis αὐτόγραφον a Sulla miſſum Romam ad Maleam naufragio intercidiſſet, plurima alia fuiſſe in illa tabula divina plane & admiranda, quae artis rudes fugiant, elegantes autem ſpectatores, & eruditos oculos advertant maxime, & in admirationem rapiant, praecipue vero pictores qui multa videant, quae nos non videmus, καὶ δὲ μαθόντες τὸν λόγον, καὶ τὸν ἐκ μέτρων ὄγκον τὸ ὅλον ἰσότητα καὶ ἁρμονίαν γραφικὴν παιδὸς ἐπαινέσονται, οἷς ἔργον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. Sic in Lanuum

tinum tranſtulerunt hunc locum: *Ad magnitudinis proportionem, & menſurarum ad totum aequalitatem atque compagem pictores commendent, quorum muneris eſt talia ſcire.* Τὸ ὅλῳ inepte & inſulſe opponuntur μέτρα. Novi quidem μέτρα ſeu menſuras in pictura, de quibus Philoſtratus junior in prooemio Iconum, & Plinius. Sed ἰσότης καὶ ἁρμονία ſimpliciter eſt ſymmetria, neque μέτρων ἰσότης quicquam aliud eſſe poteſt quam συμμετρία. Si ergo vulgatam tenemus lectionem, cujus rei erit illa μέτρων ἰσότης. Membra vero & partes recte opponuntur toti. Illarum aequalitas debet reſpondere toti. Legendum igitur eſt, τῶν μερῶν πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα. *partium cum toto congruentiam & aequalitatem.* Dionyſio Longino πρὸς ὕψος dicitur συμμετρία τῶν μελῶν πρὸς ὅλον, cum ait: τὸ καλὸν ἢ σύμμετρόν ἐστι συμμετρία τῶν μελῶν καθεστώτων αὐτῇ πρὸς ἀλλήλα τε καὶ πρὸς ὅλον. *Pulchritudo corporis eſt conformitas membrorum recte conſtitutorum ad ſe invicem, & ad totum.* Aliis eſt ἀνελογία. Ciceroni 1. de off. *partium convenientia, & apta membrorum compoſitio.* Plinio in epiſtolis *congruentia & aequalitas membrorum*, lib. 11 ep. 5: *Si avulſum ſtatuae caput, aut membrum aliquod inſpiceres, non tu quidem poſſes ex illo congruentiam aequalitatemque deprehendere, poſſes tamen judicare an id ipſum ſatis elegans eſſet.* Sic *aequalis* & *congruens* jungit quoque Suetonius de Tiberii corporis habitu: *Latus ab humeris & pectore, coeteris quoque membris uſque ad imos pedes aequalis & congruens.* hoc eſt, verbis Luciani ὡς πάντων τῶν μέλων πρὸς τὸ ὅλον ἰσότης καὶ ἁρμονία. Hoc autem inter praecipuas egregii artificis curas & notas noſſe partium συμμετρίαν & ἀνελογίαν cum toto. hujus majorem habebant rationem, quam ſimilitudinis. Illam tribuebant arti & exercitationi, hanc ingenio & judicio artificis. Vitruvius id ipſum requirit in architectis, lib. III. 1: *Sacrarum aedium membra, ad univerſam totius magnitudinis ſummam, ex partibus ſingulis convenientiſſimum debent habere commenſum reſponſum.* Hunc Luciani locum ſic puer fere emendavi, cum cum aequali Ioanne Schiltero, neceſſario meo, qui nunc illuſtriſſimo Duci Saxoniae eſt a conſiliis, & inter Iuriſconſultos doctos & elegantes non ultimum locum tenet, ante triginta annos hunc ſcriptorem evolverem, & excuterem. Recte vero me vidiſſe excerpta Mſ. quae tredecim ab hinc annis nactus ſum, oſtendunt, in quibus μερῶν legitur, quamvis ſine iis ipſa ratio ſic ſcribendum eſſe jubeat.

Pag. 581. Zeuxes jubet hanc tabulam propoſitam pueros domum ferre, quia ſpectatores non artificium laudabant, ſed novitatem & inſolens argumentum, dicens: ὅτι γὰρ ἡμῶν τὸ πολὺ τῆς τέχνης ἀπεικάζει, τὸ δὲ ἐφ' ὅτῳ, οὐ καλῶς ἴσχει, καὶ κατὰ τοῦτο πάσχω, ἃ παλαι πεπόνθασι λόγοι. Interpres Salmurienſis: *Hi namque noſtrae lutum artis laudant, ſed mentis & ſcopi num recte & ex arte factum ſit opus, nullam habent rationem.* Mirum τὸ ἐφ' ὅτῳ eſſe *mentem & ſcopum.* Opſopaeus plane omiſit. ἐφ' ὅτῳ, ἐφ' ᾧ, ἐφ' οἷς, Graecis eſt, *quae*

de causſa, qua in re. Herod. Polymn. πυθόμενοι ἐφ' οἷς ἦλθον, *ſcitantes qua de cauſſa veniſſet.* Sed in Luciano deeſt verbum, ad quod referatur ἐφ' ὅτῳ. Puto igitur excidiſſe τὸ δεῖ, idque abſorptum ab ſequente vocula εἰ, quo nullum in priſcis membranis frequentius eſt erratum. ſi igitur ſcribas, τὸ δ' ἐφ' ὅτῳ δεῖ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ τῷ τέχνῃ ἁρμόττει λόγου. *Illorum vero, propter quae oportet*, ſc. ἐπαινεῖν, laudare picturam, *num recte & ſecundum artem ſit facta, nullam habent rationem.*

Pag. 582. Διόρθωσι δ' ἀντεκμυθολόγουν. Ex Homeri Iliad. π. v. 389. Mox κεῖνʼ ὄχεα κεφαλῆζιν, ex ejuſdem poëtae Iliad. λ. 160. petita ſunt.

In Harmonide pag. 588: ὅτου γὰρ σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τὸ δικαίου λόγῳ, ὅτι ὥσπερ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ νόμων φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. In hoc loco vertendo aliud egerunt interpretes. Salmurienſis: *Tu igitur nobis revera talis videri debebas, quoniam virtutis omnis caput es, ut ajunt, gnomon & recta regula.* Alii pejus. Laborat locus prava diſtinctione, quae ſic eſt emendanda: ὅτου δὴ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι ὥσπερ τὸ κεφάλαιον, ἀρετῆς ἁπάσης ὁ νόμων, φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. *Tu igitur revera talis nobis eſſe exiſtimaris*, nimirum princeps civitatis, *quodque ſane praecipuum eſt, omnis virtutis norma, ut ajunt, & talium regula.* Κεφάλαιον inepte copulari cum ἀρετῆς, & omiſſa copula, & inepta ſententia oſtendit. Μέλλω eleganter hic eſt δοκιμάζομαι exiſtimor, ita me comparo ut pro tali habear & exiſtimer, ut apud Homerum, quem Lucianus ubique ſequitur:

Καὶ γὰρ ἐγὼ ποτ' ἔμελλον ὺπ' ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι.
Ego quoque olim judicabar inter homines beatus eſſe.

Vbi Scholiaſtes: ἔμελλον, ἐφάνην, ὑπελαμβανόμην.

Ibid. pag. 589. Non intellexerunt interpretes haec verba, ὅτου ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν. εἰ δὲν ἀμφίδυξον ὅτι, εἰ δ' ὡς ἂν τις εὐδοκιμήσαι μᾶλλον ἢ ἄριστον κρῖναι παιδείαν δικαίως νομίζοιτο, σοὶ γε δῆλον ἢ πάντων. Salmurienſis ſic tranſtulit: *Hic lucubrationum mearum exactus terminus. Non amplius eſt dubium, nec quiſquam ambiget, quin id omnium optimum juxta diſciplinas exiſtimari oporteat, quod tibi viſum fuerit.* ἢ πάντων omiſit in verſione. Cetera ſatis inſcite. Verte: *Hic certus meorum ſcriptorum ſcopus eſt. Nihil dubii reliquum, adeo ut nec in poſterum quiſquam dubitaturus ſit, ſit ne hoc omni traditione refertiſſimum, quod tuum fert ſuffragium, an omnium.* Nimirum tuum ſuffragium mihi eſt & aliis etiam erit, inſtar omnium.

Pag. 592. In Scytha; Καὶ σύριγξ κεῖθι ὁ Τόξαρις πλημμυρῶν, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωθὶς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ὅτι καὶ κλῖσις & quae ſequuntur. Diſtingue, πᾶσα ἐφαίνετο ὅτι, καὶ κλῖσις *quamquam non integra nunc extet, & maxime.*

Pag. 593. ὁ Ἀνάχαρσις δ' πόθεν ἂν οἰκεῖον ἔγνω ὁμιλητὴν ὄντα, ἑλληνικὴ ἐσταλμένον verte: *Anacharſis autem unde cognoviſſet Toxaris po-*

. . .

popularem ſuum eſſe, qui Graeco more veſtitus incedebat. deinde, ἀσίδηρον, ἤδη τεμύλον. verte *ſine ferro, & jam lepidum*, ſeu *elegantem, in alloquio blandum*, quales erant Attici; non *facundum*, ut interpres. conſuetudine Graecorum depoſuerat Toxaris illam auſteritatem & triſtitiam frontis & oris, quae Scythis propria erat, unde dicitur, σκυθρωπία. ἀσίδηρον autem dixit Toxarin fuiſſe, quia Scythae ſemper ferro ſuccincti erant: Toxaris vero Graecorum mores induerat, & palliatus incedebat, ſine acinace.

Pag. 594. Καὶ αὐτὸς ἔφη ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τέτο μοι, ὃ τ' ἐπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνωσάς ἂν σοι κατ' αὐτό. Cur in Latinis verſionibus praeteritur κατ' αὐτό? Videtur ſignificare *pariter. Non ſum ex illuſtribus natus, ut ego tibi notus ſim pariter*, ſicut tu mihi. εἰς αὐτὸ & κατ' αὐτό. ſaepe eſt *pariter, ſimul.*

Ibid. Οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητῇ σε ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν ἔτ' ἔρωτος. *Proinde, inquit Anacharſis, ſcias factum me diſcipulum tuum, tuique amoris aemulum.* Hic etiam in interpretatione ὃς omiſſum, nec poterat verti, niſi diſtinctio apponatur. ἀκοῦν, ἦδ' ὃς, ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητή σου. *Ergo, inſit ille, Anacharſis ſcilicet, ſcito me tuum diſcipulum eſſe, & aemulatorem tui amoris.* Sic paullo poſt, pag. 595. Εὐφημῶ, ἦδ' ὃς, σοὶ τὰ μέγιστα χαρεῖσθαί μοι δοκῶ. *Bona verba quaeſo, inquit ille, rem gratiſſimam me ei facturum puto.* Nihil apud Platonem crebrius, quam ἦδ' ὃς, *inquit ille.* Paullo poſt κατὰ δαίμονα male vertitur *forte quadam*, cum ſit *bona fortuna, bonis avibus.*

Pag. 596. Προξενήσεις αὐτὸν, non ſimpliciter eſt, *ſuſcipies illum*, ut vult interpres, ſed *hoſpitio publico ſuſcipies illum, erit publicus ejus hoſpes, loca lautia praebebis*, ut Romani loquebantur.

Eadem pagina vitioſe legitur, &, ut vara ſequitur vibiam, vertitur inſulſiſſime hoc: καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελόμενον, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *tum omne ſtudium adhibens, ut quam jucundiſſime in Graecia vivens renideret.* Quid eſt, *jucundiſſime renidere in Graecia?* Erratum leve mirum tot editoribus & interpretibus impoſuiſſe: lege ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι. *ut ſuaviſſime in Graecia aetatem ageret, ex animi ſententia viveret in Graecia.* Paullo ante pag. 594. οἴχοιτο εἰς Ἀθήνας, καὶ νῦν διατρίβει κεῖθι. *ivit Athenas, & nunc ibi habitat.* Sexcenties alibi. Saepe autem π & τ permutantur a librariis. Sic ſuperius pro δύτερπῆ oſtendimus reſcribendum eſſe δύτερπῆ.

Ibid. Ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τῶτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλων, ὡς ἐκεῖνος δικαιοῦσι. cur in verſione praetermittunt καὶ τῶτο? Sic enim Salmurienſis: *Verum homines, ut legiſlatori parebant, ſic amabant, quos ille probaret.* Alius: *Verum hominibus & hoc moris erat, ut legiſlatori parebant, ſic amabant quos ille probaret.* Scribae cum in diſtinctione non nihil aberrarint, tenebras offuderunt interpretibus. Sic diſtingue, ἀλλὰ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τῶτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλων ὡς ἐκεῖνος δικαιοῦσι, & verte, *homines autem, & in*

hac re tanquam legislatori suo obsequebantur, amabant quos ille probabat.

Pag. 598. Καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τῶν λόγων ὑμῖν. est & *specimen iam mearum orationum.* Sic ἀπόδειξις est specimen. usus etiam Petronius: *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde*, hoc est, edelce aliquod specimen, ut recte exponit Ioannes Frid. Gronovius lib. II. observ. c. 13.

Pag. 599. Distinguendum: καὶ ἐπισπᾶσθαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ σὺν ἴσῃ σπουδάσομαι τὰ σά. *Manus protendenda est, hoc solum* sc. si fecerit, *res tuae non amplius fluctuabunt.*

Ibid. Καί μοι ἤδη πεφωνήνω τὸ πολλοστὸν τῶν σῶν ἐφρασάν ἰδέξω. sic leges. vulgo male ἔδοξα, sententia refragante. *Et mihi, jam experto vix millesimam partem, quae illis insunt, dixisse visi sum.* sc. πάντες, vel οἱ πολλοί, qui vestras virtutes praedicabant.

In Libello, quomodo sit conscribenda historia, pag. 600. non longe a principio scribendum: Περὶ ἧς τὴν ἐξέδμλν τοῖς μὲν ἄλλοις πολὺ ὧν ῥᾳδίων ῥυεῖν, τοῖς δ' ἰδρῶς ἐπιζυνόμβῳ πολὺς, καὶ ὥστε ἴλυσι τὸ πυρετόν. Vulgo male πολὺς καὶ ὥστε, ἴλυσι, fine ullo sensu.

Pag 603. Τῷ μὲν καπνῷ, καὶ κόμμῃ, καὶ φροντίδι, ὅσαι τῆς συγγραφέως ἕνεισιν, ἀνίξω ἐμαυτὸν δ' ποιῶν. Vere Mss. τῆ συγγραφῆ. *fumo, fuckibus, & curis, quibus tenetur scriptor* sc. historiae, *abstinebo.* Et sic interpretes transtulerunt, ac si legissent συγγραφεῖ.

Pag. 606. Ἐπ' ἀνθερίκων ἄκρων θύσμίνης ἀναΐσσοντας. Allusit ad locum Hesiodi, qui apud Eustathium, ex libris perditis, habetur:

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέει, οὐδὲ κατάκλα.
Ἀλλ' ἐπὶ πυρομένων ἀθέρων δρομάσκε πόδεσσι.
Super summum aristarum fructum cucurrit, neque fregit.
Sed super triticearum spicarum cacumina currebat pedibus

Vbi notandum vox πυρόμενος, ignota Lexicographis. Usus est etiam Lucianus hoc loco in Tom. II. in dialogo pro Imaginibus. Statim, ἐπόζει ὁ Ζεύς, est ex Iliad. Θ. Mox; μέγα τόνου, μᾶλλον τὸ ὑπὲρ μέγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδλή τις χωρίζειν τὰς ἰσοτείας, καὶ τὰ πιστεῖς, ἀλλ' ἐπεσαίγῃ τῇ ἰσοτείᾳ τὰ τ' ἐπέρως κομμώσασθαι. Latinus interpres: *Magnum igitur, imo plusquam magnum hoc malum, si quis minus ea quae historiae, & poëtices sunt propria separare, sed invehatur in historiam alterius ornamenta, fabulam nimirum & laudem, isque qui his insunt excessus.* Non damno hanc lectionem, neque versionem. ἐπέρως sc. ποιητικῆς. Excerpta tamen mea cum Anglicano codice scribunt τὰ τ' ἐπαίρως κομμώσασθαι. *meretricia lenocinia, fucos meretricios*, sic vocat in historia poetarum fabulas, laudes & hyperbolas. ideoque in sequente periodo, dicit hoc idem esse ac si athletam robustum quis ἀλλοίοι πορφύραις, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ, *induat purpureis vestibus & alio meretricio ornatu.* in verbis praecedentibus dixit ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τοῦτο καὶ κομιδῇ πρῶτον. *si quis athletam validum ac vehementer robustum* sc. tu-

ſc. fuco expoliat. στίμμι ſunt ex robore quaſi concreti, quos Germani & Belgae vocant boom-ſtarcke mannen.

Pag. 607. In Mſ. hic locus ſic legitur. ὅσοι δ' οἴονται κωλῶς ἀξιοῦν, εἰς δύο τὼ ἱστορίαν, εἰς τὸ πρῶτον καὶ χρήσιμον, κιβδήλῳ τῇ ἀξιοῦσῃ χρώμενοι, καὶ ἀξιοῦντι τοῦτο εἰσαγωγὴν καὶ τὸ ἐγκώμιον εἰς αὐτὸν, ὡς πρῶτοι καὶ δύσφραντον, τοῦτον δύτυγχάνειν ὀρᾷς ὅσων πάλαι ἡμῶν πάντων, πρῶτον μὲν, ὡς εἴρηται, κιβδήλῳ τῇ ἀξιούσῃ χρώμενοι. ἐν γὰρ ἔργῳ. quod nec praetereundum, nec rejiciendum exiſtimo.

Sequitur pag. 608. non longe poſt: καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλως τὸ πρῶτον παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐραστὰς ἐπαγάσαιτο. interpres Salmurienſis: *Proinde hiſtoria ſi jucundum auctarii vice haberet, multos, a quibus ſcriberetur, alliceret.* Inepta ratio. Non plures invitarentur ad ſcribendas hiſtorias, de hiſtoricorum enim multitudine conqueritur, ſed ad legendas. Hiſtoriae enim illae, quae poſthabito vero ſoli ſtudebant jucundo, ludibrio & taedio gravibus viris erant, & a nemine legebantur, niſi mulierculis & adoleſcentibus, ut hac tempeſtate, Romanenſium, ut vocant, fabularum ſcriptores. Verum hujus loci ſcripturam nobis ſervavit codex Anglicanus, apud Bourdelotium, & excerpta noſtra, in quibus ἐρασταὶ legitur, quod pro ἐραστὰς reponendum. Et ſic legiſſe videtur Micyllus ut ex verſione patet: *Quare hiſtoria ſiquidem obiter & velut auctarium jucunditatem additam habeat, complures amatores ad ſe allicit.* Paucis verbis interpoſitis, male ſcribitur & intelligitur hic locus: ἐπὶ κἀκείνῳ φάσκων ἄξιον, ὅτι οὐδὲ πρῶτον ὦ αὐτῇ τὸ κωμῳδεῖν μυθῳδεῖς, καὶ τὸ τῷ ἐπαίνων μάλιστα ἀσθενοῦντες, παρ' ἐκείνοις ἐστὶ τοῖς ἀκούσιν ἴσῳ, μὴ τῷ συρφετὸν καὶ τὸ πόλυν δῆμον ὑποδύσῃ, ἀλλὰ τοὺς δικαστὰς, καὶ νὴ Δία συκοφαντικοὺς ἀσθενῆ γε ἀκροασομένους. Vertunt: *Hoc quoque dici meretur, rem valde fabuloſam, quodque in laudem maximopere inclinat, utrinque audientibus non eſſe jucundam, dum non de faece hominum & promiſcua plebe hoc intelligamus, ſed de iis, qui judicantium, ac per Jovem, ſycophantarum more auſcultant.* μὴ ponitur quidem non nunquam pro *niſi*, ſed in hac notione non memini infinitivum ſequi. παρ' ἐκείνοις ἀκούοντες, interpretantur, *utrinque audientes*, quod quid ſit non intelligo. Mſſ. recte: παρ' ἐκείνοις ἀκούσασιν, ὡς μὴ τῷ συρφετὸν καὶ τῷ πόλυ δῆμον ὑποδύσῃ. *in utroque*; vel *in utrovis eorum*, (fabulis ſc. nimiis, & operoſis laudibus) *audientibus*, *non eſſe jucundum, ſi non faecem plebis & vulgus cogitet, ſed eos.* τὸ δὲ ἐπαίνων μάλιστα ἀσθενοῦντες, ſunt laudes nimiae, quae offendunt audientis animum. ſic ἀσθενεῖν λέγειν apud Diod. Sic. ea dicere quae ingrata ſunt, & indignationem movent.

Pag. 610. Καὶ οἱ ἦτος Ἀλεξύλλι, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντι, καὶ ἐλέφασιν ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντι. Scio ut defendi poſſit haec ſcriptura, verum perſuaſum tamen habeo Lucianum ſcripſiſſe, καὶ ἐλέφασιν ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα. *una ſagitta elephantes interficientem.* quod & Mſſ. prae ſe fert, ut nunc deprehendi, cum haec ex meis ſchedis,

do, semand boos attributen / ut eode m modo loquuntur Germani & Belgae. quae notio hujus vocis a Lexicorum scriptoribus non sit observata. Paullo post Tragicam inscriptionem librorum vix, plenam tumoris, & fastus, cum quis magnifica nomina sibi libro imponit. Τῶτο μόνον ἠπατήμεθα αὐτῷ, ὅτι ἅπερ ἐπέγραψε βιβλία τραγικώτερον, ἢ κῆ τῶν ἐν συγγράμμασιν τύχῃ, Καλλιμόρφα ἰατρῷ ἐν Κοντοφόροις ἴκτης ἰσορεῖν Παρδικῶν. Tragicam inscriptionem vocat, quod suo nomini Καλλιμόρφα adjecerit ἰατρῷ ἐν Κοντοφόροις ἴκτης, quia hoc & a veterum consuetudine est alienum, & fastum prae se fert quendam Tragicum, hoc est quali Regibus in Tragoediis tribuitur. Inde illud Satyrici: *Grande Sophocleo bacchatur carmen hiatu.* Sic inferius pag. 17. Καὶ μὴν κῆ ἄλλας ἴδοις ἂν τὰ μὲν σεσοίμια λαμπρὰ, κῆ τραγικὰ, κῆ ἐς ὑπερβολὴν μακρὰ γράφοντας. *At vero alios etiam reperias, qui procemia splendida, tragica, & summopere prolixa scribant.* Quid si Lucianus vixisset nostro tempore, & vidisset & inscriptiones librorum portentosas, nihil non grandibus verbis promittentes, & auctorum magnifica nomina, non uno versu contenta, ut miser Callimorphius prae his sit modestissimus, quantum nigri salis illi fuisset perdendum, ad hanc insaniam emendandam. Cum dicit κοντοφόρων ἐν ἴκτης subauditur τάξεως, centuriae *sextae hastatorum* medicus. τάξις est centuria, ut *ordo* apud Latinos. *Hinc ordinis ductor* centurio. Iustin. *Ordines nemo nisi sexagenarius duxit.* Duae τάξεις erant σώματα, hoc est manipulus, τάξις non est legio; ut Latinus cepit interpres.

Pag. 615. Γοργὼν ἐπὶ τῷ ὁμφαλῷ Ex initio Iliad. λ. ubi Agamemnonis clypeus sic describitur.

Ibid. Καὶ ζωὴ ἰοδεικὴς. Mf. πεφοδεικὴς. male, vide Hom. Il. λ. v. 27.

Pag. 616. Procul dubio recte Mf. Anglic & noster: κῆ οἱ ἰωσοσιαλ[illegible] μόνον Πεῖσκος ἐν τραπηζῇ, ἐπεὶ κῆ εἶκον ἐν πολεμίαν ἀπῆρον, aut ut meus liber, ἐξέρον. sic mox iidem codices Κρόνιον, non κρόνον. Illo enim exprimere Graece voluit *Saturninum.* κρόνος enim non *Saturninus*, sed *Saturnus.*

Pag. 617. Ἐλέλιξε ᾗ μήχανη, & τὸ πῖχυ ᾗ πιὸν μεγάλως ἰδέσθαι, ut & sequentia sunt verba Homerica.

Ibidem castigat scriptorem historiae, qui alibi multa poetica, alibi plebeia & barbara vocabula suae intexuerat historiae. Inter plebeia etiam est τὰ ἐγχρήζοντα. sed locus ille sic videtur esse interpungendus & corrigendus: κῆ οἱ τραπῶται χρήζοντα τὰ ἐγχρήζοντα, ἢ ἤδη λελύμενοι ἐπὶ αὐτὰ ἐῖνον. *& milites emebant sibi victum, & lauti illis indulgebant.* ἐγχρήζοντα Ciceroni & Tacito sunt *utensilia, copiae victui necessariae.* sed Graecum vocabulum apud nullum bonae notae scriptorem invenias. Paullo ante πῖχυ ἐνόμαζε, non *inopia multa infarta*, ut stulte & sine sententia vertit interpres, sed *mendicis convenientia*, aut, ut Seneca loquitur, *verba ad summam caveam spectantia.*

Pag.

Pag. 619. Νὴ Δία καὶτοῦτο πιθανὸν ἐφεῖ ἦ Σεβηριανῷ ὁ αὐτὸς ἔτω εἰπὼν ὑπομοσάμενος, ἢ μᾶλλον ἀκριβῶς πως ἢ ἐξ αὐτοῦ ἦ ἔργου ἀλαφυγόντων. Salmurienſis: *Quin & illud per Iovem admodum credibile idem dixit de Severiano, appoſito juramento, quod audiviſſet ex aliquo eorum, qui ex eo ipſo opere aufugerant.* Nihil dicam de voce barbara in verſione *juramento*, pro quo Latini dicunt *jure jurando*. Ἐξ αὐτοῦ ἦ ἔργου, non eſt *ex ipſo opere*, ſed *ex illo ipſo proelio*. Thucyd. lib. 3. & Lucianus in hoc ipſo libello p. 623. αὐτῷ ἔργῳ *in ipſo proelio*. ſaepe ἔργον κατ' ἐξοχὴν *proelium*; *bellum* notat. τρωϊκὸν ἔργον Arriano eſt *Trojanum bellum*. Et ſic accipiendum in illo notiſſimo verſu Homeri: Μύθων ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τ' ἔργων. *Verborum oratorem eſſe, actoremque rerum.* Phaenicem ait Achillem docuiſſe pacis & belli artes, ut diſertus eſſet in concionibus, rebus vero gerendis ſtrenuus, & manu fortis. Apud eundem πολὺς ἐοργὼς eſt fortis, ſtrenuus,

Κάτθαν' ὁμῶς ὀΐ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅτε πόλλ' ἐοργώς.

Occidit tam ignavus, quam fortis. Iliad. ψ, cum Patroclum ſepeliiſſent, λαοὶ δ' ἐπὶ ἔργα πέπνυντο. Euſtathius δηλαδὴ ἦ πολίμως. ὥσπερ φησὶ μέγα ἔργον ἄρνυσθαι. Sic Latinis *res gerere*. Horat.

Res gerere & victos oſtendere civibus hoſtes
Attingit ſolium Iovis.

Pag. 621. Sicut ἐπαινοῖ, ſic & ἐξηγεῖτο legendum.

Ibid. Ex Mſ. ſcribend. καὶ ὁ ἅμαξος συγγραφεὺς, ἀφεὶς τὰς δεξιὰς χιονώλιας σφαγὰς τοσαύτας, καὶ ἐπιλάσεις, καὶ πατονδὰς ἀναγκαίας. *Et divinus ille ſcriptor praetermiſit tantas ad Europum ſtrages, & impreſſiones, & foedera neceſſaria.* In vulgatis ἐπιλάδιτις. Sed ἐπιλάνειν, eſt *impreſſionem facio, incurro.* ut ſtatim pag. 623. καὶ πόρρωθεν ἐπιλαυνόντων δίος ἐμποιεῖν. & procul *advenientibus terrorem incutere.* & pag. 626. ἢ πῶς δέξονται τῶν ἐλεφάντων ἐπίλασιν. *quomodo elephantum incurſus excipient.*

Ibid. De alio inepte hiſtoriarum ſcriptore, qui dracones ſigna militaria Parthorum, tradiderat fuiſſe ingentes ſerpentes vivos perticis alligatos, qui in proelio in hoſtes immiſſi magnam ſtragem ediderint; Ἀμιλᾷ πολλοὺς ἦ ἡμετέρων ὅτω κατεδηδόκασιν, καὶ ἄλλους πεπτωκότων αὐτοῖς ἀποπνιγῆναι, καὶ συγκλασθῆναι. Interpres: *Nil mirum multos noſtrorum ita devoratos eſſe, alios vero ipſis transfixos fuiſſe, necatos, & confractos.* Quid eſt *alios ipſis transfixos?* ſcribe: καὶ ἄλλους ἀλλαττομένους αὐτῶν. *alios fuiſſe ſpiris involutos, & ſic ab ipſis eliſos, & contritos.* ἀλλαττομένους, Virgilio eſt *ſpiris ligari:*

Tela ferentem
Corripiunt, ſpiriſque ligant ingentibus.

Pag. 624. Alium fatuum & inſulſum ſcriptorem irridet, qui promiſerat ſe res in India geſtas & expeditionem per Oceanum deſcripturum. Subjicit: ἢ ἐκ ὑποχέσεως ταῦτα μυθεῖ, ἀλλὰ ἢ τὸ ἀποδόκιμον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη σωτέπεκτηκε, καὶ τὸ τέλειον τάγμα. Καὶ οἱ κελεβοὶ, ἢ μαύρων μηλάδες, & quae ſequuntur. Vertunt: *Neque tantum haec ſunt*

in quas ante viginti quinque annos has conjecturas inscripserim, excerperem, ut dubium nullum reliquum sit, vere me conjecisse.

Ibid. Οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τὴν ὄψιν, ἢν ὁ γραφεὺς αὐτὴν ἐπήμῳ τι μᾶλλον ἐπανθήσῃ, καὶ τὸ λευκὸν ἐγκεκραμένῃ πολὺ τοῦ φοινικος. Recte interpres: *Arbitrantur enim melius se habituram faciem, si pictor illis plurimum ruborem illinat, & pigmento multum candoris admisceat.* Sed pro ἐπανθήσῃ scribendum ἐπαυθίσῃ. Accedit proxime liber Anglicanus, quem vidit Bourdelotius, qui legit ἐπαύθισε. Αὐθίζειν & ἐπαυθίζειν est pingere, floridis coloribus inficere. Herodot. Clejo, ἠθετμένοι φαρμάκοισι σφυρηλατῶνες *propugnacula picta variis coloribus.* Noster inferius in hoc ipso libro: Οἱ ὃ ἐπαλαΐνον μόνον, καὶ ὑπῆσιν τὴν ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐκόπτον, καὶ ἐρρύπτιζον, καὶ ἐπαύθιζον τῷ χρυσῷ. *Illi vero tantum formabant & fecabant ebur, & poliebant, & conglutinabant, & concinnabant, & auri inducebant.* Sophoc. εἰ γάρ σε μὴ χαῖτον ὧδ' ἐμὴ διαφθορὰ Τὸ εἶτα non cognoscent sic coloratum. Synesius: καὶ δίχα ἐπαυθεῖ μοι τὴν τῆς παρειᾶς ἐρύθημα. *& statim mea gena rubore perfundebatur.* Ἄνθος saepe est color. ἄνθη τῶν εἰκόνων sunt picturae Philostrato. Hesych. ἄνθη χρώματα. Moschopulus τῶν ὑφασμάτων Ἀττικῶν συνεργῆ. διὸ καὶ τὰ βαπτικὰ ἄνθινα λέγεται ἄνθος καὶ μεταφορικῶς τὸ χρῶμα. ὡς ὅταν τὸ φιλοσόφου τῆς τῆς ἰδέας ἄνθει ῥαίνεται, ἤγουν τῷ χρώματι. ἐπὶ δὲ τῶν βαπτῶν τις. καλὸν λέγω ἀνθοκεκρικοῖς πήναις περὶ δέρηται. *Sic legenda* sunt haec verba. Locus Euripidis est in Hecuba v. 468.

Ἐν κροκέοις πέπλοις
Ζεύξομεν ἅρμασι πῶλους
Ἐν ἀναιδαλέαισι ποικίλ-
λουσ' ἀνθοκεκρικοῖσι πήναις.

Vbi interpretes pessime: *in crocea veste jungam currui equos, in artificiosis variegans croceo flore decoris tapetibus?* Ἀνθόκεκρικοι πήναι sunt fila variis coloribus tincta, licia diversorum colorum. Πῆναι πέπλων, κεκρῆναι, subtemen, fila. χρυσόπηναι vestes aureis filis pictae, Virgil. *picturatae auri subtemine vestes.* Restituenda est haec vox Polluci lib. x, c. 10, ubi recensent vocabula ad lanificium & textrinam pertinentia: καὶ πήνας τὰ πηνία κρεμάμενα, κρεμαγεῖα. Interpres: *peram fusum ducere, deducere.* Quid lanificio cum pera. lege πῆνα. Euripides autem sic vertendus: *In crocea veste jungam currui equos, artificiosis pingens diversicoloribus filis.* Ἐν ἀναιδαλέαισι ποικίλλουσι est pro ἐμποικίλλουσι ἀναιδαλέαισι.

Pag. 612. Καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπ' ἐκείνου, σὺν τῷ ἑαυτῷ ἀνόματι εἰσῆγε, χαριεστάτην ἀρχὴν ἁπασῶν, καὶ θυμοῦ δ' Ἀττικοῦ ἀπνεύσασα. Interpres: *Cum suo nomine principium duxit ut ille, festivissimum illud principiorum omnium, animumque Atticum spirans.* Inepte animus Atticus tribuitur exordio. Lucianus scripsit, χαριεστάτην ἀρχὴν ἁπασῶν, καὶ θυμιᾶν δ' Ἀττικοῦ ἀπνεύσασα. *elegantissimum omnium exordium & thymum Atticum redolens:* hoc est Atticam elegantiam. ut dudum emendandum ostendi in lectionibus Hesiodeis. Pertinet huc quod Phi-

Philostratus minor lib. 11. οἰκήσαν de Pindaro prodidit: Αἱ ἔλαι μίλιτταν ἐκφερόζουσαι τὸ παιδίον, ἐπιβάλλουσι τὸ μέλι, καὶ τὰ κέντρα ἐνέλκουσαι, δέος ἔχουσαι μὴ βλάψωσι τὸ παιδίον, ἐξ ὑμηττοῦ πόλεως ἥκουσι, καὶ δόντες τὴν παρῶν καὶ ἀοιδὴν μέλιτος Ἀθηναίων. καὶ γὰρ τοῦτο οἴμαι αὐτὰς συσκέψασθαι Πινδάρῳ. *Quae vero intus apes sunt infantem curant, labris mel infundentes, aculeosque, ne puerum laedant, contrahentes. Ex Hymetto fortasse veniunt, & pinguibus inclytisque Athenis: hoc enim ipsum puto Pindaro instillasse.* mel nimirum Hymettium.

Pag. 612. Καὶ γὰρ ὦ καὶ τοῦτο ἐπιεικὰς πολὺ νῦν ἐστι. τὸ οἴεσθαι τοῦτο εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον σωφρονίσας, τὰ αὐτὰ σμικρὰ λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης. ἃ δὲ αὐτῶν νὴ Δία κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον. Salmuriensis: *Nam rursus abunde illud suppetit, putare hoc esse Thucydidi similia dicere, si parum reveritus; ea quae sunt ipsius, diceret quispiam, parva & illa, ut ipse dixeris etiam. Non ob eam caussam per Iovem, & parum abfuit quin illa praetermiserim.* Ecquid poterat monstrosius? Est ne qui intelligat, quid interpres sibi velit. In Graecis verbis nihil est quod paullo humaniorem moretur. Illorum vero haec est sententia: *Et hoc namque valde frequens nunc est, quod putent Thucydidem egregie se referre, si quis paullulum mutatis Thucididei quis dicat, & illa quidem parva, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης*, hoc est, *ut ipse fatearis. Et ista, per Iovem, parum abest, quin omiserim.* Est hoc genus loquendi, ὡς καὶ αὐτὸν ἂν φαίης, Thucydidi frequens, quod illi stulti imitatores, servum pecus, saepius inculcabant, aliaque, paucis immutatis, quod & avorum nostrorum memoria in illis, qui Ciceroniani volebant videri, non raro fuit exagitatum ab iis, qui veram Ciceronis imitandi rationem tenebant.

Pag. 613. De illo qui nudos belli illius commentarios ediderat, perinde ac si nauta aut caupo annotasset, quae in castris essent gesta: πάλαι ἄκρα μετριώτερος γε ὁ ἰδιώτης οὗτος οὗτος, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ἦν, οἷος ἦν, ἄλλῳ τί του χαρίεντι, καὶ δυνησομένῳ ἰσοβίαν μεταχειρίσασθαι πανηκούς. Interpres: *Verum modestior est hic privatus, qui qualis sit, statim apparuit, atque alteri cuipiam, qui sit gratus, & historiam possit aggredi, materiam subministravit.* Num ὁ χαρίεις est gratus? nugae. οἱ χαρίεντες Graecis sunt homines docti, politi, elegantiore doctrina exculti. Sic οἱ χαρίεντες apud Aristotelem frequenter opponuntur, τοῖς πολλοῖς, plebi, sive indoctis, idiotis. οἱ χαρίεστατοι τῶν ἰατρῶν apud nostrum alibi *doctissimi Medicorum.* Dein pro πανηκὰς legendum ex Mss. εὐπανηκὰς, eleganter. Sic igitur hunc locum verte: *Verum modestior est hic ineruditus scriptor, qui statim qui sit ostendit,* (sive *cur sic scripserit, prodit*) *alii doctiori, & qui par sit historiae scribendae, materiam praebuit.* quod & Ciceronem, in commentario sui consulatus, & Iulium Caesarem in commentariis de bello Gallico & civili secutos esse veteres referunt. εὐπανεῖν est eleganter in alicujus gratiam laborare, operam alicui rei navare alterius commo-

promissiones, sed Indicae historiae, prooemium jam est completum, & ordo tertius. Et Galli, parsque exigua Maurorum. &c. Quis est ille *tertius ordo*? Nemo dixerit. Prava distinctio hunc quoque locum foedavit, & interpretibus fraudi fuit. Si sic interpunxeris, facilis erit explicatu: Καὶ οὐχ ὑπερχίσις τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐσύμβολον τῆ ἰνδικῆς ὕδη συντέτακται. Καὶ τὸ τρίτον τάγμα, καὶ οἱ κελτοὶ, καὶ μαύρων μοῖρα. *Neque tantum haec sunt promissa, sed Indicae historiae prooemium jam est scriptum. Et tertia legio, & Gallia, & Maurorum exigua manus, Indum fluvium trajecerunt.* τάγμα Graecis saepe est *legio*.

Pag. 625. Εἶτα ἀληθὴς ἐκεῖνό φησιν ἡ Ἀριστοτελικὴ, ὡς τῶν ἀμέσων ἡ ἡμῖν ἄρσις, τὸ ἕτερον πάντως ἀνταναιρεῖ. Obscure vertunt interpretes: *si modo verum est quod Dialectica tradit, nimirum verum, inter quae nullum est medium, altero elevato, alterum deprimi:* ἀνταναιρεῖν, non est *deprimere*. Vertendum est: *contrariorum inter quae nihil medii intercedit*, sive, ut nunc *loquuntur* in scholis dialecticorum, *immediatorum sublato uno necessario ponitur alterum.*

Pag. 626. Εἰ δὴ ὅτός ἐστιν ὁ τῆς μαλχιῶς ἐρασθεὶς & quae sequuntur usque ad Στεφανίνης ἐκείνης, nullus dubito quin sint ὑπερβολικῶς, & margini a magistro adscripta, ad Perdiccae nomen, quibus inquirebat, num hic esset ille Perdicca, sic enim vertendum εἰ δὴ ὅτος ut apud Latinos quoque, *visam si domi sit*, pro num domi sit, qui amore novercae correptus fuerit. Haec postea in ipsum contextum irrepserunt. Nihil enim faciunt ad rem, de qua hic loquitur. Agit enim de Perdicca illo tempore noto, qui propter imbecillitatem aut aliud corporis vitium parum erat aptus ad artes athleticas. Verba, quae in eadem pagina praecedunt, obscurius versa sunt: ἀλλά πως τὸ τῆς τέχνης, καὶ τὸ τῆς συμβολῆς χρήσιμον, ὥστε πολύπους τε ἀφεστάτων, ἀλλ' εἰς χρῆσιν αὐτῶν τὴν εὐσύνετον. *Verum artis & consilii haec est utilitas, ut non suppeditent ea, quae adsunt, sed ut illis convenienter uti doceant.* Nemo intelligit, quid haec sibi velint, *ut non suppeditent ea, quae adsunt.* Melius vertas: *verum artis & consilii haec est utilitas, non ut efficiat illa quae insunt, sed ut iis recte quis utatur.* hoc est, quae ab arte proficisci possunt & consilio utilia sunt non ad illa efficienda, quae in homine sita esse debent, nimirum ingenium & prudentiam: nullius enim ars & disciplina potest hominem stupidum & hebetem ingeniosum reddere: sed ut quis facultatibus, quas natura in illum contulit, recte utatur. Inde sequitur illa similitudo de palaestritis, qui Perdiccam imbellem promittant se arte Olympionicam reddituros parem praestantissimis & robustissimis athletis.

Pag. 627. Ἀκολουθία est in his verbis, si interpretere, ut editores interpretati sunt: Καὶ τοι εἰ δ' ἂν φαίης ἀπροσδεῆ καὶ σύνετον εἶναι τὴ τέχνης, καὶ διδασκαλίας, ὧν ἀγνοεῖ. ἐπεὶ κἂν σκληρὸς μὴ μόνον ᾖ ἢ ψυλὴ, ἢ πάνυ ἠπίστηθι. νῦν δὲ μὴ μόνον τοῦτ' ἂν τι αὐτῶν χρήσι-

μον

γνῶσιν. ἀπαιδεύτου δὲ πᾶσα τέχνη ἂν μάθοι, καὶ δὲ μὴ χιλιάσιν ἐφ' αὑτῷ. *Neque enim dixeris eum qui fuerit intelligentia praeditus, arte & doctrina earum rerum, quas ignorat, opus non habere: quoniam si absque doctrina citharam pulsare & tibia canere posset, etiam omnia sciret. Nunc autem non edoctus nihil eorum manu pulsare posset: sed docente aliquo facillime disceret, & recte per se ipsum administraret.* Sed quae haec est ratio, qui absque doctrina citharam pulsare posset, & tibia canere posset, etiam omnia sciret? ἐπεὶ hic est *alioquin*, ut frequenter apud Platonem, id quod dudum a doctis est observatum. Sic autem vertendus hic locus: *Neque enim dixeris, eum qui ingenio praeditus est, arte & doctrina rerum, quas ignorat, non opus habere. Alioquin qui non didicisset, citharam pulsaret, & tibia caneret & omnia sciret. Nunc vero qui non didicit, haut quaquam aliquid ex iis tractet: monstrante vero aliquo facile & addiscat, & per se ipse exerceat.* Alioqui, inquit, homo ingeniosus & sollers facile, quamvis illa non didicisset, cithara & tibia caneret. Non longe post tradit historicum debere esse ingenio militari, sed una etiam civili prudentia, & peritia imperatoria. Hoc enim volunt illa verba: καὶ γνώμῃ στρατηγικῇ, ἀλλὰ μὴ τῇ πολιτικῇς καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν. male interpretes. sicut & mox pag. 628. καὶ τὶ ἐξελαύνειν, ἢ ἐξελαύνειν, male vertunt: *quomodo equum emittere, quid obequitare*, cum sit, *quomodo equitatu erumpere*, aut *illo circumire*, seu *circumvenire* sc. hostilem exercitum.

Pag. 628. Οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων, ἢ τὰ ἐν Σικελίᾳ πάντα ἐσῳζε, καὶ τῷ μὲν Δημοσθένους λῆψιν, καὶ τὴν Νικίου πλάνην. Discrepant haec ab aliorum scriptorum sententia. Thucydides & Plutarchus narrant utrumque a Syracusanis interfectum. Iustinus vero lib. IV. ait Demosthenem sibi ipsum intulisse manus, Niciam vero captum. sed vide Plutarchum in Nicia.

Pag. 630. Rectius vertas πῆχυς εἷς, καὶ μέτρον ἀκριβὲς, *una norma, & mensura certa.* non ut interpretes, *una ulna.*

Pag. 632. Εὐχρῆτος τοῖς ἐν πόλει, vertunt: *rebus civitatis rectè uti possent*, cum sit, *bene rempublicam gerere.*

Ibid. Improbat in historico inter alia τὴν ἀγκύλην τῶν ἐπιχειρήσεων, scilicet ἐμπειρίαν. interpres: *argumentationibus rotundam.* At hoc laudem meretur. Verte: *tortuosam argumentationibus.* in eadem periodo κομιδῇ ἐθηγμένον, non est *admodum acuminatus*, ut ineptissime interpres, sed *valde concitatus*, ut solent oratores esse. Ex Alcidamante refert Aristot. III Rhet. c. 3, inter frigida dicta ἀκρότητα τῆς Ἀλκιδάμου ὀργῆς τεθηγμένον. *meram animi iram incitatum.* Frigus est in ἀκρότητα ὀργῆς. Nec sequentia verba ceperunt interpretes. Καὶ ὁ μὲν τῶν συνεχὴς ἦν, καὶ πυκνός, cum illa vertunt: *sententiae autem inter se cohaererent, ac solidae sint*, per quam absurde. Cum sit: *sensus sit sibi consonus*, (hoc est, qui sibi ipsi non

non repugnet) & *sapiens*, hoc est, varia rerum cognitione & scientia velut densus.

Ibid. Λέξις πολιτικὴ recte Micyllus vertit *dictio civilis*, seu politica, quali utuntur in comitiis, in concionibus, in senatu, in judiciis viri qui in republica versantur. Seneca Controv. 8, lib. 1. *dare rem paullo elatiorem, quam pressa & civilis oratio recipit.* Hermogenes tribuit Demosthenis inprimis Politicam dictionem, lib. 1. Περὶ ἰδεῶν lib. 1. c. 1. Ὁ τοίνυν Δημοσθένης, ὅ, τι μὲν ἀφέλιμον ἦν, τὴν πολιτικὴν ἐξεκαθάρισε, τὸ ῥᾴθυμον, ὡς ἂν πάντων ἔχει πανταχοῦ μίξεσι. *Demosthenes, id quod praecipuum fuit, cum accurate genus orationis politicae excoluisset, omnia quoque genera exequitur: ubique ea miscens.* De politico hoc dicendi genere multis accurate agit Hermogenes in libro secundo cap. 10 & sequentibus. Ei opponitur σοφιστικὴ καὶ λογογραφικὴ λέξις, scholastica, & declamatoria dictio, ab ea quoque Hermogenes distinxit ἀγωνίων καὶ πανηγυρικὴν, forense & panegyricum, quod tamen quomodo πολιτικῷ misceatur pulchre docet.

Ibid. docet figuris non molestis orationem ornandum, ἐπὶ τοῖς πρεπωδεστάτοις τῶν ζωμάτων ἐπιχύτας ἀναφαίνῃ τὰς λέξεις. Micyllus vertit: *quoniam perinde ut jus aliquod orationem quoque recte conditam habere debet.* quam longe a Graecis abit. *Benedictus: siquidem illud orationem condimentis similem reddit.* Nequaquam. Oratio cibo debet similis esse, non condimento. Condimentum autem cibum reddit gratiorem. Illa condimenta sunt figurae, quae debent esse ἡδυσμάτων non ἐδεσμάτων, ut superius docuit. Vertendum igitur: *siquidem suam orationem reddat similem juri bene condito, aut suos libros.*

Pag. 633. Vbi ostendit quando & quomodo historicus possit poëticis locutionibus & dicendi generibus uti, ut quam considerate illis utendum sit, cum utitur: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστος ὑφέρπειν, καὶ καταπεσθῆναι εἰς τὸ τῶν ποιητικῶν κρούσασα. Interpretes: *Periculum enim est, ne, quod maximum est, de statu mentis emoveatur, & in istum Corybantem poëtices impingat.* Ista verba: *quod maximum est* frigent hic, si quis accuratius ea inspiciat. Existimo scripsisse Lucianum: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστος ὑφέρπειν, καὶ καταπεσθῆναι εἰς τὸ τῶν ποιητικῶν κρούσασα. *Periculum tunc maximum est, ne mente moveatis, & cerripiaris enthasimo poëtico.* Κίνησις hic κρουσίπνευμον, εὐθουσιασμός. Sequitur statim: Ὥστε μᾶλλον πειστέον ταπεινοῖς καὶ χαλινοῖς, καὶ σωφρονιστέον, εἰδότας ὡς ἐπιπόνως καὶ ὁ λόγος πᾶθος ἢ μικρὸν γίνεται. Verterunt: *Quare maxime tunc fraeno credendum, & ratione utendum; illud scientes, quod & in verbis non mediocre malum est inanis gloria, seu hippophia.* Non poterat infelicius. Nescivit quid sit ἱπποσοφία, praeterea male ὁ λόγος interpretatur *in verbis*, cum sit in oratione pedibus soluta, quae & pedestris dicitur, & opponitur poëticae.

ἱππο-

ἱππορυφία est *fastus illo poëticus*, sic enim vocavit grandia verba, quibus poëtae utuntur cum laude, sed quae vitiant orationem prosam, Aristophanes vocat ἱππαβάμονα ῥήματα, hoc est *equestria verba, quae more equorum incedunt*, hoc est ὑψηλά, grandia. Alibi idem dicit ἱππόκρημνα ῥήματα. *Verba grandia instar grandium rupium*, Latinis *sesquipedalia*, sicut enim soluta pedestris vocatur, sic oratio pedibus ligata equestris. ἵππος & βοῦς apud Graecos in compositis augendi vim habent. βοῶπις, quae grandes oculos habet. βύππαις *catulaster* in glossis & apud Orientium, h. e. major puer, qui incipit catullire. sic ἱππαλεκτρύων est magnus gallus; ἱππογωμῶν, μεγαλογωμῶν, qui elate & magnifice de se sentit. & alia multa hujus notae. Sic ἱππορυφία est magnus fastus, & in oratione *nimius & inanis verborum tumor*.

Ibid. Κἂν ἤδη τις ἤδη καὶ συλλογιστής τις, καὶ συνθετικὸς & πιθανωτήρ ἔστω. Vertunt: *Iam etiam hic esto aliquis ad id quod probabilius erit tum conjiciendum, tum componendum habilis.* Itane συνθετικὸς est ad *componendum habilis*. Imo συνθετικὸς & πιθανωτήρ est, qui quod probabilius fuit poterit constituere, qui potest ex variis quae varie narrari audivit, quod maxime probabile est colligere, construere, seu componere. Paullo ante mallem ex nostro & Anglicano Codice, τὰ δ' πράγματα αὐτὰ σὺν ὡς ἔτυχε συνακτέον. *res ipsae non sunt temere congerendae, corradendae.* Nam συνακτέον quod in editis habetur, curam & ordinem notat, quae in componendo adhibetur, quod tamen sententiae hujus loci adversatur.

Ibid. Ἐοικέτω τοίνυν Ὁμήρου Διΐ, *similis sit Homerico Iovi*, Iliad. v.

Νόσφιν ἰὼ ἱπποπόλων Θρηκῶν καθυπέρθε Θρῄκης αἶσα
Μυσσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν ἱππαμολγῶν.

Pag. 634. Εἰ μὴ βραχεῖάς τις ἐν ταῖς ὑποπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀναπλῆσαι τὰ ἐπίβασιν. Vide Thucyd. lib. IV. de oppugnatione Pyli.

Ibid. Καὶ συνδιωκέτω, καὶ συμφιλοτίμω, καὶ πᾶσι τούτοις μέτεστι ἐπίσθω. Codex vetustus melius πᾶσι τούτοις μέτεστι ἐπίσω. *in his omnibus sit modus, teneatur modus.* Sequentia perobscure transtulerunt: καὶ ὡς πάντα ἀκολούθω, καὶ ὡς δύναιτο, ὁμοχρονείτω, καὶ μεταπιτέσθω ἀπ' Ἀρμενίας εἰς Μηδίαν, *Ac ad omnia properet, & quatenus fieri potest, idem tempus habeat, transvolesque ex Armenia in Mediam.* Quid est *idem tempus habeat?* Verte *eodem sit tempore & volet ex Armenia in Mediam*: Eodem tempore sit in Armenia, Media, Iberia, Italia. hinc in fine hujus periodi dicit ὡς μηδενὸς καιρὸν ἀπολείποιτο, *ne nullo non tempore absit*, hoc est semper & ubique, ubi aliquid geritur, animo sit praesto, sic enim intelligenda haec sunt, interpretes non ceperunt. Paullo inferius tenebrae offusae quoque sunt his verbis: οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενα ἐστι, καὶ εἰρήσεται. πέπρακται γὰρ ἤδη. δεῖ δὲ τάξαι, καὶ εἰπεῖν αὐτά. *Non enim quasi rhetoribus scribant, sed quae dicenda sunt, etiam dicentur: nam jam facta sunt. Verum disponere illa debet, & narrare.* hoc est non quid

quid dicant historicis quaerendum, id enim est jam factum, sed qua ratione & ordine dicant. Rhetori autem quaerendum, quid dicat. Hinc inventio praecipua Rhetorices est pars.

Pag. 635. Δυνάμει δ' ἐν τῷ τότε φησιμίῳ χρήσεται, τῷ ἀποσαφῶν τὰ τῶν λεκτέων. *Potentia vero etiam tum proœmio utetur, quo dicenda declaret.* Ex hac versione nemo Luciani mentem intellexerit, quam ut percipiamus, sic erunt interpretanda: *Et tunc quoque proœmio utetur implicite, si clare explicet quae narranda sint dicenda.*

Pag. 636. Virtutes narrationis in historia observanda esse docet, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα, καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ σχεῖν, ὅτι προσλαμβάνῃ. *leviter & aequaliter procedens sibi similis, ita ut neque extet, neque hiatus habeat*, non male interpres. σχεῖν hic Luciano est, quod Petronio est *extra corpus orationis eminere. Praeterea*, inquit, *curandum est, ne sententiae emineant extra corpus orationis expressae, sed intexto vestibus colore lateant.* cum veluti centoni *purpureus late qui splendeat unus assuitur pannus.* sed *intextus vestibus color* est limbus purpureus togae adtextus, ut in praetexta.

Pag. 637. in Thucydide laudat, quod nimius non sit in describendis πυρίκαις· μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς ὀλίγα τοῦ τοιούτου ἐν τῷ λόγῳ χρησάμενος, σκέψαι, ὅπως δεῖ ἀρίστην, ἢ μηχανήματος ἐμπεσούσης, ἢ πολιορκίας χῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες ὄν, ἢ ἐπὶ πόλιν χῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμένα. Quis credat tam politum scriptorem usum fuisse in eadem πυρίκαις bis voce χῆμα, ne dicam πολιορκίας χῆμα, quod verum obsidionis speciem inepte dici. Mss. optime. ἢ πολιορκίας χρῆμα δηλώσαι ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες. *aut rem ad obsidionem necessariam & utilem exponens.* De Sostrato vide Plin. xxxvi, 12. & Strab. lib. ult.

Pag. 643. Leve est mendum, quod ex Mss. tolles, καὶ κῦμα ἐπῆρτο, καὶ ζόφος ἐπεγένετο. & *fluctus intumuit, & caligo orta est.* vulgo ἐπεγίνετο.

Pag. 657. In verae historiae libro primo ait se perveniisse in urbem Νεφελοκοκκυγίαν, cujus Rex fuerit ὁ Κυρηνὸς ὁ Κοπυφίων. Puto scripsisse Lucianum Κοκκυφίων, ridicule formata voce a κόκκυξ & κοκκύζω.

Pag. 661. Ψιττόποδες, γένος μέγιστον καὶ θρασυπάτιον. *Psittopodes genus bellicosum & velocissimum.* forte ψηττόποδες, qui habebant pedes instar passerum. a ψήττα passer sc. marinus.

Ibid. Τριτανομβόδητες τὰ μὲν ἄνω ἀνθρώποις ἐοικότες. τὰ δ' ἔτι τοῖς γαλεώταις. Interpres: *Tritanomendetes, superioribus partibus similes hominibus, inferioribus vero felibus.* male. γαλεώται hic non sunt feles, sed pisces, qui γαλεῶται dicuntur, & alio nomine ξιφίαι, Latinis etiam *Xiphiae.* Sed ratio compositionis hujus vocis quae? Triton fingitur quidem monstrum marinum, superiore parte hominem referens, sed μῶδες est hircus, sive ipse pan. vide Herodot. lib. 11, c. 46. & Suidam. Mihi non liquet. quaerant otiosi.

otiosi. Quid enim ῥᾴδιος cum Xiphia aut etiam fele, si id malis, habet commune?

Pag. 665. Imperitissime vertitur, αἱ τὴν πτύμναν κρουσάμεναι ἔφυγον, *reliquae collisa puppi fugerunt*. Siccine? collisa puppi poterant fugere? Verte *reliquae remis inhibentes fugerunt*. Quod Graecis πτύμναν κρούειν, hoc Latinis *inhibere remis*. Cum olim fugam molirentur in pugnis navalibus, non conversa navi fugiebant, sed paullatim euntes cessim, & remis inhibentes cursum navis, retro navigabant, ut erudite docuit ὁ πάνυ I. Fridericus Gronovius lib. IV. Observat. cap. ultimo, quem vide.

Pag. 671. Leve admodum est vitium, quod tamen inquinat editiones omnes, ut mirum a tot editoribus non esse sublatum: In omnibus enim extat κατηρρέπτο τὸ αὐτὸ pro ὑπατηρρέπτο, quod puer videat.

Pag. 672. Describit eleganter umbras apud inferos, posse quidem eas non tangi, habere tamen corpora valde subtilia, quae non tam corpora sint, quam corporis instar. sed interpretes non recte intellexerunt hunc locum: Καὶ ὅλως ἔοικε γυμνὴ τις ὑψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν. τὸν τε σώματος ὁμοιότητα ἐσκιαμμένη εἰ γῶν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον. Vertunt: *In summa videtur eorum anima nuda circumvagari, similitudine corporis circumdata. Ac nisi quis tetigerit, non possit deprehendere non esse corpus, quod videt. Nam sunt ut umbrae rectae, non nigrae.* Latina versio εἰ γῶν μὴ ἅψαιτο, longe a Graecis verbis abit, quae sic erant transferenda: *Licet igitur quis attingere nequeat, non tamen convincat non esse corpus, quod videtur. Sunt namque tanquam umbrae rectae, non nigrae.* Videntur enim licet non tangantur.

Pag. 719. In abdicato, filius ostendit, se patri assediisse dies noctesque, & omnia momenta observasse ejus valetudini serviendi; sed verba foediissima menda sunt inquinata: πόσα γὰρ οἶσθα παθεῖν με; πόσα καμεῖν παρὼν; ὑπηρετῶν; κομιφυλακτῶν; νῦν μὲν ἐκνίζει τὴν τοῦ πατρὸς ἀκμήν. νῦν δὲ τὸν τέχνον ἐπάγεται, ὡς ὀλίγον ὠδίδυνον τὸ κακόν. Benedicti versio: *Quam multa me fuisse arbitramini, quantum & exhausisse laborum? dum assideo, tum obsequor, dum opportunitatem observo, nunc cedens patris vehementiae, nunc artem admovens, morbo paullatim inclinante.* Hem, quid audio? πατρὸς ἀκμὴ est patris vehementia? Nil poterat absurdius. πατρὸς ἀκμὴ Graeci essent patris vigor, cum in ipso flore virium & aetatis est. Verti haec non possunt, quia nihil Graecis significant. Legendum est ἐκνίζει τὴν τοῦ πάθους ἀκμήν. *Cedens morbi vehementiae.* ἀκμὴ τοῦ πάθους, est cum morbus est vehementissimus, ut nulla patiatur remedia, cui opponitur ὑπὸδιν κακὸν, cum remissius est malum, cum inclinat non nihil morbus. Usus est Lucianus proprio medicorum verbo, sic apud Galenum ἡ τοῦ πυρέξυσμοῦ ἀκμὴ, est cum maxime saevit febris, vide eundem in comment. in Hippocratis Prognost. ubi docet quae sit ὀξεῖ

ἡ πάθησις, seu νοσήματος initium morbi, ἀνάβασις, incrementum, ἀκμὴ, cum est vehementissimus, & παρακμὴ cum imminuitur.

Pag. 727. Ratio postulat, ut, Mſ. volente, legas, ἀναπλήθουσα οἴμῃ, καὶ εὔτροφος, καὶ πολύχυλος καρπός. *provenies, pro, fructus laetus, bene nutriens, copiosus.* non ἀναφύσει. ut edit. Mox idem codex ἐκ πόνου ἀφροῦ pro vulgato ἀφροῦ. recte, & *ratione diversitatis morbi*, quia diversi longe *sunt morbi muliebres, & viriles.*

Pag. 728. Ineptissime legitur Ἀλλὰ χωλίους ὥσπερ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ φύσει, τὸ δύναθαι ἐφ' ἑκάστῳ σκοπεῖ. Quid enim Graecis ὥσπερ ἐστὶ τῷ ὄν; Mſ. optime: ὥσπερ ἐστὶ καὶ ἐν φύσει. sed *cum distinxeris, quod natura distinctum est, quid in quoque praestari possit considera.*

Pag. 732. in Phalaride nullum dubium, quin ex Mſ. cum Anglicano, tum meo scribendum sit ἡ πόλις ἦν ἀστασίαστος, *civitas erat sine seditionibus*, hoc est civitas erat tranquilla & pacata, sedatis omnibus turbis, dissidiis, & tumultibus. laudat illam felicitatem, quae consecuta sit ejus principatum. Atqui non laus est, si legas ἀπαρρησίαστος, uti in editis legitur, sed maximum tyrannidis malum, cum civibus libertas loquendi adimitur.

Pag. 759. Ἐκεῖθεν δὴ τὸ εὐδόσιμον λαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἐθελοντὴς πᾶσι τοῖς ἀφικνουμένοις, ὡς μαντεύσοιτο ὁ Θεὸς, ῥητόν τινα ἐξεφοίτα. Mſ. ῥητὸν τινα ἡμέραν ἑνὸς ἕκαστον. forte ῥητὸν ἐν τινα ἡμέραν ἑνὶ ἑκάστῳ. *definitam diem surrexit praedicendo.* surrexit praedicens certam diem, qua Glycon sit oracula editurus. vide autem de hoc Glycone Abonoteichitarum ficto oracuło Virum illustrem Ezechielem Spanhemium dissertatione tertia, de usu antiquorum numismatum.

Pag. 761. Ἐχρῆ δὲ, καὶ ἐθήρευε, πολλῇ τῇ σοφίᾳ ὁπωσοῦν χρώμενος, καὶ τὸ εἰκὸς τῇ ἀπιθάνῳ περιάπτων. Vertunt: *Reddebat igitur oracula & ratiocinabatur, non mediocri ad eam rem utens ingenio, arteque negotium reddens probabilius.* Ultima verba non respondent Graecis, in quibus pro τὸ εἰκὸς Mſ. τὸ εἰκαστὸν, *sagacitatem verosimilia dicendi jungens sollertiae ingenii εἰκαστικῇ τέχνῃ* Platoni in Sophista sunt, artes quae imitantur verum, & magna verisimilitudine exprimunt. erat ingenio praeditus sagaci Alexander in divinanda & deprehendenda verisimilitudine, quae facultas alii ingenii dotibus accesserat, apta in primis ad mimum illum decenter agendum.

Paullo post addit illud oraculum varia medicamenta praescripsisse aegrotis, inprimis, quod ficto nomine vocarit Cytmides, id vero remedium fuisse contra lassitudinem ὀλίγως ἔχειν σωματώδους, fatue interpres: *ex adipe suilla confectum*, cum sit *ex adipe ursina.* ἄρκτῳ ursu, ἄρκτου, ursinus. sed in Mſ. legitur αἰγὸς caprina adipe, quod utrum magis probandum non satis liquet. Nam & ursinus & caprinus adeps plurimis doloribus, cruciatibus & tumoribus

bus prosunt, ut ex Plinii lib. xxviii. aliisque medicis constat. Nec ἄκη πα sunt tantum remedia contra lassitudinem, quamvis proprie eo nomine illa significentur, sed & quae ad dolores corporum, & tumores scirrhosos, aliosque adhibentur, ut multis docet Galenus de medic. per genera lib. vii, cap. ii. ut & Paullus Aegineta lib. vii, 19. Et videre licet inferius, ubi Κυπρίδα, hoc est ἄκηπον oraculum seu impostor jussit adhibere πρὸς ὀδύνῃ πλάγιε. *ad dolorem laterum.*

Pag. 766. Dicit Rutilianum fuisse quidem virum egregium, sed superstitiosum. Ῥουτιλιανὸς ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος. *Rutilianus vir alias quidem honestus & probus, tum compluribus in proeliis Romanorum spectatae virtutis*, sic interpres. sed Mss. ἐν πολλαῖς πράξεσι in multis rebus Romanorum, sive bello sive domi gestis.

Leve est quod pag. 770. de Rutillia, quam in oculis mariti ejus osculabatur, legitur mendose καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἢ ὀλεθρίᾳ οἰκείᾳ ἀνδρὸς φιλημάτα ἢ ἰκγείᾳ. cum rectius Mss. οἰκείης ἀνδρὸς sc. Ῥουτιλίας.

Pag. 780. Ἐπεὶ ἢ κατὰ μέσον τὸ πόρρω ἐληλύθειν, *cum jam mediam partem navigationis confecissem.* sic rectius editio Florentina, quam aliae μέσον τὸ πόντον.

Pag. 781. Καταβήμεθα ἢ ἡμᾶς ἐν αἰγιαλοῖς, οὓς καὶ ὁ καλὸς Ὅμηρος μέμνηται, ὀπίσω ἀπήλασεν. *Expositis autem in Aegialos, quorum etiam egregius Homerus meminit, iter relegit.* Sic interpres. nec improbo nisi quod *in Aegialis* vertendum non *Aegialos.* Sed quae notarunt ad hunc locum, quasi loqueretur de Peloponneso, quae Aegialia olim dicta, non sunt cassa nuce digna. Aegialos fuit locus in littore Ponti Euxini, in quo situs quoque fuit pagus ejusdem nominis cujus meminit Homerus Iliad. β. 855. Et qui sit locus, egregie docet Strabo lib. x. in descriptione Ponti. ὁ ἢ Αἰγιαλὸς ἔστι μὲν πλὴν μακρὸς, πλειόνων ἢ ἑκατὸν σταδίων. ἔχει ἢ κώμην ὁμώνυμον, ἧς μέμνηται, ὁ ποιητὴς, ὅταν φῇ·

Κρώμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλὺς ἐρυθίνους.

Γράφουσι δέ τινες Κρώμναν Κωβιαλόν τε.

Aegialus est littus longius centum stadiis. Habet autem cognominem pagum, cujus meminit Homerus his verbis:

Cromnam & Aegialum & altos Erithynos.

Scribunt autem non nulli: Cromnam Cobialumque. sed vides Lucianum hic tueri vulgatam Homeri scripturam, nisi quod numero multitudinis utatur, pro unitate.

Pag. 782. Γ'ανὸπολιν κληδόνας. Extant etiam nunc tales nummi cum inscriptione Γ'ανοπολιτῶν sed in una hujus nummi superficie est L. Aurelii veri imago, in altera Γλύκων Γ'ανοπολίτων, vide Ioannis Harduini viri ingenio & doctrina praecellentis nummos antiquos populorum & vrbium illustratos. in Γ'ανοπολίτῃ.

Pag. 784. de Saltationibus, ἀφήμεθα ὁ Λυκῖνε ἢ περὶ τὰ βελτίω σπουδάζειν, καὶ τοῖς παλαιοῖς σωφρόνως, κἀξηνεμένοις καταγελόμεθα, ἡλη-

θείαν ἄφραστον ἐρῶν. Vertit Opsopaeus: *Remisso rerum, Lucisne, optimarum exercitio, & priscorum commercio, ceterum ure sustineas in theatro omnium posticas famas excipiens.* Ab interpolatore recte haec quidem sunt emendata, sed, quia tamen hoc quendi genus aliis quoque negotium facessit, uno atque altero exemplo id illustrabimus. Sententia enim est, *tu vero sedes & modis tibiarum oblectaris.* Plutarchus in libello, cui titulus est εἰ πρεσβύτης πολιτευτέον. Τὴν πολιτικὴν ἐπιδόντες τῷ λογιστῇ καὶ καθεύδοντες ἀκροώμεθα ἀεί, καθεψαλλόμενον καὶ καθυλούμενον. *Cantu & tibiarum modulis oblectatum.* Cleomedes lib. 2. ὁ πολλῇ καὶ ἀτάκτῳ μέθῃ καθυλούμενος. *In magna & foeda ebrietate tibiis se oblectans.* Eodem sensu dixit Athenaeus ψαλλόμενος Στρατονίκου *auscultans cantorem Stratonicum.* quem locum frustra Erasmus emendare conatur.

Pag. 786. Πάππα Κράτων ὡς κόρακας! ἵνα ἵλυος ἐφ' ἡμᾶς τὸ σὸν τρῦ κύνα. Vertunt: *Papae Craton quam asperum canem tuum in nos solvisti*, nescio quam Latine. *Asper dens* apud Phaedrum est acutus, sic apud Tac. *asperare arma*, pro famiare. Melius sane verteretur: *quam canem mordacem.* Lucianus in priore de iis qui mercede sunt conducti: οἶδα δ' ἐγὼ καὶ ῥήτορας τὴν παροιμίαν. *Novi quendam ex mordacibus illis Rhetoribus.*

Ibid. Εἰ μὲν γὰρ εἰδὼς, ἐξ ἴσου ἡμῖν καὶ σὺ γελάσῃ. *Interpretes*: *si enim vidisti, par nobis hac in re evasisti*, inepte, & sine sententia. Vertendum: *siquidem vidisses, paria nobiscum feciisses.* Mox sequente pag. de histrione εἰς ἀσχήμονα καταλυόμενον est *indecore se frangenti*, non ut vertunt, *in nullum usum fracto.* Paullo post μὴ ἀφροσύνῃ ἄρα ἐκοίμων, est *male peream*, ut supra notavi, interpres invenuste; *nunquam ego venustatem consequar.* Nam quamvis *venustas* interdum felicitatem significet, tamen hoc in interprete non ferendum.

Pag. 791. Καὶ αἱ Γυμνοπαιδίαι ὑπ' αὐτοῖς ὁμοίως ὄρχησις. *Erant & illis Gymnopodiae, genus saltationis.* Sic interpres. sed legendum ἦν αἱ Γυμνοπαιδίαι ὑπ' αὐτοῖς ὁμοίως ὄρχησις. *Et erant Gymnopaediae genus saltationis.* Erat autem saltatio nudorum puerorum, cujus meminit Athenaeus, Hesychius, Pausanias. Plutarchus in Apophthegmatis Agesilai ἔνθα δὲ παῖδα, inquit, ὄντα αὐτὸν γυμνοπαιδίας ἀγούσης ὁ χορηγὸς ἔστησε εἰς ἄσημον τόπον. *Agesilaum adhuc puerum cum Laconica saltatio perageretur, in qua pueri nudabantur, chori praefectus constituit in parum honesto loco.* Vide Ios. Scaligerum ad Eusebii Chronicon ad num. MCCCCXLVII, ubi ostendit Hieronymum quoque legisse Γυμνοπόδια, & vertisse *nudipedalia.* de Carvande vero, seu saltatione alia Lacedaemoniorum, ut & de ipsa vide Meursii Lacon. lib. II. c. 12.

Pag. 792. Ἐκεῖνο μὲν πάντες ἀκηκόασιν, ὅτι τὰς ἐξαγορεύσεις τῶν μυστηρίων ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοί. *Sed illud omnes audiunt, eos arcanis mysteriis saltasse dici, qui mysteria prodiderunt.* sic vertitur. Sed ἐξορχεῖσθαι

τρεῖας retinendum erat in verſione. Non infrequenter autem hac voce utuntur Graeci pro ſecreta prodere, arcana efferre. Vtitur etiam Lucianus in Piſcatore, & Amoribus, Heliodor. VI, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ μάρτυσι τούτοις τὰς τῶ νεμέσεως ἐξορχῆ τύχας. *Ac teſtibus his enuncias mortuorum fortunas.* Auctor Hierarchiae Eccleſiaſticae, qui dicitur Dionyſius Areopagita: ἀλλ' ἔφη ὅπως σὺν ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἀμήχανα μὴ αὐτὰ καὶ ἄχρωτα τοῖς ἀπλήστοις ἀφῆτε. *Cave ne ſancta ſanctorum prodas, a plebejis ea intacta & impolluta conſervanda.* Vide & Suidam in Διαρρεῖς. Mox obſcure & imperite haec verba Latine ſunt tranſlata: παίδων χοροὶ συνελθόντες σὺν αὐλοῖς καὶ κιθάραις οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπορχούμενοι ἢ ἄιδοντι, πρόκριτοι ἐξ αὐτῶν. *Puerorum chori cum tibia, citharaque ingreſſi tripudiabant, quibus canentibus optimi quique ſaltationem accommodabant, ex eorum numero delecti.* Quid eſt *ſaltationem accommodare?* Interpretare: *Puerorum enim chori in unum coacti, ſub tibia & cythara, hi quidem ſaltabant, illi vero ſubſultabant, qui quod aliis praeſtarent ex eis delecti erant.* Eſt autem ſubſultabant, puerorum ſaltantium geſtus & ipſi imitabantur, quod vetus poëta dixit *redamtruare* de ſaliis, *ut praeſul amtruat, ſic populus redamtruat.* & uſus eſt Plutarchus in Numa voce ὑπορχοῦσι de ſaliis *redamtruantibus.*

Pag. 793. de Proteo, καὶ δένδρα δόνημα. & *arboris quaſſum* vertit interpres, mallem *arboris motus*, cum ventis agitatur.

Ibid. Ex Latina hac verſione; *Quae* (Bithynia fabula) *multum ab inſtituto Italorum abhorret, quae perhibet Priapum bellatorem Deum, unum opinor ex Titanibus aut Dactylis Idaeis, opus illud factum, ad rerum militarium inſtitutionem, Martem a Iunone acceptum adhuc puerum*, &c. nemo aſſequetur ſententiam Graecorum, οἱ τὸ περίπαν δαίμονα πολεμικὸν, τὸ τιτᾶνα εἶμαι ἴσα, ἢ τοὺς Ἰδαίους δακτύλους, τοῦτο ἔργον πεποιημένον, τὸ σύστημα παιδεύσαι, παραλαβόντα παῖδα τὸν Ἄρη, & quae ſequuntur. Diverſus enim plane illorum eſt ſenſus. Interpretes ignorarunt τὸ ἔργον ποιεῖσθαι dici in agendi forma, pro *artem facere*, ſeu *exercere*, cum tamen Lucianus in eodem hoc libello ſuperius dixerit, τέχνῃ τὸ πρᾶγμα πεποιημένον. Apud Galenum, ὥσπερ τῶν μυῶν κυνήσεως, ἀφ' ὧν τοὺς ἔργον πεποιημένους ἰατρούς, *per medicos facientes medicinam* Plutarchus in Demetrio: Ἄτταλος ὁ φιλομήτωρ ἐψήσει τὰς φαρμακώδεις βοτάνας, &c. ὁπόσ τι καρπὸν αὐτῶν ἔργον πεποιημένον εἰδέναι καὶ κομίζεσθαι καθ' ὥραν. *Attalus Philometor herbas venenatas ſerebat*, &c. *& ſemina & fructus eorum elaborabat videre & cognoſcere ſuo tempore.* Suidas in voce τέχνη. τέχνῃ πεποίηται, ἀντὶ τοῦ εἰς ἔργον καὶ τέχνῃ αὐτοῦ προκόπτει. Plura facile colligas exempla. Sic igitur transferenda iſta Luciani ſunt: *Quae Priapum, deum bellicosum, unum opinor ex Titanibus, aut Idaeis dactylis hanc artem feciſſe ajunt, ut in armis ſaltare alios doceret, & Martem adhuc puerum a Iunone matre acceptum.*

Pag. 794. Τύπου καὶ φιλότητος; Hom. Il. V.

Πάντων τε κόρης ἐστὶ καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ἀρχιθεμοῖο.

Pag. 797. Καὶ μόνης τὸ φωνῆς ὑπακόϊον παρέχων ἑαυτὸν, interpres: *ac soli voci semet obnoxium praestans*: quis intelliget? malim *Illius vocis discrimini se exponens*, ut soli voci servire debeat, & quasi rationem reddere, ut propter solam vocem aut laudetur, aut vituperetur.

Ibid. Οἱ Δάκαν καὶ Τιβίαν. Recte castigavit Obsopaei versionem eruditissimus ille Palmerius, quo doctiorem militem non vidit a natis litteris orbis eruditus. De Davis & Tibiis vide Straboncm lib. VII. Meminit Tibiorum Galenus statim initio primi. Θεμιστόκλης, καλάμῳ, Γέτης, καὶ Τίβιος, καὶ Φρύγας, καὶ Θρᾴκες ἄρχοντες. Philostratus in imaginibus ὥσπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δακί. & Lucianus in mercede conductis, δρόμων καὶ τιβίων. Interpres Aristophanis, εἰσιὸν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ οἰκεῖ) Πυῤῥίας, ξανθίας, Τίβιος, Σοσίας, Δᾶος, Γέτας. Synesius ὁ θεῖος Ἡρῴδης καὶ θυμωθεὶς εἰς Σοσίας τε καὶ Τιβίους ἀπέδλθ. Inferius Lucianus in Gallo: Πόθεν δ' ὁ Τίβιος πέφυκεν αὖτῳ ὅτῳ μέγαν ἀψάνηκεν ἐχθές; Praestat etiam ut statim vertas ἐ κεχηνὸς ἢ ὡς ἐκεῖνο, ἀλλὰ συμμεμυκὼς, *non hians ut illa, sed occlusa*. Illae hiantes personae dicebantur *Manduci*. vide Festum.

Pag. 801. Καὶ τὸ μέσον τῆ γῆς δόρατι μῆκος τῆ ἀσπίδι. vide Claudianum in prologo panégyrici in *Manlium Theodorum*, & Plutarchum in defectu oraculorum.

Ibid. Τ'άχα σπάραγμον. A Titanibus puerilibus donis illectus membratimque laceratus fuisse Iacchus scribitur ab Orpheo, & in Parnasso conditus juxta Tripodem, ut tradit Euphorion. Meminit etiam rus Siculus. lib. III. Biblioth.

Pag 802. Καὶ Σκύλλα, καὶ πορφυρᾶς πλόκαμον καὶ Μίνω πόθος. Interpres. *Scylla, purpureus crinis, & Minois transitus*. legendum censeo, καὶ Μίνω πόθος, & *Minois desiderium, seu amor*. Scribit enim Ovidius in Metamorphoseon libro, & Virgilius in Ciri Scyllam Minois amore captam patriam ei prodidisse.

Ibid. Καὶ σπαρτῶν ἀνάδοσις. *Et satorum exortus*. Nimirum ex satis serpentum dentibus homines prosilierant armati.

Ibid. De Neptuni & solis pugna vid. Pausan. in Corinthiacis.

Pag. 803. Ὧ οἰκεία καὶ ἡ Αἰθιοπικὴ διάγνωσις, vertunt, *cui est propria rerum Aethiopicarum narratio*, perquam improprie. cum ut, *cui affinis, vel similis est Aethiopica narratio*.

Pag. 804. Τὸν Γλαῦκον, τὸν Πολυίδου μαντικὸν. Glaucum Minois filium, & Polyidae de illo in mellis dolio submergendo vaticinium, de quo vide Origenem contra Celsum. Claudianus de Bello Getico:

Cretaque si vere narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire sepulchro
Quem senior vates avium clangore repertum
Gramine restituit: mirae nam munere sortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.

Vide

ide & Apollod. III. Biblioth. & Palaephatum de incredibilibus. c. 27.

Ibid. Τὸν Μελέαγρον, τὸν Ἀτλάντιον, τὸν Δάλον. Interpres: *Meleagrum, Atalantem, Dalum.* foeditissimus error. Nullus Dalus unquam fuit in orbe terrarum. Ex nomine, ut γραμματικῶν παῖδες loquuntur, appellativo fecerunt proprium. scribe δᾷλον, & interpretare. *Meleagrum, Atalantam, & titionem*, nimirum illum fatalem Meleagri, de quo Ovid. VIII. Metam. & in Ibin.

Natus ut Althaeae flammis absentibus arsit
Sic, tuus ardescat stipitis igne rogo.

Pag. 805. Ἀλκμαίων ὀρνιθομ. vide Thucydidem fine libri II. Philostrat. VII vit. Apollon. Tyan. Meminit & Basilius in epistola ad Gregorium Theologum: πάντως γὰρ οὐδὲ Ἀλκμαίων ἐχινάδεις οὕτω ἔτι τὸ πλάνης ἐνήνοχεν, *neque enim Alcmaeon Echinadibus inventis ullo modo errare amplius sustinuit.* Vides, sine fabulis, nec ipsos scriptores Christianos posse intelligi, earumque ignoratione saepe viros insignes esse lapsos.

Ibid. Thessaliam inter alia suppeditare ait, πλὼ τὸ πεντήκοντα νηῶν στόλον. *quinquaginta navium classem.* Dudum, est quod locum hunc vere & eleganter emendavit magnus ille, & meliore fortuna dignior Leopardus in miscellaneis, qui legendum ostendit τὸ τῶν πεντηκοντόρων νέων στόλον. *quinquaginta juvenum navalem expeditionem* hoc est Argonautarum, qui quinquaginta numero fuisse quibusdam dicuntur. vide lib. IX, cap. 24. στόλον autem dici etiam de unica nave docet in illud Apollonii, ὄφρα στόλον ἐρεμνὸν δύῃ. antiquus ejus interpres: στόλος ἐστὶν ἐπὶ πλέξιν τινὰ προεδρύμενον πλοῖον εἴτε ἐπὶ νεῶν, εἴτε καὶ πεζῇ, καθὰ καὶ Ἡσίοδός φησιν· ἀνεπλήσατο δὲ στόλον τὸ μιᾶς νηὸς πλοῖον εἶπε.

Ibid. Καὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος θρηνούμενον. *Luctumque illum Assyrium divisum.* Quis sit ille luctus Assyrius divisus non facile reperias apud scriptores. Apud Hyginum tamen in Astronomico in capite de lyra legimus, ex quibus qui fit luctus ille intelligitur: *Non nulli etiam dixerunt Venerem cum Proserpina ad judicium Iovis venisse, cui earum Adonin concederet, quibus Calliopen ab Iove datam judicem, quae Musa Orphei est mater. Itaque judicasse, uti dimidiam partem anni earum unaquaeque possideret.* Tangit quoque Lucianus ipse in Veneris & Lunae dialogo, ubi queritur de filio suo quod illam modo cogat Anchisae caussa in Idam descendere, ἅρπ᾽ οἷ᾽ ἐς τὸ λίβανον ἐπὶ τὸ ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, ὃ καὶ τῇ περσεφάττῃ ἐπέρασον ποιήσας, ἐξ ἡμισείας ἀφείλετό μοι τὸ ἐράμενον. *Nunc vero in Libanum ad Assyrium illum adolescentem*, qui & ut *a Proserpina amaretur fecit, & me meis amoribus dimidia ex parte privavit.* Vide quoque Theocriti Ἀδωνιάζουσας. Idyll. XV. Patet nunc quis sit ille dimidius Assyrius luctus.

Pag. 806. Καὶ κωφῶν πυθίην). Laudatur etiam hoc oraculum a Chrysostomo in Babyla, & a Luciano in Ione confutato. Extat totum apud Herodotum.

Pag. 807. Ἐδεήθη δ' Δημητρίου ἀγωνισασθαι αἴτησιν τινα. *petiit a Demetrio aequissimam, ut mihi videtur, petitionem*, rem aequissimam postulavit. Sic Æschines κατὰ τηλικοῦτον δεόμεθα ὑμῶν μετρίου δίκαιον. *rem non magnam a vobis petimus.*

Pag. 809. Τὰ μὲν ἄλλα θεάματα καὶ ἀκούσματα ἐνὸς ἑκάστου ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι ἔχει. Interpres: *Alia quidem quae spectanda vel audienda exhibentur, unam quampiam rem ostendunt.* ἕκαστος non est *quispiam.* Legendum ἑνὸς ἕκαστον ἔργου τῷ ἐπιδείκνυσθαι ἔχει. *Ceterum quidem quae spectantur vel audiuntur, unam rem unumquodque ostendit.* ἕκαστον sc. ἄκουσμα vel θέαμα.

Pag. 810. Λεοβάτας γὰρ ὁ μιμολόγος, χαριέστερος τοῖς ὀρχηστικοῖς ἀπεικάζει. Hoc damnat ipse Lucianus in Rhetorum magistro.

Ibid. Ἤκουσα δὲ καὶ ἀστειότερόν τι τοῦ μιμολόγου ἐκείνου ἐν τοῖς ὀρχηστικοῖς σχήμασι σιωπῆς, ὅτι καὶ σιωπὴ Πυθαγορικόν τι δόγμα αἰνίττεται. *Ceterum quendam audivi magis etiam subtilia quaedam de saltantium personarum silentio juvenaliter affirmantem, eam etiam Pythagoricum dogma subobscure significare.* sic vertendus hic locus. de re ipsa Athenaeus lib. 1 Dipnosoph: ὁ (Μέμφις) τοῦ Πυθαγόρου φιλοσοφίας ἐπιδείκνυσιν ἄκρως ἐστὶ, μᾶλλον σιωπῆς πάνυ ἐμφανίζων σαφέστερον, ἢ οἱ τὰς τοῦ λόγου τέχνας ἐπαγγελόμενοι διδάσκειν. *Enim vero hic* (Memphis pantomimus) *aperte demonstravit, quanta Pythagoricae philosophiae vis sit, ut qui tacens omnia nobis manifestius indicaret, quam qui artem dicendi se docere profiterentur.*

Pag. 811. Γυμνασίων γὰρ τὸ κάλλιστόν τι ἅμα καὶ διρυθμότατον τοῦτο φαίην ἂν ἔγωγε εἶναι. Interpres absurdissime: Etenim illud ego *Gymnasiorum pulcherrimum & aptissimum esse affirmaverim*, cum vertendum sit, *Ex omnibus gymnicis exercitiis illud pulcherrimum & venustissimum esse equidem dixero.*

Pag. 814. Προσβάλλειν τοῖς Θηβαίων τείχεσι, est *impetum facere in Thebanorum moenia.* nobis betorquet. Herodianus in V. τὸ προσβαλλειν τοῖς τείχεσι. Idem in VII. προσβαλλόντι τοῖς πύλαις καὶ τοῖς τείχεσι. Xenophon in III. Hellenicon: ξυνεχῶς μὲν ἐλαυνικῶς προσβαλοῦσι τοῖς τείχεσι.

Ibid. Οἱ δὲ ῥυθμὸς μὲν τὰ πεφασμένα δὲ μετάχρονα ἢ πρίχρονα. obscure interpres: *illi vero concinne quidem, sed res priori vel posterioris temporis saltationi accommodat?* Quid in hoc vitii, si eo tempore illa saltat? Verte: *illi vero concinne, sed tempori tum posteriora vel priora repraesentat.* dum quod tempore posterius est, prius saltat, vel vice versa.

Per Lexiphanem in dialogo, qui hoc nomine inscribitur, intelligi Pollucem, qui onamasticon scripsit, in quo omnia illa, quae hic irridet obsoleta verba inveniri, memini olim in Scholiaste Luciani ἀνεκδότῳ legere apud Isaacum Vossium, τὸ πάνυ.

Pag. 857. in Demonacte: καὶ οἱ χρεμπόλαι τὸ νέον καὶ σοφὸν φιλο-

σοφίαν

πφίαν ἐρῶντες, interpres : *& generosissimi quique juvenes, & ad philosophiam respicientes.* πρὸς φιλοσοφίαν ἐρᾶν *Philosophiae operam dare*, non est Graeca locutio : sed scribendum πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες, ut paullo post πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν.

Pag. 858. Ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Κύπριος, ὁ δὲ ἀφανῶν, ὅσα εἰς ἀξίωμα πολιτικὴν καὶ κτῆσιν. ἀμελῶν δὲ καὶ πάντων τούτων ὑπερόπτης γενόμενος, καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῆς καλλίστης πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν. Vertenda sunt: *Erat itaque Demonax genere Cyprius, non obscuro loco natus, quod quidem ad dignitates civiles, & facultates attinebat. Despectis nihilominus his omnibus, cum pulcherrimis se rebus dignum judicasset, ad philosophiam animum appulit.* ὑπερόπτης γίνεσθαι non est *excelsiorem fieri*, ut interpretes transtulerunt, sed *despicere, contemnere.* Laertius : καὶ τὴν τῶν πολλῶν δόξης ὑπερόπτης γίνεσθαι. *Vulgi laudes & gloriam contemnere.* Plutarchus in apophtegmate Agesilai : ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τὴν τοιούτων βάλεσθαι πάτραν εἶναι ἢ τὴν Διανορεστάτην τῶν ἀντιπεφυκυιῶν πόλιν καὶ κρείττω ἑλεῖν. *Malo me vincere contemtu talium rerum, quam praepotentem hostium urbem vi capere.* pro his dixit Lucianus statim ὑπερεῖδε τὴν ἀνθρωπείαν ἀγαθῶν.

Pag. 859. Dicit Demonactem imitatum esse Socratem, & frugalitate Diogenem, ὁ δὲ διαφθαρέντων τὰ εἰς τὸν βίον, ὡς χωμάζοιτο, καὶ ἀποδιδρασκόντων, ἀλλ' ὁμοδιαίτου πᾶσι. Vertunt: *Non tamen adulterabat ea quae ad victum pertinebant, admirationis emerendae gratia, utque ab iis respiceretur, quibus cum versabatur ; verum communi cum aliis vivendi ratione utebatur.* διαφθαρέντων τὰ εἰς τὸν βίον. *non est adulterare quae ad victum pertinent*, sed *non mutare vivendi rationem, non recedere a communi vivendi genere.* Iosephus v. ἀρχαιολογίας, παρέβαινε δ' ἤδη τὰ πάτρια, καὶ τὴν οἰκείαν δίαιταν παρεχάραττε ξενικῶν μιμήσει ἐθισμῶν. *ejurabat patrios mores, domesticosque ritus antiquabat, imitatione peregrinorum morum.* Ruffinus sic vertit: *Transcendebat jam leges patrias, & edicta propria requirebat mores imitando peregrinorum.* Synesius καὶ τὰς τραπέζιτας τοὺς παλαιοὺς καθάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον διαφθείροντες. *ut nummos divinam doctrinam mutantes.*

Pag. 866. Recte vidit Marcilius in his verbis ὁ γὰρ εἶναι τὰ αὐτῆς ψυχῆς ῥηγίλλαν καὶ πολυθάλπη, legendum esse ῥηγίλλαν. Regilaum enim nemo novit, nemo illius mentionem fecit. Regilla vero fuit uxor Herodis Sophistae, uti constat ex Philostrato, & inscriptione antiqua, quam illustravit Cl. Salmasius.

Pag. 870. Καὶ μὴν καὶ Γ' Φίνον τὸν κύπριον, λέγω δὴ τὸν χωλὸν, τὸν ὅτε ἐπὶ τοῦ Περιπάτου ἰδὼν ἐπιπολὺ τοῖς Περιπατητικοῖς ἐνδιατρίβοντα, εἶδεν ἐπὶ ἔφη ἀναχωνιτέρου χωλοῦ Περιπατητικοῦ. Hic quoque interpres hallucinatus cum sic vertit: *Quin etiam cum Ruffinum Cyprium, claudum illum dico, Peripateticum, vidisset diu in pergulis versantem, claudo Peripatetico, inquit, nihil est impudentius.* Περιπάτου

non ſunt *pergulae*, ſed *ambulationes*. διατρίβειν ἐν τοῖς περιπάτοις, eſt *ambulare*, *ambulationibus vacare*.

Pag. 871. Narrat Demonactem ſenio confectum in quamcunque domum incidiſſet, in illa coenaſſe & dormiviſſe, τῶ ἐνοικοῦντι θεῷ τινα ἐπιφάνειαν ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα, *incolis pro Dei quam praeſentia habentibus hoc factum*. Quaſi Deus quidam apud eos divertiſſet. Obſcure interpretes θεοῦ ἐπιφάνειαν, *Dei exortum* interpretantur. ἐπιφάνειαι enim θεῶν, ſunt *Dei apparitiones*, ut dudum docti monuerunt. vide inprimis Caſaubonum in exercitionibus contra Baronium. In aliis quoque Luciani locis male vertitur

Pag. 883. in Amoribus: Ὁ Χαρίκλης ὑπὸ τοῦ σφόδρα θαύματος ἀμυδρῶς δίκην ἐπιπλήττει, ταχερόν τι καὶ ῥέον ἐν τοῖς ὄμμασιν πάθος ἀνυγραίνων. Interpres: *Charicles prae vehementi ſtupore propemodum extinguit, humidum quendam & manantem in oculis dolorem colliquans.* Pro πάθος in Mſ. ſcribitur πάθος, & ſic ſcripſit dialogi hujus auctor. ταχερόν τι καὶ ῥέον ἐν τοῖς ὄμμασι πάθος ἀνυγραίνων, eſt *oculos petulante & in iis natante motu ſuffuſus*. hoc eſt laſcivi motus indice. Ταχερὸν proprie dicitur de oculis laſcivis, qui petulante mobilitate produnt laſciviam. Horatio dicuntur *putres oculi*, Petronio *petulantes*: *Ipſe Paris Dearum libidinantium judex, ſi hanc in comparatione vidiſſet tam petulantibus oculis*. Graecum acceperunt ex Theocrito Idyl. 1.

Ὦ πόλε ὄκκ' ἴσορρε τὰς μηκάδας, εἶα βατεῦ·
Τάκεται ὀφθαλμὼς, ὅτι ἃ τράγος αὐτὸς ἔσαθε.
Caprarius quando capras intuetur coeuntes
Oculi diffluunt, quod non ipſe hircus eſt.

Vetus Scholiaſtes exponit λαμπρύνεται, φθείρεται. Oculos enim *tales* laſcivos ajunt, cum moventur, ſuffundi humore quodam, eumque hoc ipſo dialogo vocat τὸ ὀφθαλμῶν τὸ ὑγρὸν ἅμα τῇ φαιδρᾷ καὶ κεχαρισμένῳ, *oculorum petulantia cum ſplendore & gratia junctam*. Maximus Tyrius hoc quoque inter laſcivi animi ſigna refert, λιγυρότητα ἢ γλῶτταν, πτερόν τε ἂν οἱ ὀφθαλμοὶ. Idem dicit de Sardanapalo diſſert. 19. τῶ ὀφθαλμῶ ὑπτιάζοντι, pro quo Iuſtinus, *cum oculorum laſcivia omnes foeminas anteiret*. πάντες ὀφθαλμοὶ Latinus Theocriti interpres inepte vertit: *tabeſcunt oculi*: imo, tum maxime moventur, hinc Petron. dicitur *mobilis oculorum petulantia*. Inferius in Toxari, de adoleſcente, qui illecebris foeminae laſcivae, erat captus: ἐπεὶ ἤδειζε πονηρῶς ἔχοντα, καὶ ἀλλόκοτον ἤδη τοῦ ἐρωτος, καὶ πικρὸν γινόμενον, *Poſtquam ſenſit illum male habere, & amore totum flagrantem, & furentem*. Sic alibi noſtro πικρὸς ἐρᾶν. ſunt *prurientes puellae*.

Pag. 893. Οὔτε δυρίδη τράπεζα κοινὴ, καὶ φιλίας μετεῖπε τράπεζαν ἀδῃόμενοι. Non eſt credibile vocabulum τραπέζα in tam paucis verbis bis poſitum eſſe a Luciano. In Mſ. recte ſcribitur: καὶ φιλίας μετεῖπε ἑστίαν ἀδῃόμενοι. Communis focus eſt uxori & marito. Hinc *pro aris & focis dimicare*. Inferius in hoc libello, de feris ſolivagis, quia

quia ratione carent, quasi essent praeditae ἐξ ἴσου ἡμῖν ἱερὰς δεημένοι, καὶ μίαν ἰσίαν τὴν ἰδίαν ἑκάστοις οἰκῶν, ὑπὸ τοῖς κοινοῖς ἐπολιτεύοντο νόμοις. *sed ex aequo nobiscum templis aedificatis & inhabitatis quisque suis laribus, communibus regerentur legibus.* non longe post ὑπὸ τῆς πατρίας ἰσίας ἐξέρχεται. *ex patria domo prodit.*

Pag. 895. Optime Mſ. ἀχὶ τὸ μελοποιὸν αὔχημα Λεσβίων Σαπφώ. *Non illud Lesbiorum decus, carminibus inclytum.* Editi μελιχρὸν αὔχημα, quod vertunt *mellita illa, qua se jactat Lesbus, Sappho.*

Pag. 903. Μακρὰ λουτρὰ, καὶ πολυτελὴς μὲν καὶ ἡδεῖα τράπεζα. *Domi statim longa balnea, & sumtuosa ac suavis mensa* sed cum non laudet illam mensam, qui poteſt eſſe ἡδεῖα. Repone ex Mſ. καὶ πολυτελὴς νὴ Δία τράπεζα, *& sumtuosa per Iovem mensa.*

Pag. 904. In laude pueri, cum aqua deterſit ſominum, inquit, πλὴν ἱερὸν χλαμύδα τοῖς ἀνωμίοις περόναις συνάψας. ὑπὸ τὴ πατρίας ἰσίας ἐξέρχεται. *ſacram chlamydem humeralibus fibulis adſtrinxit, paterna domo egreditur.* Chlamys fuit veſtis militaris, non puerilis. dein cur ſacra dicitur? Haec mendoſa ſunt, quae ex codice Mſ. ſic refinges. καὶ χιτωνίσκον χλανίδα ταῖς ἀνωμίαις περόναις συνάψας. *& tuniculam laenam in humeris fibulis connectens.* χλανίσκοι utebantur pueri & molles homines. Grammatici vocant ἱμάτιον λεπτόν. Sic Demoſtheni κόμψη χλανὶς καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι exprobrabantur. vide Gell. l. 5. forte autem in dialogo noſtro legendum χιτωνίσκον καὶ χλανίδα. mox idem codex rectius, καὶ μηδένα τῶν ἀπαντώντων ἐξ ἐναντίας ἀφορᾶν. *neminem obviorum ex adverſo adſpiciens.* Vulgo ἀπάντων, frigide.

Pag. 905. Εἶθ' αἱ λιπαραὶ παλαῖσται, καὶ ἅτε ἡλίῳ μεσημβρινῷ θάλπος ἐγκυμονοῦσαι τὸ σῶμα πυκνὸν μᾶλλον. In Mſ. legitur ἐγκυμονοῦσι, quod frequentius eſt illo, utitur etiam Xenophon, & alii non raro ſimplici κυίσμαι. eſt proprium palaeſtrae verbum, exerceor in palaeſtra. *Dein unctae palaestrae & ad solis meridianum calorem exercet corpus firmatum.* Nota ſunt omnia de athletico pulvere.

Pag. 909. Αἴθηρ μὲν γὰρ οὐδὲ χαίτας τὰς τῶν τε ζηλωτὰς, εἰς ὃ ἀμείνονα βίον ἀπηλλάνθαι ἔχουσι τὰ ἀριστῆς μέρος τὸ ἄφθαρτον. ſic recte Mſ. *Coelum poſt terram eos excipit, qui iſtis rebus ſtudent. ad meliorem vitam morientes praemium virtutis conſequuntur incorruptibile.* Vulgo ſine ſenſu legitur οἱ δὲ ἄμεινον ἀπηλλάνθαι, & vertitur: *qui meliori fato morientes*, tanquam alii eſſent, quam de quibus in praecedentibus verbis loquitur. Ne dicam ἄμεινον ἀπηλλάνθαι Graecis nihil eſſe, nec id ſignificare, quod ex depravata lectione cuderant interpretes.

Pag. 910. Ὁ δὴ Ἀθηναῖος ἱλαρὰ τῷ τρόπῳ φαιδρὸς ἀναπηδήσας, πρὸς τρόθρα σύβαρῶς. Sed Mſ. ἱλαρᾷ προσώπῳ φαιδρὸς. quod quis non amplectatur. *Athenienſis hilari vultu, alacer exiliens incedebat valde elate.*

Pag. 911. Ex Mſ. refinge: αἱ γὰ φανεραὶ μετὰ τῶν αἰσθητῶν συμ-

ἀσελγεσι τῶν ἡδονῶν συνάπτων, Vocat oscula, & improbe manus pertrectationes αἰσθησιν. Vulgo μὴ omittitur.

Ibid. Εἶτ' ἀπὸ μηρῶν πρωϊμεσόμενος κ τὰ κωμικὰ αὐτὸ ἐπαίει. Interpres: *dum ducto a tumoribus exordio juxta Comicum ipsa percutit.* Haec verba perobscura sunt, sed illustrantur illis, quae leguntur apud Diogenem Laërtium in vita Cleanthis: φησὶ γὰρ ὁ ἱστορῶν τὸ περὶ τοὺς χρείους διάφορα μειρακίου ἐπαινοῦντος, εἰ ὁ εἰς τὴν γαστέρα τύπτων γαμρίζει, καὶ ὁ εἰς τὰς μηρὰς τύπτων μηρίζει, ἔφη μὲ, εἰ μὲν τοὺς ἀφηβεστέρους ἔχε μειρακίσκους. *Hecaton autem in Chriis inquit, formoso adolescente dicente, si in ventrem percutiens γαστρίζει, etiam in femina verberans μηρίζει, inquit Cleanthes, tu quidem ephebescens habe interfeminales pulsationes.* Nimirum μηρίζειν est inter praetextata verba, de παιδερασταῖς. vide quae notavit vir & amicus summus Aegidius Menagius ad hunc locum, & Paullus Leopardus Emendat. XVII, c. 32.

Cle-

Clarissimo & Eruditissimo Viro

PETRO FRANCIO

IACOBVS GRONOVIVS S. P.

Quæ mihi vel jussu vel instinctu tuo indicta fuit opera, eam pro temporis mei occupatione exhaustam ad te mitto, vel ut hoc exemplo metiaris tuæ apud me auctoritatis pondus, vel ut deliberes, quid ea faciendum censeas. Tu enim quum & meminisses illo tempore, quo prima studia nostra gratissimo consortio sub patre meo adolescebant, eum frequentem fuisse in hujus scriptoris usu, & me quoque tota vita jucundissime cum eo versatum esse scires, vel conjecisti vel aliunde comperisti non ita id factum esse, ut nonaliqua a nobis animadverterentur. Nec satis: ita etiam de illis benigne existimare voluisti, ut cum nova Luciani editione aut deberent aut possent non indigne in medium proferri, & typographos monuisti, ut mecum de illis agerent. Id ego sicut amoris tui verissimi pignus accepi, ita non sustinui sic agrestis esse, ut non libentissime ei obsequerer. Et facio id quidem gratissime, quoniam acerrime Græca studia semper te coluisse novi, atque ideo me ad intelligentem hæc qualiacunque mittere scio. Longe tamen acrior voluntati meæ stimulus additur ab ipso hoc tempore, quo ab Amplissimis Proceribus Vestris testimonium peritiæ simul & industriæ tuæ abstulit, data tibi provincia, ut hanc [illegible] partem Illustri eorum Scholæ inferres; quod ita evenisse simulac intellexi, & apud me gratulatus sum & nunc publice gratulari me profiteor tum tibi, tum ipsis his literis adeo neglectis, rejectis, imo suppressis, etiam apud illos, qui præcipue formari reperique iis debebant. Sed hoc viderint Dii ingeniis faventes. Vale, Amicissime & Eruditissime Franci, & nosce bona tua. Leidæ a. d. VI. Calendas Majas CIↃ IↃC LXXXVI.

IA-

IACOBI GRONOVII

Notæ ad

LVCIANVM.

Pag. 6. *Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσονταί σε πάντες*] Pater adscripsit notam Bourdelotii, mentem suam de ea non aperiens. Sane vulgata hæc locum & salem Luciani & bonum sensum non habet. Cui enim dicere licuit, *neque ob orationem laudabunt te omnes*, ut Benedictus vertit, aut, ut apertius Micyllus, sed abundantius quam Græca patiuntur, *neque etiam ob verba & orationem modo laudabunt te omnes*? ad quod ipsum *vides tendere* Bourdelotium. Quem illum omnes laudant? Sed nec judicium Bourdelotii probum est, dum censet receptam lectionem faciliorem, eam quæ in Mss. est, duriorem; nam contrarium verum est. Quid enim facilius & gratius hac lectione, *οἱ ὀλίγοι ἐπαινέσονταί σε*, omissa voce *πάντες*, quam *non habent* scripti libri? Sensus est, *pauci vero quidam* (sic per contemptum doctos & facundos viros vocat *οἱ ὀλίγοι*, ne nominare quidem dignata) *ob studia laudabunt te*, nisi quod etiam Græca vox *λόγοις* invidiam quandam & contemptum majorem præ se fert, fabulas quoque & narrationculas & nugas denotans. *ἐπαινεῖν ἐπὶ τοῖς* passim in Luciano obvium.

Ibid. Καὶ *βαρβαρίζουσι, πάμπολλα ἁμαρτάνων*] Hic quoque adscripsit Pater Mss. lectionem *πάντῃ*, quæ longe melior, etsi aliud videatur Bourdelotio: mutetur modo distinctio sic, *καὶ βαρβαρίζουσι πάντῃ, εἰπὼν ὁ πάχυς in quacunque sermonis parte barbarizans*. Nihil est *pleraque dicere*.

Pag. 7. *Οὔτε φίλοις ἀντιλογικὸς*] Micyllus, *neque amicis exitibilis*. Benedictus, *nec amicis in foro auxiliaris*, rectius. Rectissime adscripsit pater *amicis advocatus*.

Pag. 11. *Ἀλλ' ἐς ἐμὲ ἐπαίρων πόλεις*] Ex iis, quæ apponit Bourdelotius non potest esse dubium, quin legi debeat *ἀλλ' ἐς ἐμὲ τὰ ἐπαίρων πόλεις*, &c.

Pag. 15. *Τίνος ἕνεκα*] Benedictus *suo marte commentus*. Non cepit vim & elegantiam. Verte *hactenus comm.*

Pag. 19. Καὶ *τὸ Θουκυδίδου*] Benedictus enervavit versionem, in qua negligit efficaciam voculæ primæ, quam recte sic Micyllus expressit, *effugero sane merito etiam Thucydidis illud*. Hoc enim intendit auctor convincere, ut non modo immunis esse debeat ab insultatione proverbii Attici, sed etiam ne Thucydideum quidem illud in ipsum verti possit.

Pag.

Pag. 25. Συνεκπίπτοιτο καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἀχημονοῦσα] *Si mecum rejiciatur, meaſque partes dehoneſtet.* Sic apud Baſileenſes & Bourdelotium Micyllus & hujus imitator Benedictus. Non ſecus ac ἀχημονεῖν idem plane ſit notetque quod καταισχύνειν pag. ſeq. quod ſic quoque interpretantur. At in eo quod meas partes dehoneſtat, vitium ineſt, nec ego crimini hinc fio obnoxius; quod plane Lucianus negat omnia contraria ſignificans, nempe non ut illa meas partes dehoneſtet, ſed ut meæ partes actioneſque illam dehoneſtent. Verte igitur *ſimul rejecta & per meam operam*, vel *quantum ad me, meas partes, meam perſonam, apparens indecora.* Ἀχημονεῖν neutrum eſt, non activum. Id debebant non modo cognoſcere, ſed tum quoque recordari boni interpretes, promptaque habere illa Cebetis ἀναγκάζεται ταύταις ταῖς γυναιξὶ ἀλλόσε, καὶ παυδ' ὑπερμόνοι, καὶ ἀχημονεῖν. Τὸ ἐμὸν μέρος alibi dicit τὸ μὲν τοι ἐμὸν, τόγα ἐπ' ἐμοὶ, τὸ ἦ ἐμὸν, τὰμὸν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, τόγα κατ' ἐμέ. Dinarchus contra Demoſthen. in fine. ἐγὼ μὲν ὅσον εἰς τὸ μέρος τὰμὸν ἦκα κατηγορίας ἦκα, βεβοήθηκα. Apud Maximum Tyrium diſſertat. 6. ait Anaxagoras ὅτι τὸ ἐμαυτοῦ μέρος ἀδεξιότερον ἡμῖν τῶν πόλιν οἰ τοῖς ἄλλοις ἐπιδεικνύω.

Pag. 32. Ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς ἀσπάσωνται] Quum Micyllus vertiſſet *quod neque ore nos approbant aut compellant*, Benedictus duo poſteriora vocabula amputavit. Sed plane & approbare & compellare nihil ad ἀσπάζ. Verte, *quod ad ora* ſalutanda vel oſculanda *non admittant nos.* Nota illorum oris obſcœnitas.

Pag. 35. Ἐργαστήρια γὰρ οἰκάλλ καὶ καπηλεῖα.] Primam vocem Benedictus reddidit *tabernas*, Micyllus *ergaſtula.* Ludov. Creſollius libro v. theat. rhet. c. 3. amplius & propius *meritorias officinas.* Nam talem aliquam ſupponere debemus, ut pag. 153.

Pag. 37. Καὶ πολλῶν ἤδη σπουδαίων εἶναι δοκούντων ἐπείληπται] Male Micyllus, *Iam & multos eorum, qui pro ſtudioſis ac gravibus habentur, reprehendebat:* pari lapſu Benedictus *Quinetiam multos qui pro gravibus haberi volunt, reprehendebat.* Nam & verſio Lucianum non adæquitur, & male periodum hanc majore diſtinctione ab præcedente ſeparant. Sed nec bene Palmerius, *multos, qui graves eſſe videntur, occupavit.* At mens Luciani eſt. *Multus enim profecto eſt in equis furor, & multos qui graves videbantur eſſe, redarguit*, eos quum graves videri vellent, probavit vanos, & quum deberent contemptores horum eſſe, in iiſdem nugis inſanire oſtendit. Quia autem in præcedentibus ait Lucianus de equorum nominibus, non potui quin ad ejus illuſtrationem hic apponerem inſcriptionem, quam ex ſchedis Peireſcianis depromptam publicavit excellens antiquitatis vindex Iac. Sponius, quum ad auctores interpretandos hæc vetuſtatis imago vivam fere vim afferat. Ea ſic habet:

.. II PRAEMISIT ET C. T.
OCCVPAVIT ET CIT. CCCV
INTROIVGIS VICIT

SANIPPO CINIS.	X	HILARO AF.	I
AEGYPTO PE.	I	MACVL. AF.	I
PEGASO AF.	I	AQVILIN. AF.	I
EVTONO AF.	I	PEGASO AF.	I
ADVOLA. AF.	I	COTYNO AF.	I
DROMO HISP.	I	SICA AF.	I
PASSER AF.	I	CIRPATO AF.	I
LVPO AF.	I	MELISS. AF.	I
SILVANO AF.	I	DELICAT. MAV.	I
LVCIN AF.	I	PARATO AF.	I
EVTONO AF.	IV	BALLIST. AF.	VIII
PYRAL. AF. SE.	IV	ANDREM AF.	VIII
PARDO AF.	IV	SPICVLO GAL.	VIII
ROMVLO LAC.	V	ROMVLO AF.	VIII
RAPACE AF.	V	LVPO AF.	VIIII
BAETIC. AF.	VI	PALVMB. AF.	VIIII
CAMM. AF.	VI	ROMVLO AF.	VIIII
DAEDAL. AF.	VI	GLAPHYRO SPH.	VIIII
GAETVL. AF.	VI	BALIST. XIII.	III
ALCIMO	VI	MEMNO LAC.	XI
HILARO HIS.	I	BARB. AF.	I
SMARAGD. AF.	I	CALLID. CYR.	I
DRAVCO AF.	I	THELO AF.	I
ARANIO AF.	I	ARIONE AF.	I
EXACT. MAV.	I	HELIO AF.	I
PISTO CIR.	I	HIRBINO HEV.	II
PVGIO AF.	I	PALMAT. AF.	II
ANDRE. AF.	I	PASSER. TH.	II
ROMAN. GAL.	I	CATTA AF.	II
CANDID. AF.	I	PVGIO AF.	II
ABASC. THE.	XX	EXCELL.	
ARCAD. AET.	XVI	ARACIN.	
LVPO HISP.	XXII	CALLID.	
SAGIT. AF.	XI XIIX	AQVILA.	
AIACE AF.	XXX XXII	PECVL.	
AETHER. AF.	XXX XXX	....	
INGEN. ING.	XXIIX	HILAR.	
ARGO APH.	XXX		
VICTORE. AF.	XXXII. XL		
INNOCE. AF.	XXVIII		

PALMAS SIBI COMPLEVIT
C̄ CALLID. AF. BALLIST. AF. C̄C̄
QVOS EQVOS C.

Pag.

Pag. 38. ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆ σφετέρας ἀληθείας] Non melius profecto hunc locum intellexit Bourdelotius, quam Micyllus, quem referit ac refutat. Quid enim? an hîc dicitur ingemiscere Romanos, quod se sentiunt prohibitos veritate sua & voce libera frui, eaque prohibitio in eo consistit, quod prohibiti sint legibus illis, quibus cautum, ne in tabulis testamenti quicquam elogii famam alterius læderet, nisi suorum, quos exhæredare leges permittebant cum elogio? Quæ species prohibitionis in Græcis, nedum talis? immo quæ fortasse nunquam contigit? Nam quod de consensu Is. Casauboni jacit, vereor, ne aliter omnibus videatur, qui modo inspexerint lucubrationes magni ejus viri. Sed neque Benedictus bene, *ne ex sua veritate damnum capiant.* Plane enim Lucianus vult contrarium, nempe Romanos tota vita quum simulate egerint, veram unam vocem edere in testamentis, ne ex hac sua veritate voluptatem capiant. hoc est, ne post eam veritatis vel mentis suæ verissimam professionem patefactam (quod fit aperiendo testamento, neque id contingit nisi post mortem testatoris, ut non videat, non sentiat, quid animi sit illis, quibus laqueum aut infamiam legavit) laetari possint eo facto, quod inimicum ulti sint ac læserint malo voto, neque si ille propterea doleat, illi eum dolentem spectare possint. Hæc simplex & ipsa Luciani sententia. Nam cur ἀπολαύειν sumunt in malam partem? Neque hinc abire libet, quin alium locum per eandem hanc jactationem ambiguum tangam, qui est in Timone pag. 56. qui sic ad Iovem. ἔστι δαλόν τινα ἐπαναστείναντες δεικτὸν αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν ἢ κεραυνὸν ἀπ' αὐτῶ μὴ διδόναι, μόνον δ' τῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν ἢ τερπομένω, ὅτι ἀναπληθήσονται τῆ ἀσθόλη, ubi Erasmus, *verum hoc solum vulneris inferri posse judicent, ut fuligine compleantur.* Tan. Faber *hocque unum ex vulnere malum sibi accidere existiment, quod fuligine operiantur atque inquinentur.* Quam interpretationem est alius, qui præter duas postremas voces repetit, & sub titulo observationis negat τὸ τερπομένω hoc loco convenire, quum fuliginis fiat mentio, unde etiam statim se legere ait κεραυνόω, fulmenque & fulgur adurere & ustulare dici notat. Sed mirum, si vel sententiam vel elegantiam hujus loci ullo genere adsequatur. Cur enim & ille & priores ἀπολαύειν accipiunt in malum, & ad homines fulminatos applicant, non in propriam notionem voluptariamque, ut passim solet, ac mox vidimus, & rursus in ipso hoc Timone ubi pari modo ἐγκυλῶ ἀπολαυσιν οἰομένους, atque ipsi Iovi attribuunt, ut prorsus debebant? sic enim elegantissima ironia accipiendum; *hactenus autem* (vel *in hoc solo, ad hoc solum*) *existimant te frui vulnere* (voluptatem capere ex jactu fulminis, quo stolide putas, o Iupiter, illis grave vulnus a te inferri) *ut operiantur fuligine*, videas modo eos nigredine obduci, quam tu male interpretaris vulnus, quum sit simplex & ridicula fuligo, velut fulmine in carbones & fumum resoluto, quum ad homines deveniat. Qui perfectissimus sensus.

Pag.

Pag. 44. Βίας ὑπαρχόντων καὶ ἁρπαγῆς] Non capio acumen Benedicti, qui has voces alligat proxime antecedentibus, vestitae, *apud septem vocales judices vi & raptui præfectas*, non secundis tenis quoque certi judices certis actionibus præfuissent, ut Rectoribus prætoribus certæ causæ attribuebantur. Ne dicam ridiculum ex has vocales isti judicio præfuisse, non alias literas; quæ cui judici præsederunt, oro? Nescio an bene Bolerus, *constitutis judicibus VII vocalibus de vi & rapina*. Certe sensus est & verti debuit, *ad tribunal VII vocalium, actione bonorum vi raptorum*, ut dicebant Romani idem prorsus judicium. Nam ὑπαρχόντων (unde cauſa erroris) est secundus casus ab primo τὰ ὑπάρχοντα, non οἱ ὑπάρχοντες.

Pag. 45. Ὧν χωρὶς οὐδὲν καθόλου τι γεγράφεται] Bolerus, *sine quibus nihil omnino scribitur*. Benedictus, *sine quibus plane nihil scribitur*. At multa possunt scribi, sed sine sensu. Verti debuit: *sine quorum perfecte* & integre *nihil scribitur*, ὧν τελειωθέντων εἰς τὸ γραφεῖν πᾶν δέοντας, ut ait infra.

Pag. 47. Τετραγώνους λέγειν] Pater adscripsit λέγει.

Pag. 55. Καὶ καπνὸς ποιητικὸς ἀπεχθῶς ἔξω & παπύρου τ' ἀνομάτων] Recte Cl. Faber *ac fumum plane poëticum, nominum strepitum* ſ *demas*. ultra quod tentare quidquam error est.

Pag. 57. Ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις] Viderit Palmerius *in Eraſmo* lapsum; sed an non majore ignorantia ipse corrigit λάθῃ? An non millies ὑπὸ apud Lucianum notat causam efficientem, utque idem sit prorsus voculæ λάθῃ? Vertit sane Eraſmus *ſub mandragora*: an ideo ille adspiciendus erat transformator herbæ in arborem, quæ dormientibus umbram faceret. Sed opinor scribebat nobilis ille Gallus hæc, quum comes Luciani venit ad Ἀλεκτρυόνος ἱερόν, viditque illic ὕλην ἀνεσκιάζουσαν, ἧς δένδρα ἦν μήκωνες ὑψηλαὶ καὶ μανδραγόραι in libro 1. Veræ hiſtor. & tam vere nunc in Eraſmo sic divinando conjicit, ac illi, qui vaticinari solebant tenentes os animalis, quod alligari debebat ad radicem mandragoræ, in qua similitudinem somniabant corporis humani. Sic igitur & quum sub corona vendi aliquem dicet, credetur interprete Palmerio ex cœtu militum circumstante vel serto facere arborem; & speciosius cum veles dicitur sub vitem sumicere hastas, stare censebitur in vinea. Iocosa hominum ingenia! an Eraſmo unquam exciderit illud ὑπανιπτῆρες ὁ μανδραγόρας? Lenius sodes.

Pag. 61. Νεωάκια ἐπὶ & Δωκαλίωνος ἰχνίτη * σφυροκεῖλαι πλατυρρεῖ] Mirifice hæc illustrant Marmor Arondelianum & vicissim inde lucem capit Lucianus, ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΩΝ ΚΡ... ΟΥΑΦΟΥΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΣ ΕΠΙΔΕΥ ΚΑΙΩΝΟΣ ΕΓΕΝΕΤΟ ΚΑΙ ΔΕΥΚΑΛΙΩΝ ΤΟΥΣ ΟΜΒΡΟΥΣ ΕΦΥΓΕΝ ΕΓΛΥΚΩΡΕΙΑΣ ΕΙΣΑΘΗΝΑΣ ΠΡΟ... ΟΝΚΑΙΤΟΥΔΙΟ.. ΥΟ... ΔΔ... ΜΤΟΥΤΟΙ?.. ΟΝΙΔ..... Ο.. ΤΑΣΩΤΗΡΙΑ ΕΘΥΣΕΝ. Vbi sic supplet

plet Palmerius ὡσπερ ἡμῖ τὸ διὸς πανομβρίᾳ δι' ἑαυτῆ τὸ ἱρὸν λιπάλωνι δομήσαθ ἡμῖ τὰ σωτ. Vbi miror illum Διὰ πανόμβριον in chronico & sermone pedestri poni pro ὄμβριον πανομβρίου. Primo ipsa rei ratio non patitur. Quid enim, quum ipse esset Athenis, cur Διὰ πανόμβριον exspectare debuit? & eo cessante demum ædificavit templum? Deinde non Græcus sermo admittit, nec ante dixit ζεὺς ἐγένετο, sed κατακλυσμὸς· adeo licet dicatur Iupiter pro imbre, non poterit hic bono sensu dici pro cataclysmo: nec cataclysmus cessavit cessante pluvia. Sed nec per pluviam conjigisse cataclysmum auctor ante supposuit. Et quod ad ΠΡΟΤΕΡΟΝ potest ea suppletio ferri, licet ipse videns Seldenum, quum id ponit characte-re communi, facere sex puncta conjecerim ΠΡΟΣΚΡΑΝΑΟΝ. dein suppleo ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΥΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΟΛΥΜ-ΠΙΟΥ ΤΟ ΙΡΟΝ ΙΔΡΥΣΑΤΟ ΚΑΙ ΤΑ. De templo Jovis Olympii erecto ab Deucalione testatur clare Pausanias in Atticis pag 32.

Pag. 77. Διὰ ταῦτα τοι καὶ τὸν ἀμεληθῆναι σωίδη ὡδὸς ἡμᾶς, ἃ φαῦλοι ὄντα] Potuit Tan. Faber oportuniorem locum reperire invehendi in lectores incuriosos & editores. Licet enim pro certissimo sit hanc lectionem sic stare non posse, non tamen ideo discedendum ei fuit ad mutationem ejus omnino non necessariam, immo prorsus vanam. Benedictus est, qui ad hanc lectionem concinnavit ista Latina, *Hinc factum est, ut hic quoque a nobis neglectus fuerit, quamvis non sit despicabilis.* Sed & Benedictis his & Fabris longe perspicacior Erasmus noster, *Hæc in causa fuerunt, ut hunc quoque neglexerim, quum haud mediocriter de nobis sit meritus.* Vnde patet divinum virum ita censuisse distinguendum Διὰ ταῦτα τοι καὶ τὸν ἀμεληθῆναι σωίδη, ὡδὸς ἡμᾶς, ἃ φαῦλοι ὄντα, quæ ipsa manus & mens Luciani est ringentibus licet illis: ut taceam enervari omnem sententiæ huc facientis efficaciam, dum φαῦλοι vertit *contemnendum*, quod huc non pertinet, voce adstricta & alludente ad pium & gratum erga Deos & eorum metuentem animum.

Pag. 79. Εἰς τὸ ἀνάκειον] Addendus & hic locus illis est, quæ ab Mauslaco perdocte notantur ad hanc vocem in Harpocratione. Quod propterea moneo, ut vites cum prioribus interpretibus vertere *in Castoris & Pollucis templum*, aut cum Fabro *in Castorum ædem*, quo nil nasutius. Vera enim esse quæ observat Mauslacus, censeo, & plane illos Ἄνακτας ex Cicerone intelligendos, ut nil commune habeant cum aliorum Græcorum aut Latinorum Castore & Polluce vel Castoribus; quos sane quum innuere vult auctor, novit ille Διοσκόρους, ut apparet ex dialogo de saltatione. Itaque idem observari debet in Reviviscentibus pag. 414. ubi rursus dicuntur οἱ ὃ καὶ ὡδὸς τὸ ἀνάκειον ὡδηγήμενοι κλίμακας. Miror autem ea, quæ observari video ad præcedentia ὑπερέχε γὰρ αὐτῆ τῶν χέρα Περικλῆς, quasi id respiceret ad orationis pronunciandique gestum, & non unice ad patrocinium ac tutelam, eo modo, quo excellentissime

id notavit familia Æmilia in nummo, Lepidum tutorem pueri Ptolomæi exhibente.

Pag. 80. *Ἀλλὰ κ τοῖς δίχρμόοις τοῦτο χρήσιμον*] Pater addidit τούτοις legere Pricæum ad Matthæum 6, 7, quod sane nec necessarium & convenientior vulgata scriptura.

Pag. 85. *Πρὸς τὸ ἴσος τ συνδοκιμῶν*] Adscripsit Pater, fore *συνδοκεῖν*. Quod quidem manifestius, sed potest retineri quoque alterum.

Pag. 88. *Πάλαι μὲν σε τοῦτο αἰτιᾶσθαι*] Non utique significabit *te in his accusare* vel *harum rerum*, ut rebatur Cl. Faber, & ideo scribit σε. Potest enim intelligi *hac tui* vel *hanc tuam rationem esse accusasse*. ut in Hermotimo. *ὁ γὰρ Μῶμος, ἀνάγκη οἶμαι ἅπαν ἐπάσσθαι τ Ἡφαίστου*. Ita hoc loco vides eosdem rei & personæ casus, in quo reticetur quartus casus agens, quia ipse is erat. Codici Academiæ adscriptum *πάλαι μὲν σε*. Sed non necessarium. *In duabus* sequentibus notulis apparet eundem Fabrum sibi fecisse *fraudem*, imminutas & decurtatas contemplantem nescio unde voces, *quæ* in ipso contextu sunt integerrimæ & plenissimæ.

Pag. 96. *Σχεδὸν ἐκχυθησομένῳ τ ἐπιῤῥίου τοῦτο, ὅπως δύνηται*] Sic distingue has voces, ut recte Latina præiverunt, & nuper fecit quoque Faber. Mox *ἀμφίεσθαι* inepte verterunt *Salmurii sagum*, & ineptius nunc impressum *fagum*. Faber *rhenonem* transtulit.

Pag. 109. *Εἰς βαθυκήπια πίνειν*] Vana est *hæsitatio Cl. Fabri* inter hanc lectionem, & eam quæ in Theognidis editionibus obtinet; qua aut uti non debuit, aut melius oportuit se inde expedire, quum id posset, non auxilio Stobæi & Plutarchi, qui potuerunt aliter citare quam Lucianus; Sed Lucianus se ipse defendit, ostenditque in libello de Mercede conductis p. 450. & apologia ejus libelli sequente pag. 490, & quomodo citare voluerit, & ex quo, clare & *βαθυκήπια* dicens & ipsum nomen Theognidis adjiciens. Unde inprimis apparet ab Bourdelotio temere notari ex Homero, ut postea *πετρῶν κατ' ἠλιβάτων*, quod ex eodem sit. Nihil falsius. Eriam paulo post negare nequibit Faber, verius vertisse Erasmum & ex ejus imitatione Benedictum illa verba *ὅπως μὴ τὸν δρόμον ἐφεῖς αὐτοὺς, quod illos nullo pacto respexisses*, quam ipsum, *quod ipsos ne primo quidem congressu aspicere voluisses*. Sed vice versa queri debeo, quum sic loquatur etiam Lucianus in saltatione, *ἀμεινόν ἐστι οἶμαι δρόμου τὸ πᾶν ἁπλοῦν, καὶ μηδὲ τὸν δρόμον ἐμπλέγειν τ τοῦ ἀθλητικοῦ*, vertisse Opsopœum, *neque sub initium fatearis aliquid tale te flagitiose deliquisse*. Benedictum *ne initio, te tale quid deliquisse, fatearis*.

Pag. 151. *Καὶ ὁ σοφὸς ἐκεῖνος τὸ μεγόμενον*] Bene Barlæus præmunivit has postremas voces, ut contra Palmerii mutationem essent stabiles. Sed debuit ipse Lucianus sua vindicare, qui utique in principio somnii sic loquutus fuit, *ὅτε εἰς μακρὸν ὁ κ τ πατρὸς ἀφῳκοῦμεν, ἀποφέρων ἀεί τι μεγόμενον*, ubi advertit Bourdelotius. Sed sic

re elegantissime Græcis dictum, nemo melius docebit Theophrasto, in capite *περὶ ἀναισθησίας*, *οἷς λογισμὸς πρὸς τὰς ψήφους, καὶ περὶ μέλλοντος πτήσεως, ἑαυτῷ τὸ ἀβέβαιον φέρει, καὶ γίνεται*; Denique noster in Pseudomanti pag. 779. *Μίαν ἐρώτησιν ἐπερωτήσας, ἐπίγραψα τῷ βιβλίῳ ἐξ ἧς ἔτους, ἢ δεῖνος χρησμὸν ἔλαβε, ψευσμένος τὰ πρόσωπα, καὶ τὰς ἀπὸ φρυγμοῦ καὶ τὸ μηρύεσθαι ἐπὶ σοὶ πιστεύσεις πέμψας.* Ita proprium id est in pecuniariis rationibus.

Pag. 165. *Πρὸ τῆς κυμωτιάδος γῆς*] Audio Mss. & Tanaq. Fabrum. Sed quid Lucianus amaverit, colligere etiam possumus ex fine Hermotimi, ubi sic scribit. *Ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθιζόμενον ἐπὶ τῷ κυμωτιάδι, δριμεῖν τὸ κύμβαχα.*

Pag. 168. *Αἰόλου δὲ Ἑλλὴν θυγατέρα*] Augustinus Datus cum Benedicto *Æoli Græci filiam.* Scilicet ut plures ad verba attendunt, non ad rem vel Luciani sententiam, qui volebat *ajunt mulierem quondam, Æoli filiam, Hellenis neptem*, vel ex Ovidii libro xi. Metam. ubi Halcyone vocatur *Æolis*, vel ex Dicæarcho, cujus verba sunt; *ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν ἔστι ποτὲ πόλις ἀφ' Ἕλληνος καὶ Αἰόλου ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη*· quæ loquutio non minus notat patrem Æoli fuisse Hellena, quam filium. Contrario modo impingunt in Hermotimo pag. 535. Verba Græca *Εὐανδρίδου καὶ Ἠλείου* interpretantes *Euandrida, Elei filio*, quum patria, non pater describatur.

Pag. 169. *Κατὰ χειμῶνα μέσον λαμπρεύσας ταῖς αὐδαίαις*] Certe non debuerunt hæc intelligi & verti aut cum Dato *tranquillitatis differentis*, aut cum Benedicto *media hieme ab aliis serenitate differentes*, sed *eminentes, eximias*, quod putidum fere est monere, quum ut passim, tum in Luciano millies occurrit.

Ibid. *Τοῦ ὄντι γὰρ πάντων λοιπὸν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων*] Ineptissime Benedictus, *revera enim omnis homo infans est, maxime vero senex*; quum longe accommodatius Datus, *Omnis namque homo infans utique videtur esse, vel ultima senectute provectus*, quæ verissima Luciani mentis expressio.

Pag. 174. *Τῦτ' ἴφης, ὦ Πραξιθέα, τὸ κατλείσειν, ἀντὶ τοῦ ἀναστρολοπιοῦν*] Sunt vitrea fracta; & conati sunt evitare interpretes. Sed annotavit Pater *τὸ κατλείσειν ἀντὶ τοῦ ἀναστρολοπιοῦν*, ut Mercurius Charonti in contempl. *τυτὶ τὸ πρᾶγμα πολλῶν αἴτιον κακοπαθεῖν μοι.*

Pag. 179. *Ἀτρεμεῖν αὐτὸς γὴν ἄλλως ὄντας ἀνέρασεν*] Commode interpres. Adscripsit tamen Pater *αὐτὸς γὴν ἄλλως ὄντας ἀνέρασεν.*

Pag. 194. *Λυπεῖς ὦ Ἥρα σαυτοῦ. οὐδὲν ἄλλο. κἀμοὶ ἐπιτείνεις τὸ ἔρωτα*] Poterat sine crimine Benedictus integram servavisse interpretationem Micylli, *Ægritudine, Inno, te ipsam afficis, nihil aliud, & mihi amorem eo magis incendis*, quam videstemere ab eo truncatam.

Pag 198. *Χρὴς ἦ προσκαλεσάμενον τὸν Ἔρωτα*] Vel *προσκαλεσάμενον* edendum fuit, ut haberetur ratio Benedicti vertentis *provocato Cupidine*, vel versio retinenda fuit Micylli *Heri autem vocato ad se*

Cupidine. Sed sane verbum Græcum habet aliquid, quod uerro exprimitur, & Benedictina lenius & Micyllina fortius, utpote dialogo Veneris & Cupidinis, ἀλλ' ἐκεῖνῳ πρόσεστι μετ' ὀργῆς. Itaque scriptis libris obediendum. Video simile comment mox in dialogo Enipei & Neptuni, dicente illo Δεῖ τὸν ἐμὸν ἔρωτα προσαρπάσαι τ ἔρωτι, ubi cum Micyllo Benedictus *propitios mihi amorem præripere oportebat.* In Piscatore dicunt Philosophi de Luciano ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προσκαλεῖσθαι, δικάζεσθαι αἰτῶν. ubi vertunt, *Nam cum iste vir judicio velit experiri, haud aliter provocare videtur.* At in hac loquutione vix est differentia inter *provocare* & *judicio experiri velle:* & in præcedentibus non tam provocat, quam admonet modestiæ philosophos, ne se indemnatum occidant, atque adeo convenientius videatur προσκαλεῖσθαι.

Pag. 208. Ἀπὸ δ' Ταινάρου κατατρίβουσι ἐπὶ κεφαλὴν τὴν πεσοῦσαν, ἐνίσασιν] Non debuerat hæc distinctio ex editione Benedicti in hanc propagari, quum priores melius καθαιροῦσι, ἐπὶ κεφαλὴν τὴν πεσοῦσαν ἐνίσασι, eamque sequatur in interpretatione Benedictus.

Pag. 223. Τὰ μὲν δὴ Λήδας τέκνα, παρ' ἡμέραν ἐκφέρεσθον καὶ ἀνέρχεσθον κατὰ τὰ ἄδε εἰσίν] Non satisfacit Benedictus *Ledæ filii alternis vicibus apud superos atque inferos versantur*, vel, ut alii, *alternis inter ipsos vicibus agitant.* Etsi enim vera ista, tamen non ad Lucianum, qui exprimere destinata tempora voluit, nempe *alternis diebus.* Quod nisi constaret, ac sic definite loqueretur, non posset infra Diogenes Polluci dicere σὺν γὰρ ἐμοὶ τὸ ἀναβιῶναι οὔκουν velut dubitans de certo tempore, sed certe scire se dixisset aliquando reversurum in vitam: non Mercurius Apollini, ὁ μὲν χρόνος ἡμῖν ξυγχεόμενος, ἐκεῖνῳ Κάστορι ἦν. Mox pessime in hac editione repetitum ex prava Salmuriensi κἀγὼ ὁ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Στυέλης ἦν, quum sequatur γενόμενοι ἀνωχθονίῳ ἀφρόπους, & recte habeant priores οἱ ἀφοί.

Pag. 242. Μανθάνω τὸν ἐκείνοις, ὅτι μὲ ἔλαθεν] Sic inepte distinguit hæc editio ex Salmuriensi; at debebat μανθάνω, ὅτι ἐκείνοις τε μὲ ἔλ. Sic pag. seq. etiam male distinctum puto ὅτε ἀναπαύοις, πάντα Δαχθεὶς, quum rectius non distinguatur ab Bourdelotio. Neque sane id potest notare *neque diffusis aquis te ipsum cohibes*; nam qui se diffundit, quomodo is se cohibet? sed *diffusus te recipis.* Ludit enim in notione & Græci verbi Δαχθῆναι & Latini *diffundere*, nempe pro exhilarare. Quæ tota est elegantia hujus loci.

Pag. 249. Καὶ ἐξένευσεν ἐς τὴν γῆν] An sic nunc voluit loqui Lucianus, qui in dialogo sequente, καὶ νῦν σὺ ἀναλαβὼν ἐξένευσον τὴν ναῦν. In mercede Conductis, ἀπερρήξαντες τὸ δεσμὸν ἀπέπλευσαν, ἄλλοι κἀκεῖ ἐξενήξαντο.

Pag. 255. Ὁπότε κατάγοιτο] Micyllus apud Basileenses & Bourdelotium *quando abripiebatur.* Quod nimium: & quum hæc vox vim denotat illatam, quod sæpe fit in Luciano, additur secundus casus: & plane id huc non convenit. Benedictus, *quando ingredia-*

tur,

ut. Nec sic loquitur Lucianus, etsi propius fit. Pater adscripsit, *lescendebat* vel *demittebatur*. Abundat igitur litera, & lege κατ-ῆιτο.

Pag. 264. Καὶ Λακεδαιμονίοις] Temere ex editione Salmurienſi in Latinis repetitur error præmiſſi nominis Diogenis, quod deleri debet.

Pag. 269. Οἱ τ' κλῆρον ὃ γηραῖτης πεντακισμύριοι] Benedictus *quinquageſies mille*. Quanto rectius Micyllus *quinquaginta millia*?

Pag. 273. Ζωγράφον ἐμβαλόντα εἰς πόλιν] Nec cur Benedicto placuerit *præſentius*, nec cur Bourdelotio *celerius*, cauſa patet ulla, quum ex proxima parentheſi palam ſit notare vel plenius vel melius; quorum prius hic commodiſſimum, ut in magno poculo latere aliquid & alia occurrentis inde mali cauſa fingi poſſet, prorſus ut ſupra in Timone & Thraſycle. ὁ παῖς μεγάλῳ πώλῳ ὀρέξειν αὐτὸ, πρὶ ζωγράφον ὃ χείρα μόλιστα.

Pag. 279. Μηδὲ τὰ ἐπιτάφια] Inepte interpres *neque epitaphia*, ut notum eſt pro veſtibus ſepulcralibus.

Pag. 280. Καὶ λάθρα τὸν ὀλίγον τὸ ὕδατος τὸ μυροθηκίου τὸ Δίος, τὸ χρυσ.] Verterat Mart. Bolerus *& curioſitatem*. Id mutaturus Benedictus reddidit *& rerum minimarum diſquiſitionem*. At ſane jam ſatis expreſſit hoc philoſophi vitium per tria proxime antecedentia, quæ non ſunt ab hoc poſtremo diverſa. Itaque non miror patrem notaſſe videri nunc intelligere *avaritiam*, ut ſic potius diſtinguatur καὶ ὕδατος καὶ μυροθηκίου τὸ Δίος, καὶ χρυσίον, & non modo tacite aurum hinc inde ab diſcipulis corraſerit, ſed etiam oſtentet animo inſitam inſignem avaritiam & cupiditatem colligendi amplius, quam apud vivos celatam nuditas mortis nunc aperit. Mox ubi ſequitur πολὺ πανικόντος & abſurde vertunt *quæ quinqueremis*, quaſi bellicum quid apud inferos, quum ipſe Charon in contemplantibus teſtetur ſe ſolum δικρωτὸν ἔλκειν.

Pag. 287. Καὶ συνελάμβανον ὑπὸ θανάτου] In duabus præcedentibus editionibus vertunt *interficientibuſque auxilium tulit*, pro quo Benedictus *& interficientibus opem tulit*. Mira & ridicula. Recte adſcripſit pater *inſtar lictoris*. Id enim vult *& ipſe corripuit* duxitque *ad mortem*.

Pag. 294. Ὅπως με ἔσοιτο τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσας ἐπόμενον] Luſcinius, *eo quod nomen meum celebraret & meas res geſtas cum tuis conferre auderet*. Admodum lenta. Benedictus accuratior *eo quod me collatis utriuſque rebus geſtis, laudare auſus fuiſſet*. Sed cur elegantiam Græcam obſcurant & malunt circumire, quam mera & nuda verba auctoris ſequi? Quod non aliunde profectum, quam quod auctores earum non cogitarent Ciceronem dixiſſe, *Iſocrates majore mihi ingenio videtur; quam ut cum orationibus Lyſiæ comparetur*; Juſtinum *Lydorum reges fuere variis caſibus memorabiles; nullius tamen fortunæ Candauli comparandus*. Et ſic alii.

Pag. 297. Εἰ ὃ μὴ ὁμολογεῖτε, τοῦτο χαίρειν ἐᾶτε, καθ' ἑαυτὸν αὐτὸ

αὐτὸ πάσχοντες] Eximia discordia interpretum, Oberti Lucinio vertente, *etiamsi non palam confiteamini, nequiores tamen, quod tacite hujusmodi per quietem toleratis*; Benedicto, *quia confiteamini, eo deteriores estis, quod hæc toleratis*. Aut vim nimis indecenter acciſa omnia. Adſcripſit Pater. *eodem modo affecti, ſed diſſimulantes*, vel *quod cum eodem modo affecti ſitu, diſſimulatis*.

Pag. 299. *Ὥστε ἐλελήθειτε δίδυμοι ὄντες ἐμμένοντες*] Verunamen Baſileenſes & Bourdelotius, *ex quo factum eſt, ut gemini intra matris utero lateretis*. Benedictus, *ita ut eodem in utero gemini lateretis*. Sed non hoc in ſenſu adhibetur iſta locutio apud ſcriptores. Itaque adſcripſit pater locum ex dialogo de ſacrificiis, *de love*, quem ait vulgo credi pluere & tonare, *ὁ Ζεὺς ἐλελήθει πάλαι πεθνηκώς*, ubi Eraſmus, & recte, ac ab eo Benedictus, *& illud nos latuit eum jam olim fuiſſe defunctum*. & de Saltatione, *ἐλελήθεις, ἔφη, ὁ βάλητα, σῶμα μὲν νῦν ἓν, πολλὰς δὲ καὶ ψυχὰς ἔχων*, Benedictus, *Neſciebam te unum quidem hoc corpus, ſed plures animas habere*. In Necyomantia *ἐλελήθει Μένιππον ἡμᾶς ἀναπηδήσας*, & *ἐλελήθεσαν ἐς αὐτὸ τὸ πῦρ ἐμπεσόντες βαπτόμενοι*.

Pag. 304. ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΑΙΑΚΟΥ] In editione Baſileenſi adduntur ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΚΑΙ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ, quæ ſi ſunt ex Mſſ. libris prodita, non debebant ab aliis induci, licet non minor ſic haberi debuiſſe videatur ratio Empedoclis.

Pag. 306. *Μὰ Δί', ἐπὶ τὸ Κροῖσον ἢ Σαρδαναπάλλον ἴσως μᾶλλον*] Benedictus, *non per Iovem: Croeſum enim & Sardanapalum adeo*. Non ſecus ac ſi voluiſſet negationem Lucianus, non potuerit nunc quoque dicere, ut mox ante *οὐ μὰ Δία, ἀλλὰ πανοδεξίαν, μὰ τὸν Φόβον* &c. & in Vitarum auctione, *οὐ μὰ τὸ μέγεθος ὅσον τὸ πτῶμα*. In Mercede cond. pag. 468. *οὐ μὰ Δία ὁ Ἐλλάνικος ἐνοικῶν· οὐ δῆτα Περίανδρε πίρχαμαν* Sed vides, auctorem nunc loqui, ut fecit in dialogo Noti & Zephyri, *ἡσυχάζετε τυχαῖον ἤδη δέκατον μεθ' ἡμᾶς Δία ἀνυσίφορα γὰρ ὄντα γένεσθε*. Senſus eſt, *Itane? immo ad Croeſum*, &c.

Pag. 308. *Τοῦτο μὲν ἕνεκα νεωλκίας τὸ πορθμεῖον πεπεμμένον*] Interpretantur omnes auctore Eraſmo, *quin igitur vel hujus gratia, perge, ut facis, navim trahere*, quo nihil aliud, quam offendunt ſe nihil percepiſſe. Quid enim id notat? Merito adnotavit pater, *navem ſubducta naulum* vel *portorium exſpecta*.

Pag. 309. ΠΛΟΥΤΩΝ] Dolendum eſt adeo cæca ratione procurari editiones, cujus hoc ſanequam perſpicuum documentum eſt, non niſi ex editione Benedicti, in multis nugatoria, adoptatum, quum recte Baſileenſis non hanc appellationem præmiſerit, ſed alteram ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΣ, quod neceſſario fieri debere quivis videt; nunc tamen admoneri debuit vel in futurum bonum.

Pag. 312. *Ἀνόλβος βιοτεύσεις*] Adſcripſit pater, forte *βιώσεις*. ſed & prius ferri poteſt.

Pag.

Pag. 315. Ὅμως ἀνυβαίνοντες καὶ ὑπτίους ἀντερείδοντες, εὐδιν δέον] Micyllus, *reluctari tamen & resupinos obniti nulla necessitate aut commodo suo.* Equidem nihil plane nunc agitur de commodo descendentium, & nullus huic voci locus in hac oratione dari potest. Itaque Benedictus eo animadverso postremas tres voces abscidit. Sed nihilo plus huc convenit illa necessitas. Non enim modo ipsis necesse non est obniti, sed contraria necessitas ipsis incumbit quiete & cupide descendendi. Sed nec Græca quidquam de necessitate. Verte, *resupinos obnitentes, quum id fieri non oporteret; non sic faciendum esset.* Vt de saltatione. ἐπαίνεις ἐπιδοῦναι ὀλίγῳ τινὶ ἀνθρώπῳ εἰς εὐδιν δέον κεκλιμένῳ. Hermotimo. δείξειν αὐτὸ καὶ ἀκριβολογούμενον εὐδιν δέον. Et alibi, ubi recte attenderunt. Sic & alii, ut Demosthenes Olynthiac. 3. πολέμου ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀναλίσκομεν εἰς εὐδιν δέον.

Pag. 322 Τὸν Οὐδυσσέα, ὃς ἀντεποιεῖτο μόνος] *Vt qui solus sese mihi opposuerit.* Sic omnes interpretes, quos vix dicas, an Græcam vocem nunc recte vel ceperint vel expresserint. Sane optime pater notavit subintelligi ἔφαλον, & verti debere *solus vindicabat.* Sic in Reviviscentibus Philosophia minatur se contriturum κακοὺς κακῶς, ὡς μὴ ἀνιπτοποιεῖν ὑπὲρ αὐτοὺς ἀλαζόνες ὄντας.

Pag. 331. Καὶ τυχὸν Ἐκείτου καὶ αἰπεινοῦ Περιφόνεως] Apparet satis desumptum ex vetusto carmine, & esse hexametrum, quod mutare Lucianus non solet; idque ut recipiamus puto legendum Ἐκείτου καὶ αἰπεινοῦ Π.

Pag. 333. Ὑπό τι Διωνος κατηγορηθῆναι, καὶ ὑπὸ τῆς καθ' ἡμαρτυρηθῆναι] Mirum qui ab Stoicis potuerit dici testimonio confixus, quem ipse Aristippus laudandum censuit. Sed alius est accusator apud inferos, & verissimum opinor, quod in mentem venit patri, ὑπὸ τῆς σκιᾶς. Propria ipsius umbra eum convicerat præter Dionem. Id ipse Menippus, hoc eodem verbo etiam usus, paulo ante adfirmavit: αὐτὴ (σκιὰ) τάχιστα ἐπεδεῖν ἀποδύομαι, κατηγορῆσαί τε καὶ διελέγχεσθαι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν ἐν τῷ βίῳ.

Pag. 334. Καὶ τὴν γνησίαν Τιτυόν. Ἡρακλέες ὅσος. ἴκελος δέ] Videtur Τιτυὸν, Ἡρακλέες ὅσον;

Pag. 342. Ἀπὸ δ' ἑπτασίου βηλοῦ] Mosellanus *e summo cœlo*, Benedictus *e magno cœlo.* Pater *sacro lumine.*

Ibid. Καὶ ξύμπαλις καὶ συνδιάτορος ὤν] Difficile dictu est, unde Palmerius de Mosellano sic fuspicetur, ut audimus, fingens vocem & a terminatione vocabuli editi remotam & a Græcia alienam. Nec felicior est in emendatione sua proponenda, quidquid ille non dubitare se sic legendum esse prodat. Quam facili negotio sanari omnia possunt! Legendum enim καὶ συνδιάκτορος. Ejus vocis primitivum habes in Pseudomante. Πυθαγόρου, πολέμου τε διάκτορον ἰφθὸν ἀεῖδον. In dialogo Mercurii & Majæ pro eo dicit συνδιαπτάμενον. ἀλλ' ἴσθι καὶ συνδιαπτάμενον μεμεσημβρικόν. Imperite mox sequuta est hæc editio distinctionem aliorum, ἢ εἴ τινα λάλον νε-

νεκρὸν οὖρος ἐκείνου, παρ' ὅλον τὸν πλοῦν ἀφλέγη, quum distinguidebeat ἢ εἰπεῖν λάλον νεκρὸν οὖρος, ἐκείνου παρ' ὅλον &c. ut bene ſiones videntur advertiſſe.

Pag. 343. Εἶπε ἐμὲ μὴ κηρύτλειν δεῖσθαι, καθάπερ ἀπολείπει ὁ Διος] Inſulſe Moſellanus, *deinde & ipſi mihi verendum, ne terim tanquam transfugam Iupiter me abdicet*, quaſi legiſſet κηρύτλειν. Verior igitur Benedictus; & adſcripſit pater, [*ne fugitivum per præconem inveſtiget.* Vide Petron. Moſ. Ἀνεκήρυξε τὸν Ἔρωτα.] Locum Petronii intelligens cap. 58. *At non ſervus publicus tam languide egit, ſed raptam canponi harundinem ſubter lectum mittit, omniaque etiam foramina parietum ſcrutatur* &c. Alterocus eſt Moſchi notus.

Pag. 347. Ὥσπερ τρύπλῳ τινὶ ἐμβαλὼν τὸν τρίαινον] Quum retiſſet Moſellanus *atque tridente velut unco quodam hamo injecto*, contraxit Benedictus & *injecto tridente tanquam quodam hamo.* Quod cui poteſt placere? unde hamus ille? aut ad quam rem? An hamus facit ad turbandum? An ignorat ullus τρύπλα paſſim ab Grammaticis exponi κινητήρια τῶν χύτρας, quod & commodiſſime & facete ab ridiculo Luciano & Neptunum traducente in perſona Charontis videtur dictum, non ſecus ac ſi mare eſſet ejus olla culinaria.

Pag. 349. Ἀοίδιμον ὄνομα καὶ ἀξιμάχητον] Importuna *his* ſubjicitur nota Bourdelotii, quæ plane hinc relegari debet, *quum* nihil τὸ ἀξιμάχητον & ἀξιπαθήτου ad vocem Luciani: ne dicam futiliter citari Caſaubonum ad Theophilactum, pro Theophraſto.

Pag. 352. Εὖγε ὦ Κλωθοῖ, γυνικῶς καὶ αὐτὰς ὦ βελτίστη καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπέπεμψε] Aut aliter vertendum, quam fecit Benedictus nempe *generoſe*, aut ſcribendum γυνικῶς, ut in Tyrannicida. δεῖ ἐπιχειρεῖν τις ἐτόλμα τῶν γυνικῶν. In Vitarum auctione βίον ἀσκητοῦ πωλῶ, βίον ἄθλου καὶ γυνικοῦ. In Pſeudomante, πάνυ γυνικὸς χαρτερήσας. Nam placuit ea vox auctori.

Pag. 355. Ὅπῃ ἢ τὰ τότων πονηρὰ, λογίζεσθαι καιρὸς οἶα τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη] Non poſſunt his verbis reſpondere, quæ eis Latine ſappinxit Moſellanus, *uſque adeo, ut non minoris fuerit & temporis & negotii, horum hic recenſere mala, quam & privatorum.* Neque enim in his Græcis tale quid agnoſco. Nec melior Benedictus Moſellanum circumludens, *quandoquidem horum mala recenſere non minus temporis exigeret quam quæ ſunt privatorum*, qualis comparatio prorſus non exſtat in Græcis. Verto. *Quum* vel *ubi vero hæc ſint regum mala, opportunum* vel *præſto eſt colligere, quæ ſint privatorum.*

Pag. 370. Ἔστι ἢ ὁ Ἆπις ἐξ ἀμάλης θεὸς. ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου χρηστηριάζεσθαι] Benedictus, *eſt autem hic Apis Deus ex armenta iam antea ſuffragiis deſignatus*, quod mutuatus eſt ab Eraſmo. Sed ubi talia in Græcis? illud *antea* in quod tempus recidit, & quando exſtitit? aut quis intelligit? Immo *poſt priorem creatus*, prioris mortui

tui successor & quidem per suffragia sacerdotum quærentium passim. Adeo plane contraria est Luciani sententia, quam affingebant illi. Quod certe debuerunt vidisse, quum toties in hoc auctore ἐπὶ τούτοις, & in vitarum auctione ἐπὶ τετράσιν, etiam in Cataplo. Sed sic tamen aliquoties hic desidero acumen interpretum. Nam libro 2. veræ histor. ἐπὶ δὲ τῷ δείπνῳ μυσικὴ τε ἦν ἡδεῖα χολάζουσιν, ubi Benedictus *in cœna:* quæ si vera est versio, quid faciunt ὀκτώμοιρα paulo ante descripta? immo est *post cœnam.* Sic notabili errore in initio Apologiæ pro mercede conductis illa ὅτι δὲ γελᾶσι δικῆς αὐτὸ, καὶ πάνυ μοι φαίνεται. ἀ δ' μεζόν καὶ ἐπὶ βάσιν ὑπὸ σε ἐλέγλθ &c. video reddi, *sed quid interim in singulis dicetur,* quum certe debuissent, *sed quæ interim & post omnia* (nempe lecta) *ab te dicta fuerint.*

Pag. 374. Ὁ τὸν πήρᾳ ἐξηρτημένος ὁ ἐξωμίας] Certe vix credibile ab Benedicto non emendatam versionem editionis præcedentis, sed & ab illo verum esse, *cui ex humeris pera dependet.* Vt recte errorem hic animadverterit Palmerius. Sed neque ἐξωμὶς hoc loco consideranda, ut servilis vestis, sed ut propria Cynicorum, quibus nulla pars hominum liberior. Consule collecta ab Oct. Ferrario part. II. Rei Vestiariæ lib. 4. cap. 20, & 22.

Pag. 376. Καὶ ἰδιώτης γὰρ ἂν ἦς ἦτοι σκυτοδίψης] Non bene expressit Benedictus *etsi plebejus fueris.* Quid enim? an σκυτοδίψης quisquam est non plebejus? Sic & in aliis opificiis. Plenior fane Bolerus, *etiamsi ex vulgo aliquis fueris idiota.* Sed vertendum simpliciter, *sive ignarus & imperitus fueris, sive sutor.*

Pag. 377. Εἰπέ μοι ποῦς ἐστὶν Στυγὸς] At hanc opinabar Deorum & Superorum jusjurandum: inferi autem jurabant certe apud Lucianum per Cerberum, ut in Necyomantia idem Menippus. εἶα κεχειροτόνηται τὸ ψηφίσμασι καὶ τὸ πλῆσιον, ἃ μὰ τὸν Κέρβερον, ἐδδημία μηχανὴ ἐξαφυγεῖν αὐτούς. Hinc decerne, lector, an non legi debeat ποῦς ὁ Κύων, idque tanto majus, quo majore risu hic per ipsum jurat, quicum loquitur, quod ridiculus Lucianus aliquoties induxit facientes illos non Deos. Sic in Timone Plutus ad Iovem, σκόπει γὰρ ὦ Ζεῦ ποῦς ἐστὶ Διός. Sic Diogenes videns advenientem Herculem ἆρ' Ἡρακλῆς ἔτος ἐστὶν; ἐμβρὸν ἀλλὰ μὰ τὸν Ἡρακλέα. Et in Timonis loco simile adducit ex Aristophane Tanaq. Faber.

Pag. 379. Ἡδὺ δὲ οἰμώζειν] Non debebat verti *a pueris plorare,* quod satis bene illustravit Faber ad Timonem. Mox autem interpretes videntur legisse, ἄπεστι, non ἄπεσκε, unde ipse dialogi index βίων πρᾶσις.

Pag. 386. Ὥστε μὴν ἂν φθάνοις ἀνύμφῳ] Aberrant fere ubique in interpretatione hujus locutionis. Priores attentissimi Græcis, *itaque non est quod in illo emendo possis esse celerior quam deceat.* Secutus Benedictus, *itaque non nimis cito ipsum emeris,* plane contrario sensu quam est in Græcis, quæ ab prioribus poterant brevius reddi, nempe, *itaque jam jam emas, non poteris, quin emas.* Ad id enim

fervit ſtimulus præcedens, quo ſignificat eum habere aliquid commorum; non ad deterrendum. Et ipſi debebant ſe correxiſſe Apologia pro mercede conductis, ubi occurrit ἐπεὶ οὖν οὐκ ἂν γένοιτο ἀπόπους ἀναρῶν τὰς τοιαύτας σοφισείας, ubi Benedictus, *quoniam fieri non poterit, quin hac ratione præfectura omnes exaudiantur*, ubi eaſdem voces contrario, ut apparet, modo, ſed recte, accipit.

Pag. 388. Κατὰ τὸν χείρω λόγον] Adſcripſit his pater notam ab Bourdelotio in margine poſitam, nempe [Alludit λόγους ἥττω τῶν κρείττω, quos vocant] Non poteſt enim eſſe dubium, quin ſit inepta iſta animadverſio, quum nihil iſta vel ad vocem χείρω vel ad Lucianeum λόγον faciant. Et plane alludit auctor ad ea, quæ paulo ante vendendus dixerat, ſe ζυγοστατῶν τοὺς λόγους τῇ σῷ τε ἐκ ἀποδύνειν. Hinc lepide ludit, & denunciat ſe πείσειν εἶναι διαιτᾶσθαι miſeriore argumentandi modo; per flagra nempe. Similiter loquitur proſapſu inter ſalutandum. ὅμως τῷ δικαίῳ λόγῳ οὐκ ἂν ἴδοις εἰς ἔτι ἡμῶν τηκόμενον. In Harmonide. ἔστω ὅ ἄρα σὺ ἐμεμάς ἡμῖν φαίνῃ τῷ δικαίῳ λόγῳ.

Pag. 390. Τῷ γλαῦκα αὐτῷ ἐπιπολὺ σοφίαν λέγοντι] Quum Pirckhaimerus mediarum vocum rationem nullam habuiſſet, Benedictus vertit *& in multas partes abſciſſa*, ſubintellecto τῷ prius ex præcedentibus. Quod prorſus non placet, quum in Græcis nihil dicatur de multis partibus. Sed vel intelligi debet *magna ejus parte* vel *in multum prius abſciſa*, aut *longo tempore prius abſciſa*; in utrumque enim reſpectum vocabulo iſto ἐπιπολὺ utitur Lucianus. Mox mirum, unde Benedictus σοὶ Γναίου vertere potuerit *per ſupplicem Iovem*, quum debuerit *ſupplicum præſidem*.

Pag. 396. Υ'πεφαίνετο δέ τι καὶ ψαμμώδου καὶ φόνος καὶ τὸ ἐπιπολὺ αὐτὸν ἐπιεζεγκὸς] Abſit ut credamus id poſterius factum, aut Lucianum velle innuere. Immo nihil verba meretricia ad præcedentia: & quid ad verbum in initio poſitum? Puto ſcripſiſſe καὶ τὸ χείρω ut in Dearum judicio, μηδ' ὅτου κεκραπαλωμένῳ, μηδὲ τοιούτῳ ἐστεφανωμένῳ χείρω, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἐπιεικέστατα.

Pag. 397. Ὥσπερ τὸ χρυσίον λεπτυνόμενον τοῖς κτύποις, λαμπρότερον φαίνεται] Eraſmus, *tanquam aurum, cum erutum incidatur, clarius relucet*. Et quæſo, quid hinc diſtat Benedictus, *quemadmodum aurum quum erutum inciditur, clarius refulget?* Scilicet hoc erat, quod Salmurienſem interpretationem merebatur. At quid hoc rei eſt? an aurum tunc inciſum clarius eſt reliquo auro? Immo quid magis fatuum eſt? an periculum eſt, ut quis credat aurum ab aliquo inciſum iri non erutum? Rectiſſime annotavit pater [Vide Caſaubonum ad Strabon. pag. 63. adnot. 3.] innuens locum ſcilicet, unde diſcimus aliquod auri genus effoſſum ſolere tundi, ut ait Plinius, κόπτεσθαι, ut Strabo.

Pag. 400. Ἄλλως γὰρ τοῦτο ἐρώμην. ἢ τίχη δέ σοι πίς;] Quis poſſet has voces ita interpretari, ut faciunt interpretes, *verum & hoc ſatis*,

ro, quamnam artem nosti? An in Græcis legitur ἀλλὰ τὴν τῶν ῥεόντων, τίς δὴ σοὶ ἡ τέχνη? Hæc Græca conveniunt illis Latinis, non Lucianea. Nam Lucianus priorem citatarum vocum partem retulit ad præcedentia, posteriorem ad sequentia, & verti debuit. *frustra igitur id rogabam.* (nempe de patria & lingua, quum nihil ad disciplinas id faciat) *Verum quod artificium tuum est?* Paulo ante scribi debuit, Σόφων, ἡ φιλοσοφία, τὴ Ἐπιδημίαν, ut recte pater, non in Εὐφρονίδην.

Pag. 408. Ὅτι αὐτὸν ἐπαινοῦμεν ἑκάστοτε ἐπαινέτην ἢ ἐν τοῖς λόγοις ἐπαινέτην] Viri docti in his ita versantur, ac si Luciano non suppeditassent copiæ exprimendi se. Scripsit sine dubio ἢ ἐν τοῖς λόγοις ἐπαινέτην. In Apologia pro Mercede conductis ait λόγους ἀσκεῖν pag. 515.

Ibid. Σὲ τὴ ἐρήμῳ ἡλίσκεσθε μετ' αὐτῆ] Pirckheimerus *vos quoque indicta causa condemnabamini.* Cur igitur in fine Hermotimi, τὰ μὲν οὖν πρὸς σε εἰπεῖν ἦν, εἰ τὰ Πλάτωνος ἢ Ἀριστοτέλους ἤρεσε, τὰ ἄλλων ἀκούειν ἐρήμῳ κατεγνώς. Ergo Benedictus *vos vero cum ipso damnabamini:* at idem in loco Hermotimi *ceteris indicta causa damnatis.* Rursus in eodem Hermotimo pag. 527. σὺν ἐχρῆν ἁπάντων κατεγνῶσθαι, ἀλλ' ἐρήμῳ ἡμῶν κατεδικάσατε, ubi rursus *indictam causam* profert. In Abdicato pag. 714. ἐξ ἐρήμης τὰς παῖδας δίχης ἁλίσκεσθαι habet *indefensam causam.* Sed ex fine Hermotimi apparet esse discrimen inter κατεγνῶσθαι ἀκρίτου, & κατεγνώσθην ἐρήμου. Immo id satis norunt omnia Lexica. Cur non igitur attendunt quoque interpretes?

Pag. 419. Ἔνθα λήσειν ἤλπισας] Benedictus, *ubi te latitaturum speravas.* Sane nullus horum sic se gerit, ut latitare velit idque præcipuum studeat: nec circa petras liguriens versatur spe latendi, sed prædandi. Itaque Pirckheimerus *ubi prædari sperabas*, & adscripsit pater λαίζειν.

Ibid. Ὡς ἂν ὑποφαίνοιτο ποικίλον τὸ χρῶμα] Benedictus, *ac si in profundo varii coloris appareat.* Qui sensus nec huic loco congruus, nec pro sensu haberi potest, quum nihil boni denoret. Quid enim id est? aut an id fieri solet? Prior interpres, *veluti in profundo appareat colore vario*, easque voces includit parenthesi, unde patet eum erasse in scopo & vera intelligentia. Verte, *accedentem video, prout in profundo videatur, variam colore.* Sedere enim fingitur in muris arcis, unde despiciens ait quantum ex distantia istius altitudinis judicare posset, se videre aliquem varium. Res ipsa docet.

Pag. 438. Γνωσθήσῃ τὴ Ἡρακλείῳ τοῖς Σύροις] Sic edidit Benedictus, & vertit *Syra filios.* Sed in Bourdelotiana est τοῖς Σίφαξι, & Mosellanus conducere sibi putavit, si in versione omitteret.

Pag. 445. Τὰ περιτταλήθοντα τῇ ἅλμῃ] Ab Erasmo adoptavit Benedictus *salo perfundebantur*, quod utique non potest molestiam rei, quæ Græcis vocibus enunciatur, implere. Debuerunt *vel dum anxia eorum salsugine gravabatur.*

Pag.

Pag. 446. Οἷς μὴ Ξενεὺς φίλος ἴχνει &c.] Permoleste ab interpretibus obscuratur sententia hujus narrationis. Nam Erasmus, cui sequitur Bourdelotius, præterquam quod præpositionis hujus τῆς nullam habeat, cum finem pessime claudit, scribens *id non mediocre videri.* Quæ quidem alienissima sunt ab illis, quæ scribit Lucianus. Adverte, lector, & videbis verbum substantivum in illis postremis ἢ καὶ δὶ πάχυσι τύπων λαμβάνειν, σὺν ὀλίγοις ἐστὶν (ut quidem distinguit editio Salmurienſis & Parisina, quam Basileensis ἢ καὶ δὶ πάχυσι, τύπων λαμβάνειν σὺν ὀλίγοις ἐστὶν, omnes ineptissime) abscindi debere ab præcedentibus, & in constructione revocandum ad ipsum nostrum οἷς, ut annotavit pater. Videtur sane id ipsum exprimere Benedictus, *quibus cum eo quod &c. peregrinarentur, non parvi esset emolumenti, mercedem amicitiæ & benefactorum istorum accipere;* modo ille vel propriam interpretationem recte intellexerit, & τὸ *esset* acceperit pro *liceret.* Sic enim distinguenda illa, ἀφορᾶτε γὰρ μισθὸν τῆς φιλίας καὶ ἢ δὶ πάχυσι τύπων λαμβάνειν σὺν ὀλίγοις, ἐστὶν. Vt in Mercede cond. μισθὸν σὺν ὀλίγοις τῆς ἀγγελίας ἀφορολόγητον.

Pag. 447. Περιμείναντες ἐξιλησμόνησε] Sic tres editiones, quum tamen Erasmus interpretetur *adacto*, Benedictus *illecto.* Recte igitur adscripsit pater ἐπιλησμόνησε.

Pag. 450. Λοιπὸν δὴ καὶ ἀληθέστερον μὲν, ἧκεν δὲ ἀφ' ἑαυτῶν λεγόμενον] Erasmus cum Benedicto, *Superest jam ut eam causam referamus, quæ quidem ut verissima est, ita ab illis minime profertur.* At non id vult Lucianus, nec innuit jam superesse, ut referat eam causam: sed mere concludit, *reliquum igitur* (quia præcedentes prætextus pro vanis auctor traduxit) *& verissimum quidem, sed minime ab illis produci solitum.* In Apologia pro eo dicit τί δὲ ἄλλο, εἰ μήτε παῦται, μήτε οἰκεῖα λέγειν δοκεῖ, ὑπόλοιπόν ἐστι.

Pag. 467. Ἢν ἐπιλίπῃ ἄλλῳ τινὶ τῶν αἰφνιδίως ἐπὶ παρόντι τῷ ἀγῶνι ὁ ἀφαιρῶν τι ὧν προκείμενα φέρων, οἰκείῳ προσπίπτει] Sic distinguunt Basileenses & Salmurienses, nisi quod illi etiam distinguant post vocem ἀφαιρῶν. Vertit autem Erasmus, *ut si quando desit alibi, minister repente te inspectante submovens ea, quæ tibi erant apposita, aliis apponat.* Etiam Benedictus, *Si quando ab alio, repente ministerte præsente tollens ea quæ tibi erant apposita, ei apponit.* Quis neget acutos hic fuisse illos viros, qui viderunt, si istis aliqua apposita erant tollenda, debere tolli illis præsentibus vel inspectantibus? At longe alia mens Luciani. Ne dicam fatuum esse, ut illud ἐπὶ παρόντι sic explicetur. Verissime notavit pater mutandam distinctionem, scribendumque, *ἢν ἐπιλίπῃ, ἄλλῳ τινὶ τῶν αἰφνιδίως ἐπιπαρόντι, ἀφαιρῶν τὰ σὺν προκείμενα, φέρων οἰκείῳ προσπίπτει.* Hoc est, *si quid desit, alio quodam repente superveniente, tollens ministertibi apposita, ferens illi apponit, ab ἐπιπαρεῖναι.*

Pag. 474. Οὐκ ἀμύσας ποτὲ κατὰ τῆς ἄλλης τῆς παρειᾶς ὑπὸ τῆς ἐμ-

Συμποσίῳ ἀποκόπτων] Benedictus. *nunquam insulse alios etiam... dicteriis petens.* Conjungit separanda, & hinc vehementer torquet Lucianum. Melior Erasmus, *quum non insulse super convivium dicteria quadam jeciffet in eos qui aderant.* Sic enim debet, *quum aliquando non insulse jocatus esset.*

Pag. 475. *Πεχίας ἴνιστι τὼ ῥίνα ἴχοντας*] En delicias interpretum. Benedictus, *si nares cubitali magnitudine amplas habeant.* Erasmus, *si illis naris nonnunquam cubitali hiet specu.* Vbi tantam auxesin? & cur malunt de nare & naribus, quam nasum appellare? Sane quum in Hermotimo dicit *ἀπέτεμεν αὐτῷ τὼ ῥίνα ὁ γέρων*, adhibent nasum. Et quum simpliciter de casu narium aliquid dicunt, ut si quid per illas fluxerit, Lucianus certe potuit & maluit dicere *αἵματος πολὺ ἐκ ἐκατέρων ῥυέντος*, initio conscrib. hist. Sed ut nunc μὲν, ita etiam *πῆχυς* in Luciano iisdem risum præbere debuit. Nam in dialogo Veneris & Cupidinis, quum scriberet ex Veneris ore Lucianus, *οἱ Κορύβαντες δὲ, ὁ μὲν αὐτῶν τύπτεται ξίφει τὸν πῆχυν* Latine dixit Erasmus *Corybantum alius suum ipse penem ense desecat*, Benedictus eadem, nisi quod *resecat*, ut apparet ex Salmuriensi & hac editione. Adeo illis obhæsit vexatio Attios, ut Deliacos fecerint quoque Corybantas. An miseri non recordabantur Prudentii de eodem collegio? *Cultrum in lacertos exserit fanaticus Sectisque Matrem brachiis placat Deûm.* Eademque apud alios. Certe hoc tempus talia non decent; & laudabilius fecissent *cubitum* simpliciter interpretantes.

Pag. 476. *Καὶ ὡς ἐπέτρεπεν τὸ κάλλιον ἐπελέξατο διεξιών*] Perperam Erasmus, *quemadmodum adhortans commodiora subjecerit.* Concinnius Benedictus, *ut sibi dato arbitrio commodiora subjecerit*, etsi posteriora hæc sint singularia. Certe clarius & simplicius verti poterat, debebatque ut adscripsit pater, *cum ei commissum esset negotium, pulchriorem* vel *optimam vestem elegerit.* In Nigrino. *οἱ τὰς πόλεις ἐπιτρεπόμενοι.* In Apologia hujus dialogi. *ἡ φαῦλα ἐλπίδες, εἰ τὰ εἰκότα γίγνοιτο, ἀλλ' ἔδοξεν ἐπιτρέπειν.* In modo Conscrib. histor. *οἷον κ' πράγμασι χρήσασθαι ἄν, εἰ ἐπιτρέποι.* Et alibi usitatissima est loquutio.

Pag. 477. *Ἄωρα δή σοι τὰ δῶρα*] Ita & vertitur ab interpretibus *intempestiva.* At non veniunt intempestiva illa, quorum adventu solvo æs alienum antea contractum; etsi tarda, tamen satis utique tempestiva, nec certe *ἀνόητα*. Immo sane auctor scripsit *ἄδωρα δῶρα*, talia dona, quæ pro donis haberi non possunt, quum & eorum spe in cultu domini & mox in ipsos servos plus erogaveris, quam illa tibi possunt redigere. Sic in Timone notatur ab Barlæo *πλοῦτος ἄπλετος*. Sic in vitarum auctione Bourdelotius advertit *πίρσις ἀπρεπής*. Sic ab aliis *κόσμος ἄκοσμος, τύχης ἄτυχος.*

Ibid. *Πρὸς τὴν γεωργείαν σκάζοντα καὶ ἀπηυδηκότα*] Incredibile est has voces, inprimis postremam, sic ab eximiis illis viris verti potuisse *ad munia famulatus obeunda claudicantem & obaudien-*

dientem. Quid ego illud est? Vtique talia non decent sectam nostrum, nec hanc editionem. Quis ignorat ἀπαιδευσίαν esse collum, tollere?

Pag. 482. Τὰ σφίγγια καὶ κυρτάλια] Video in hac editione quidem notam his subjectam. In quibus sane frustranea est Bochartdisputatio contra Bootium: disputare debuit in ipsa voce κυρτάλια, an ferri ea possent; prius certe, quam conjecturis nihil juvantibus concuteret, quod stabile & certum satis fecerat immensa Salmasii doctrina; per quam dicere etiam debemus frustra exerceri maluisse Palmerium, quam disserte profiteri id omne, quod boni afferre huc poterat, ab eodem maximo viro occupatum esse. Nam ut σφίγγια manifeste exposuit animalcula, Latine *spinturnica* pag. 377, Sic κυρτάλια ex Hesychio de parva κύρτη pag. 90 magni operis, quæ utraque huc bene conveniunt.

Pag. 493. Πρὸ ὧν τῶν ὅλων μεμισθάχ] Quum omisisset Moscellanus priora interpretari, Benedictus reddidit *ante alia autem*, ut videtur legisse τ' ἄλλα, ut solet quoque alibi dicere φερωνὶς ἀλλὰ τὰ ἄλλα. Sed temere. Verte *ante omnia vero.* Sic in Scytha. συγχωρήσω σοφιστὰς συναγωνιστὰς χρῆσθαι πρὸς τὰ ὅλα.

Pag. 497. Τὸ μὲν χαίρειν κελεύειν] Marcilius nota expressit, quod ante illum Erasmus in versione ostenderat. Nam quum *hic* esset interpretatus, *verbum hoc salvere plane valere jubet, atque omnino improbat veluti malum ac pravum*, quum Benedictus abeat licentius a Græcis, notavit ille forte scripsisse ludentem τὸ μὲ χαίρειν, χαίρειν κελεύειν καὶ ἀπαδευσίαν. Vt & margini adscripsit pater. Et sane plenus hic libellus lusuum ex respectu hujus verbi. Sed quis neget non interposito isto verbo non etiam ludentem scripsisse Lucianum, & de industria in quæstione de verbo χαίρειν dixisse τὸ μὲ χαίρειν κελεύειν? Certe quum omnia præcedentia habeant sibi inclusum id verbum, aut etiam expressum, nullo genere tormolior existit oratio, si nunc contra fidem librorum veterum repetatur. Iam neque Luciani oratio videtur χαίρειν κελεύειν καὶ ἀπαδευσίαν, sed κελεύειν χαίρειν καὶ ἀπαδευσίαν, verbo κελεύειν ad utrumque infinitivum relato, ut in Hermotimo. ὃς δ' ἂν μὴ ἴχνη τούτων, μηδ' ἀνυσιμαῖος ᾖ, ἀπαδευσίαν καὶ ἀπόβλητον.

Pag. 498. Καὶ ὅλως ἀγαθὸν τὸ μὲ ὑγιαίνειν εἶναι. ὅτι δ τὸ δὲ σφαῖραν, ὅτι τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν.] Si recte attendas, imperfectam videbis sententiam, & deesse aliqua talia, καὶ ὅλως ἀγαθὸν τὸ μὲ ὑγιαίνειν εἶναι καὶ τὸ δικαίπλευν καὶ τὸ χαίρειν. ὅτι δὲ τὸ δικαίπλευν ὅτι τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν. Agit enim de sententia Pythagoræorum ponderantium efficaciam significationis trium horum verborum, quorum adeo validius censebant ὑγιαίνειν, ut illud unum in se contineret vim quoque reliquorum duorum; quum neutrum ex duobus illis par esset verbo ὑγιαίνειν. Et hæc Græca hic supplebat Pater.

Pag. 505. Καὶ ὁ σὺ δὲ σοι χάνοις ἂν εἰς τὸ μορμόμβδα] Quum Vin-

cen-

entius Opsopæus vertisset in editione Basil. *adeo ut itineris quoque laborem ad disciplinarum exercitium referre soleas*, adscripsit pater, *quodque processui, incremento esse possit.* Id videtur intellexisse Benedictus, vertens *quodque ad præcepta tibi conferat*, etsi non capiam, cur μαθήματα reddat *præcepta*, quod facit ubique. Eadem locutio in principio Galli, ὡ μέλε κριτίδα ἐργάσειο, πρὸ ὁδὸ ἴσως τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα, Et hinc in Abdicato. πολλὰ γὰρ πρὸ τούτου γαίοις δεῖ, καὶ προσδαπανῆσαι τῇ πόσῃ.

Pag. 508. Καὶ ὅσοι χαμαὶ ἑρπόμβοι] Quum Opsopæus verterit *& quotquot per humum repentes sumus*, Benedictus *& quotquot per humum repimus*, videntur legisse, quod pater margini adscripsit ἑρποῦμβοι. Sed præterea, quum Basileenses ediderint μὴ ἢ καὶ ὑμεῖς, existimans in ordine horum quatuor vocabulorum καὶ debere poni primum, non quartum, ut fecerunt Bourdelotius & Benedictus, putavit reponendum ἡμεῖς ἢ ὁ συρφετὸς καὶ ὁστισοῦν χαμαὶ ἑρποῦμβοι ἐσμὲν, καὶ μὴ ἢ καὶ ὑμεῖς &c. in quo tamen non statuendum contra scriptos libros.

Pag. 511. Ἀποδιδῶσι γὰρ αὐτῷ καὶ κομιοῦνται τοὺς τόκους. Αν. τί δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν] An non videtur mutanda persona, & Luciani nomen præponendum his omnibus? Certe efficacior erit lusus; quasi, quum Hermotimus excusaret eum, quod nihil adversus alios sævum statueret, respondeat Lucianus ridens, id videlicet mirum non esse, quia illi obeant in fœnore solvendo constitutum tempus: tum pergit in eadem persona. Quid autem? an sic futurus esset, si non darent?

Pag. 513. Εἰ γὰρ ἐθελήσειας, ὦ Λυκῖνε] Opsopæus *si modo hæc res tibi cordi esset.* Benedictus, *si modo velis Luciane.* Imo *utinam velles, Luciane!* Nam & paulo ante. Εἰ γὰρ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε.

Pag. 518. Ὁ δὲ βέλομαι εἰπεῖν, τοιόνδε ἐστὶν, οὐχ ὅπως τὸ γνώμης ἢ ἀνδρῶν ἔρωτα προσήκεις αὐτοῖς] Immodice Opsopæus, *nisi enim me fallit animus, tale quiddam est, quod dicturus sum, nimirum te paranda & colligenda sapientiæ cupidine cum istiusmodi viris conversari.* Absurde Benedictus & præter Græca, *Istiusmodi autem est, quod volo dicere, non solum sapientia virorum illorum amore captus ipsos adiisti, sed in sap.* At particula οὐχ est hîc accipienda per interrogationem; cujus notam quum subjecerint huic periodo Basileenses, quî potuit eisdem placere Opsopæus? Adscripsit vere pater. *Quod enim dicere volo, sic se habet: Nonne scientia virorum eorum causa ad illos accedis, &..?*

Pag. 521. Εἰ τούτῳ ἐπιλημβόμοι κατερύκοιεν, ἰσχύμενον ἐκεῖσε,] Sic Benedictus & Bourdelotius. Basileenses εἰ τούτῳ κατειλημμένοι, κατερύκοιεν ἰσχύμενον ἐκεῖσε. Pater notat sumptum ex Ὀδυσσ. ὃν ἰσχύμενον κατερύκῃ, & Opsopæi versio est fatua.

Pag. 528. Ἀπόλογον τοίνυν σοὶ λέξω τινὰ ἡμῖν] Ineptissime Opsopæus. *Nempe vir ille probabili inductione inferet dicturus. Ergo absurde pro-*

propositus est nobis quispiam, quasi vocem ἀπόλογον ad superiora referri voluerit; ne dicam illud *absurde* non apparere in Græcis, hæc quoque pessime Græcam vocem reddidisse. Melius Benedictus: *Addet nimirum ille & sic dicet. Eadem igitur ratione nobis proponatur aliquis.* Pater ad hæc Græca adscripsit recte, *vicissim nobis proponatur.*

Pag. 530. Τοῦτο μὲ οἱ ξύμπαντες, τὸ δὲ μέρος ἕκαστος] Opsopœus *hæc quidem uno ore dicturi sunt omnes, singulatim autem alius alius.* Omnino nimium large & vage. Benedictus, *hæc simul omnes, singulatim unusquisque dixerit*, unde nescio, qui intellexerit hic cur igitur non etiam ita vertit in de Saltatione. ὅτου γὰρ ἀπομιμήσεσθαι καὶ παίσαντες ἀλλήλους καὶ παίζοντες τὸ μὲν πρῶτον. Vbi reddit *mutuo*, non singulatim. Sed Lucianus innuit talia dictum iri ab omnibus omnino, ab unoquoque si per circulum dicendi vices irent, sua vice, ut quoque de Laconicis pueris in loco citato. Id ita pronunciat, ut de Alexandro in Pseudomanti, λαμβάνων δὲ σὺν χώρῳ ἐχρᾶτο μόνῳ, ἀλλὰ πολλὰς ἤδη καὶ ἄλλων συνεργὸς, ἅπασιν ἐνεμβὰς ἐκείνῳ τὸ κρεῖττον ἀξίωμα. De saltatione, καὶ τὰς ἐφεξῆς θέσεις ἐκείνων αὐτῶν. quod non satis lucide in Latinis efferunt. Et infra ὃ μὲν δὴ τοῦτο ἀδύνατον, ἅπαντας ἄλλον ἄλλως ἐρεθισθῆναι εἰκός.

Pag. 532. Φαίην γὰρ ἂν οἱ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοὶ σφᾶς μὲν ὅτι ξυνθήσειν, ἡμᾶς δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγειν αὐτά] Opsopœus apud Basileenses & Bourdelotius. *fortasse enim dicerent Epicurei aut Platonici vestram hanc esse compositionem; nos autem quinque aut septem illa esse dicimus.* Benedictus. *Etenim Epicurei vel Platonici dicere possent, se quidem ita componere, nos vero quinque aut septem illa esse dicere.* In qua mutatione attendit merito ad malam interpretationem vocularum σφᾶς, quæ non notat vos aut *vestram*, ut fecit Opsopœus, sed ipsos vel se. Cæterum male peccavit, quum Basileensium ὑμᾶς mutavit præcedente Bourdelotio in ἡμᾶς. Et porro quid est illud vel Benedicti *componere* vel Opsopœi *conjectionem*? Itaque adscripsit pater, *ipsos quidem ita computare, nos vero.* Sic infra. εἶκοσι τῷ Πυθαγόρᾳ ἐπήμβη. εἶπε Πλάτωνι τεσσαράκοντα. εἶπε ἑξῆς τοῖς ἄλλοις. πόσοι δ' ἂν τοῦτο συνθήσειν τὸ κεφάλαιον γένοιτ' ἄν &c.

Pag. 544. Κρείττων ὅρμιον ποιήσεταί σε] Imperite in Basileensi Bourdelotiana vertitur *atque ille te certum faciet*, tanto utraque ineptior, quod secundæ vocis primam literam majore charactere efferant. Itaque adscripsit pater *atque ille lucrifaciet te.* Sed & correxit Benedictus.

Pag. 545. Ἄχρις ἂν ἢ μηδὲν ἢ ἐν εἰδότες περὶ ἁπάντων ἀπόσωσιν] Miris interpretationibus hoc colorant viri docti! Opsopœus, *donec de omnibus nullius ignari definiendi facultatem sibi paraverint.* Benedictus, *donec aut nihil aut unum scire de omnibus ostendant.* Quando alterutrum horum erit? Et quid si vel paraverint cum illo, vel

cum

cum altero ostenderint illud quod prædicat, an tunc adducetur Lucianus, ut credat? Illene tunc, quum nihil scire ostendant? Ridiculum prorsus. Itaque tentavit juste hæc mollire pater, adscripsitque se legere vocula ἢ omissa, ἄχρις ἂν μηδὲν ἢ ἐν εἰδότες π. ἀ. ἀποφ. cum versione Latina, *quamdiu non nisi unius gnari de omnibus pronunciabunt.*

Pag. 547. Εἰ μὴ ἀνίκῃ τῷ ἀφτιβίῳ] Opsopæus, *nisi exercitii impigro studio illud consecutus fueris.* Benedictus, *nisi recipias disquisitionem illam.* Immo simpliciter, *nisi hanc moram sustineas*, tantum temporis colloces: nam respicit, quod Hermotimus dixerat de μοχλίῳ ἡμίσεϊ.

Pag. 548. Τῷ πρώτῳ χρησῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι] Opsopæus *cui sub initium bono & digno incideris.* Benedictus, *in quod bonum & dignum incideris*, perperam omittens, quod omitti non debet τῷ πρώτῳ; tum neuter ostendit vim vocis ἀξίῳ, cui pater adscripsit ι. εὐφυεῖ. Sed & mox perperam iidem κοτύλῃ verterunt *sextarium* vel *sestarium*, quum deberent *heminam*, ut annotavit idem.

Pag. 552. Ὡς σὺν ἂν ποτε ἄλλο εἴποιμι] Opsopæus *ut ne quid interim dicam aliud.* Benedictus *me nunquam aliud dicturum.* Immo ut recte notavit pater, *ut ne quid dicam a ratione alienum.*

Ibid. Προθέμενοι ἅπαντα εἰς μέσον αἱρεῖσθαι ἀφαιλλεῖν καὶ βοᾶν &c.] Fatue Benedictus & inde hæc editio, *omnibusque in medio positis eligendum eum qui differt & cunctatur.* Recte Opsopæus, *omnibus in medium propositis eligere oportere cunctantem & tardantem* &c.

Pag. 555. Τοῦτο ξυμβαίνει γε ἐξ ὧν φῂς ἀδύνατον εἶναι φιλοσοφῆσαι] Opsopæus *illud quidem accidit, quod dicis, philosophari promptum non esse.* At Benedictus *illud quidem accidit, quod dicis, non esse promptum philosophiæ incumbere*, & hujus nasuta commutatione vocum, & utriusque interpretatione non satis valida vocis ἀδύνατον. Intellige cum patre *illud quidem colligitur ex iis quæ tu dicis, non posse philosophari.* Nam ξυμβαίνειν hic ponitur, ut supra, μαίνεσθ', ἂν ὁ μὴ τέτταρα ξυμβαίνειν λέγων, nempe ὡς δυοῖν δυάδων συντιθεισῶν.

Pag. 561. Πέλτην, ἢ μάρσιπον ἢ ἀσπίδα] Vterque interpres medium vertit *parmam Persicam.* An credimus utique Lucianum voluisse ea voce id exprimere? Et cur non peltæ addunt interpretes gentem, cui illa in usu?

Pag. 575. Ἱκανὸν τῶν Ὀλυμπίων τὸν παίγνιον ἡγεῖτο καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δόξαι τοῖς Ἕλλησι] Verti videas ab Benedicto, *Olympiorum celebritatem idoneam ducebat ad fidem Græcis faciendam admiratione dignum esse scriptorem:* Ab aliis, *satis superque sufficere Olympiorum ludos ad faciendam fidem Græcis, eum scriptorem esse admiratione non indignum.* At quid de illa fide in Græcis? utrum ea residet in ἱκανὸν; an in δόξαι? Immo *celebritatem Olympiacam sufficere* & valere *etiam ad scriptorem admi-*

rabilem oſtendendum Gracis, quoniam videlicet hactenus illa ludicra illic ſolita erant δείκνυσθαι, non hiſtoriarum ſcriptio.

Pag. 576. *Ἐπ' αὐτῷ μόνον ἀποδύσασθε ἤδη*] Sic edunt, quod nullo modo intelligi non poteſt; & ipſos tamen recte intellexiſſe patet ex verſione *per ſe ſolum exutum videatis*: quam ut habeas, edi debuit ἀποδυόμενος.

Pag. 578. *Ὅμως τάχα μὲν οὖν καὶ αὐτὸ τοῦτο προσέτι αὐτοῖς*] Benedictus, *ſtatim quidem id ipſum etiam additures putabam*. Ineptiſſime. Nam quî id in laudando addituri erant, quum ipſe Lucianus ante dixit ſe ſuſpicatum eſſe omnes meliores laudatæ orationis cauſas ab ſcriptis ſuis abeſſe? Recte tamen Græca, quæ optime percepit Opſopæus, *hoc ipſo eos potiſſimum adductum iri*, niſi quod congrua oratio poſcat *adduci*: non enim agitur de futuro.

Pag. 579. *Ἐς τὸ πωλικὸν τρόπον*] Benedictus *equarum in morem*. Et cur non æque bene Opſopæus? *quemadmodum pulli amatrices lactari ſolent*.

Pag. 581. *Τὸ νεογνὸν δὲ τὸ ἐν τῷ πτιᾶσι, ὅμως ἄγριον καὶ ὁ τοῦ ἀπαλοῦ ἤδη φοβερόν*] Interpretantur, *porro infantum alter, non ſecus ac pater agreſtis eſt, & in tenera ætate jam terribilis*. Satis fideliter, niſi quod quatuor voces, quæ ſequuntur *tertiam*, me offendunt, maxime quia nec in Græcis habentur. *Et quare unus modo ſimilis eſt patri, non etiam alter pullus?* An vero ſcribunt hanc fuiſſe naturam centaurorum & diverſitatem, prout ex equino aut muliebri ubere lactarentur? Quaſi vero in lactantibus etiam-num beſtiis magnam indolis & feritatis differentiam videamus. Immo quis ille ex duobus eſt ἀγριώτερος καὶ φοβερώτερος? Profecto meræ abſurditates, & miſere depravatus eſt hic locus. Nam ne Græca quidem bona ſunt. Quis enim dicit τὸ νεογνὸν τὸ ἐν τῇ πτιᾷ? quò geminum illum articulum? & cur non tantummodo τὸ ἐν τῇ πτιᾷ, vel τὸ ἐν τῷ νεογνῷ? Quin etiam cur non addit manifeſtius differentiam, ut appareat quam hic ſit ex patre ἄγριος, alter ſit inſtar matris aut χαλίαν aut mitior? En igitur neceſſariam & egregiam reſtitutionem, τὸ νεογνὸν δὲ, τὸ μὲν τοῦ πτιᾶς ἔτι ἄγριον καὶ τὸ τοῦ ἀπαλοῦ ἤδη φοβερόν; nec de altero infantum, ſed utroque accipe; *Fetus autem adhuc in tenerrima ætate tamen fetus & in molli jam terribilis*. Deinde verte. *Et hoc mihi viſum eſt admiratione dignum* (ut referatur ad præcedens, quod perperam Benedictus refert ad ſequens) *& quod admodum puerilium &c.* Sane etiam tale quid videtur adtendiſſe Opſopæus.

Ibid. *Ἐς βάθος δ' ἴσως πεπλάσθαι καὶ ἄντρου τινὸς μύχιος ὑπολῆται*] Quum toties hæc ſint ab viris doctis explanata, certe nequit laudari Benedictus, dum interpretatur primas voces *in medio*, unde utique patet eum non intellexiſſe. Opſopæus & ſimplicius & propius ad intelligentiam *in profundum*. Livius ſolet dicere *in-* *tro-*

...orsus porrectos ordines, introrsus patere aciem, & latitudinem ...iei.

Pag. 582. Τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν καὶ ἐλεφάντων ἀπαντᾶν ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἱππεῦσι] Quum vertit Benedictus *tunc cum quaternis elephantis utrinque occurrere equitibus*, imitatur Opsopæum, *tunc na cum quatuor elephantis utrinque equitibus esse occurrendum*, qui terque debuerat addidisse, qui cum elephantis occursuri essent: certe securius poterant, *tunc elephantos quaternos utrinque occurrere equitibus* Galatarum.

Pag 583. Τὰ ἅρματα ἢ ἀναστρέψαντα] Vterque interpres hoc loco somniat subversos currus, tanto ineptius, quod tamen eosdem nox ferri denuo in suos dicant; quæ quemadmodum fieri possunt? Præterea didici, quum de subversione loquitur Lucianus, non ἀναστρέφειν illic locum habere, sed ἀνατρέπειν. Sic in historia conscrib. ἀνατρέψαι μόνον τὰ τῶν ἀνδρῶν, & in Demonacte ἀνατραπήσεσθαι σκάφους, ubi vertitur *submersa nave*, forsan præter auctoris & mentem & manum, quæ tantum vult aut voluit *subversa*. Et nostrum ipsum in Aristophanis Pace. ἅρματα δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀνατετραμμένα. At nunc intelliguntur *retroacti* vel *reversi*, ut in Scytha, οὐκ ἂν οἶδ' ἀνέστρεψεν εἰρήνη ἐς Σκύθας Anacharsis, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε. Indignum profecto tam exigua, nota & obvia ignorari. Quin etiam distinctio ponenda est post verbum ἀναστρέψαντα, sed hoc modo, τὰ ἅρματα ἢ, ἀναστρέψαντα πάλιν ποτὲ ἐς τὰς οἰκείας, οὐκ ἀναμενεῖ διαφθαρῆναι. Mox male in Salmurienſi editum τὸ τὸν οὐδὲ, quod in hac editione repeti video, quum recte Basileenses τὸ ἐς τὸν οὐδὲ.

Pag. 587. Ἐπ' ἀμφότερα πιστὰ] Benedictus *spectata utrinque fidei*. Quid intellexerit, ipse viderit: certe nequaquam ad Græca. Opsopæus, *quorum fides in utraque fortuna spectata sit*. Absurdissime: nec enim huc adversa vel secunda quidquam faciunt. Immo *ad utrumque*, vel *in utroque*, nempe & reprehendendo & approbando.

Pag. 589. Ἀλλ' ἢ ἄξιον καὶ παιδείαν διὰ τοῦτο νομίζειν σφίσι δόξαν ἢ πάντων] Opsopæus apud Basileenses & Bourdelotium, *sed aut optimum juxta disciplinas æstimandum est, quod tibi apportet* (sic Bourdelotius. at in Basileensi *oportet*) *gloriam, aut omnium*. Benedictus, *quin id omnium optimum juxta disciplinas existimari oporteat, quod tibi visum fuerit*. Vnde apparet illas voces σφίσι δόξαν verius fuisse intellecta ab Benedicto, quum certe Lucianus de judicio agat, non de gloria; & editioni Basileensi adscripsit pater *tuo judicio*. Sed quum is ipse Benedictus non perciperet, quo postrema ista ἢ πάντων deferenda essent, omissis duabus adversativis ἢ ineptissima licentia vocem πάντων superioribus immiscuit, quum tamen simpliciter verti deberet, ac clarissima sit aposiopesis, verentis aliquid arrogantius vel invidiosius proferre, quod post vocem πάντων tamen promittebat sermonis cursus. Verte igitur: *quin id vel optimum ad doctrinam existimari oporteat, quod tibi visum fuerit, vel omnium.*

Pag. 592. Ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι ποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ Ἑλλάδος. καὶ τὸ λοιμῶν τὸ μέγιστον ἔδειν] Sic distinguit Bourdelotius & interpretatio Opsopæi est, *sed Athenienſibus quoque licitum ſit Græcia Scythas Deos facere. Quo tempore ſeva peſtilentia pene Athenienſis infeſtabatur.* Benedictus ita mutavit diſtinctionem: τοὺς Σκύθας. ἐπὶ δὲ Ἑλλάδος καὶ, vertens tamen *Scythas in Græcia Deos facere. Quo tempore ſeva peſtilentia graſſabatur Athenis.* Unde apparet, quantum ſibi permiſerit uterque interpres, quum & de populo Athenienſi nihil dicant Græca, & tantundem de Benedicti Athenis. Certe quidem in ea urbe luem graſſatam nemo ita cœcus eſt, qui non ſatis ex ſerie orationis videat. Sed an propterea non etiam potuit graſſari extra urbem illam per Græciam? & quum graſſaretur ita per univerſam non minus Græciam quam Athenas, an non potuit ſingulare monſtrari remedium urbi Athenarum, æque ut aliis privatis urbibus? Nemo contrarium dixerit. Et prorſus tale factum memoratur ab Harpocratione in Ἀνάχαρσις. Iam verba illa ἐπὶ δὲ Ἑλλάδος pertinent omnino ad ſequentia, quibus rectiſſime conveniunt, quum præcedentibus adhæreant prorſus quod ad ſyntaxin πραγματικῶς, (& quis dicet ποιεῖν ἐπὶ δὲ Ἑλλάδος?) quod ad rem ipſam, nugaciter; quum Athenienſes nequeant ποιεῖν, niſi in territorio ſuo: neque Luciano contrarietas in his quæſita eſt, *ſed in Scythis & Athenienſibus.*

Pag. 596. Οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλωνι ἐπαινεῖν] Aut imprudenter admodum aut imperite interpretes, alter *neque enim mediocri laude Anacharſis virtutes ſolebat extollere Solon*, alter *non enim Solon parum eum laudabat*; quum debuiſſent, *neque enim parvum momentum erat Solon laudans*; non exigua res aut pretium erat, ſi quis ab Solone laudaretur.

Pag. 597. Καὶ ἐπίσδοον χρῆσις ἄνδρας εἶναι τὰ πλάσματα. καὶ ἐκεῖνα μὲν βαρβάρου Ἀνάχαρσις] Sane ſic etiam attente interpretes, alter *ac prorſus eoſdem in reliquum viros optimos eſſe credebant. Solus vero ex Barbaris Anacharſis initiatus eſt*: alter, *eoſque viros optimos denique eſſe credebant. Solus vero ex barbaris initiatus eſt Anacharſis.* Atqui turbant illa vel *in reliquum* vel *denique*; & ſi vis verborum ſenſum vel ſenſum congruum, diſtingue, καὶ ἐπίσδοον χρῆσις ἄνδρας εἶναι. τὰ πλάσματα καὶ ἐκεῖνα.

Pag. 608. Οὐδὲ περιττὸν τὸ αὐτῇ τὸ κωμικῇ μυθῳδεῖς, καὶ τὸ ἐπαινεῖν μάλιστα πρόσωπα, παρ' ἐκείνοις τοῖς ἀκούσασιν ἦν] Indignis modis confundunt violantque hanc periodum & omnem ejus intelligendæ viam, ineque ea ſententiam Luciani interpretes Latini, quorum Benedictus ita, *rem valde fabuloſam, quodque in laudem maxime opere inclinat, utrinque audientibus non eſſe jucundum.* Quodquum per ſe ἀπροῦς ſit chimæricum, imo falſum (& cur in interpretatione omittit τὸ αὐτῇ?) tum ſi roges, cur Lucianus dicat ἐκείνοις, non ἡμῖν, profecto nullam poſſit dare cauſam. Tantundem reſpondebit, ſi roges, quid ſit *utrinque audire*? Deinde pergit, *dum non de ſua bo-*

nitate

nimium & promiscua plebe hoc intelligamus, sed de iis &c. Quid quæso intelligemus de illis, utrum laudatis an laudantibus? Ad has tamen absurditates præivit Micyllus, cujus hæc sunt; *quod neque jucundum adeo in historia, quod valde fabulosum est, & ad laudem maxime inclinat, utrobique auditoribus esse solet, dum non de face hominum ac multa promiscuaque plebe, hoc intelligamus* &c. illaudabili versione. Interpretor: *non esse in historia jucundum id quod est oppido fabulosum. Etiam laudationes nimium proclives, audientibus accidunt in utrumque* (1. ut non sint semper jucundæ, sed queant esse jucundæ, queant esse contrariæ & ingratæ ob varias causas ac vel dextre vel siniſtre accipi, ut maxime proprietatem phraseos attingamus, quæ occurrit pag 664. οἱ μὲ παρ' ἐκάτερα τῶν νήσων καθήμενοι.) *Non intellige facem confusam & promiscuam plebem, sed* &c. quibus verbis describit, quos ἀκόλους innuat: quasi dicat, non si eo usque ascendant istæ laudationes, ut etiam infimi videant te in laudando excedere modum, sed si tantum sic agas, ut acutissimi id percipiant, vel ut ipse exponit pag. 609. ὅταν τις τύχῃ αὐτὸ ὁρῶσιν καὶ ἐπισκιάζῃ τὴν ἡμετέραν, ἀλλ' ἀθρόα πάνυ καὶ ἀπίθανα καὶ γυμνὰ διεξίασιν.

Pag. 612. Αἴτια ἅμα τοῦ & πολέμου ἀρχῆς διεξιὼν] Non hæ voces notant *simul & causas unde id bellum cœpisset commemorando*, ut vertit Benedictus plane ex imitatione Micylli (& vix legas αἴτια ἀρχῆς, quum sufficiant αἴτια πολέμου) sed *causas simul principio belli aggrediens*, quod satis patet ex ipsis quæ subjiciuntur excerpta verba.

Ibid. Καὶ ἡμῦ & Ἀττικοῦ ἀπνείουσαν] Quid oro χαρίεντα cum ἡμώδη? & quis ille ἡμὸς vel animus Atticus, quem offerunt interpretes? Scribe χαριεστάτην καὶ ἡμῦ & Ἀττικοῦ ἀπ. hoc est, *festivissimum & thymum Atticum spirans*. Est enim allusio ironica ad Hymettia mella, & alibi usus est. Mox recte ab Iac. Micyllo Πομπηϊὰ πολὶς redditur *Pompeiopolita*; ut cognoscas errorem unius Benedicti non esse tanti, ut ex eo incrementum capere debuerint alter, quem in hac editione annotatum vides, & auctor dissertationum de præstantia numismat. pag. 529. Et an non alter alterum inspexit?

Pag. 613. Τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα λέγει τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης] Sane perperam Benedictus corrupit sententiam hujus loci vertendo ac si omnia Luciani essent, *ea quæ sunt ipsius diceret quispiam, parva & illa, ut ipse dixeris etiam*, quæ sunt oppido insipida & insulsa. Contra peccavit Micyllus nimium curiose vel potius inepte exprimendo ea, quæ tanquam exempla ex Thucydide sumpta & passim ab illius temporis scriptoribus insulta Lucianus producit, in quibus putat quoque esse has ipsas medias voces, quum eæ sint meræ Lucianeæ. Vertebat enim *ea quæ sunt ipsius illius, dixerit quispiam, ut μικρὰ κἀκεῖνα, hoc est, parva & illa, & ὡς νὰι αὐτὸς ἂν φαίης, id est, ut etiam ipse dixeris.* Vt debes igitur, intellige, *ista, quæ sunt ejus ipsius, dixerit quispiam, parva quoque illa, ut ὡς καὶ*

αὐτὸς ἂν φαίης, εἰ δὲ αὐτῷ γε δία, κακέσται ὀλίγῳ δεῖν μάταιον. quæ tria ſunt fruſta imitationis perverſæ.

Ibid. Ἐκτῷ δὲ τῶν κονδυφόρων ἔκτης] Interpretantur *medici ſextum legionis ſextæ*; quam quidem interpretationem rejicit ordo, ſerieſque & poſitio articulorum, quæ omnino alia eſſe debet. Tum in Pſeudomanti occurrunt voces illæ φαπόϊται δύο λογχοφόροι καὶ κονδυφόροι. Cuperem ex illis ſcire, quinam ex his accederent haſtatos? at ibi Benedictus ex Eraſmo *alterum lanceæ*, *alterum conto armatum*, non haſta. Quod me attinet, opinarer rectius verti poſſe ex Inſcriptionibus, quas video exſtare, *Dianae. T. Fl. Faecus. praef. alae. Vlp. contariorum*, vel *Dianae. facravit. T. Fl. Italicus. praef. alae. I. Vlp. contar. c. X.* Sic optime verba Græci noſtri auctoris intelligi poſſunt *medici ſextæ contariorum* nempe alæ.

Pag. 618. Καὶ χιτῶνα περὶ ταῖς κνήμαις] Mellei profecto interpretes. Benedictus, *& tibialia ex corio porcino facta*, male quidem, ſed melius tamen quam Micyllus *& tibialia conchis incruſtata aut ex corio porcino facta*. At quis dixit tibialia militum? An ita ignoræ ſunt ocreæ, quas haud dubie nunc intellexit Lucianus. itaque verte *& ocrea circa tibias ex corio porcino*.

Pag. 621. Καὶ τὸ κρηπῖδος τὸ ἀδρυόμον] Benedictus, *& crepidæ concinnitatem*. An credimus? Certe ſi qua fides nummo, *cui* inſculptus univerſus ille Iupiter, plane fuit nudipes *ſine ullo pedum* tegumento. Et quis foret iſte narrandi contextus, *ut primo totum* κρηπῖδος *Iovis* produxerit, in quo & omnia corpori adfixa continentur, tum diſcedat ad ὑποδήσεις, nunc aberret ad crepidas? Certe Micyllus *crepidinis concinnitatem*, quem præfero.

Pag. 624. Τὸ δεύτερον τοῦ Ἰνδικοῦ ἤδη συντέτακται), καὶ τὸ τρίτον τάγμα] Benedictus, *ſed Indica hiſtoria proœmium jam eſt compoſitum, & ordo tertius*. Obſcurior certe quam Micyllus, *tertium tagma ſeu tertius liber*; qui intellexit id quod alias Græci vocant συνταγμα. Sed quam infeliciter uterque? & cur ſic diſtinguunt? Debuerant poſtrema cum ſequentibus jungere in hunc modum, τὸ συντέτακται)· καὶ τὸ τρίτον τάγμα καὶ οἱ Κελτοὶ καὶ Μαύρων μοῖραι ὀλίγαι σὺν Κασίῳ πάντες ἅτοι ἐπεσπόμενοι. *& tertia legio ac Galli paucæ exiguæ Maurorum*.

Pag. 625. Τῶν ἀμάσων ἡ θατέρου ἄρασα τὸ ἕτερον πάντως ἀνατείνει] Non poſſunt ea notare, quod volunt interpretes, *eorum inter quæ nullum eſt medium, altero elevato alterum contra deprimi*, ſed *altero ſublato* vel negato *prorſus reponitur* vel confirmatur *alterum*.

Pag. 628. Καὶ κατέχων τὸ βῆμα] Benedictus, *& tribunal teneat*; Micyllus *& ſuggeſtum ſive tribunal quaſi poſſeſſionem ſui detineat*. Quanta apud hos vilitas Latini ſermonis, tantopere ab elegantibus exagitata? Dicebant Romani *tenere forum*, *tenere curiam*, de eo qui maxima auctoritate illic polleret. Plane ſic iterum loquutus eſt auctor in Sympoſio. φησὶν αὐτῷ Διδυμαῖος ἡ κατέχει τὸ συμπόσιον. Eæ loquutiones ſibi prorſus reſpondent.

Pag.

Pag. 644. Τοιοῦτόν που παρ' ἡμῖν τὸν Δάφνιν γράφουσι] Interpretes *talem apud nos Daphnen describunt.* Immo non magis Daphnen, quam Phaëthontiadas, quam Myrrham, aliasque in idem immutatas: neque hic quidquam descriptiones poëtarum aut fabulantium. Verti debuit, *talem apud nos depingunt Daphnen*, &c.

Ibid. Νεὼς μεγάλης φορτίδος ἐστὶ] Vertunt *navis onerariæ malo*, & sic omisso vocis secundæ respectu, cujus eo diligentior ratio haberi debuerat, quia scimus varias esse earum navium magnitudines ac mensuras; & pag. 651 τῶν δ' ἵππων μέγαθος, ὅσον νεὼς μεγάλης φορτίδος non omiserunt.

Pag. 647. Τὰ δὲ ὠκύπλοα ἦν, πτηδυκίοις φύσεις μάλιστα ἐοικυίας] Vertunt, *quæ vero ex his velociores erant, pennas habebant lactucæ foliis maxime similes.* Si hæc Latina recte se habent, quæ igitur ex his lachanopteris erant minus veloces? inprimis quum ipsa vox supponat omnes fuisse veloces & quidem pariter. Immo in qua Græcorum parte inveniunt interpretes illas *pennas*, quæ certe sunt nullibi? Intelligit Lucianus totum corpus habuisse obtitum πτεροῖς; sed ex illis πτεροῖς ista, quæ proprie constituebant alas, & quibus volabant (hæc sunt ὠκύπλοα) fuisse talia prout describit. Ergo construe τῶν ὀρνίων ἦν ὠκύπλοα, ac verte; *habet autem pennas ad volandum similes maxime foliis lactucæ.* Sequentia ἐπὶ δὲ τούτων quum vertit Benedictus *his vecti*, ineptus est, quum alios illis vehi in præcedentibus dixerit: & melius alii *ibi vero & cum his ordinati.* Poterant proprius *post hos.*

Pag. 648. Οἱ σύμμαχοι ὡς ἑκάστοις] Micyllus apud Basileenses Latine reddidit *porro inter utrumque auxilia, ut cuique magis placuit.* Non secus ac si vidisset, quod ex Angl. notat Bourdelotius ὡς ἑκάστοις ἤθελε, quomodo si legitur in scripto libro, id factum crediderim ab homine non assequente sensum vulgatæ lectionis. Benedictus obscurior *Medium auxiliarii utique singuli.* Quod quid sibi vult? At Græca vulgata rectissima sunt, notantque propriis cuneis compositas singulas auxiliorum partes, ut loquitur Tacitus IV annal. 16, non dispersas & cum aliis permixtas. In Arriano alibi id quoque corruptum.

Pag. 653. Ἐκκολάπτουσι τοὺς ἀνθρώπους] Benedictus *ex iis homines excludunt.* Patior; sed quomodo id fit? Certe quum utitur verbo *excludere*, innuit se putasse ab Luciano id sic conceptum esse, quomodo apud Latinos pulli excludi dicuntur infidendo & calefaciendo: quod parum videtur convenire sensui auctoris. Idem verbum rursus occurrit lib. 2. veræ hist. p. 687. πτιλίκιον γοῦν ἀλεκτρυόνος ἐν τῷ ᾠῷ, πεπτὸν ἤδη ἐκκολάψαμεν, nec dubitavit Benedictus sibi similis esse, *cum igitur unum ex ovis securibus præcidissemus, pullum implumem exclusimus*, quæ quidem mirifica ratio excludendi. Nec sic loquerentur Latini; & ideo nec amamus. Nostrum locum alii intolerantius reddunt *in homines effingunt*, quasi de cælando cogitasset Lucianus. Putamus simpliciter verti debere *homines extundunt.*

Pag. 665. *Αἱ δ' λοιπαὶ πρόμιαι κρυσόμβρα*] Nimis fœpe crudite hoc genus loquendi illustratum est ab præclaris ingeniis: tam ut voces postremas intelligamus cum Micyllo simul & Benedicto *lisa puppi.*

Pag. 667. *Ἀνελκύσαντες τὸ πλοῖον, καὶ λύσαι τὰ δρεπανώτατα λέγοντες, ὡς τὰ ὀδόντων ἐξάψαντες*] Quum vertissent alii, *per raritatem dentium educentes & explicantes*, inde Benedictus fecit *ductam & explicatam.* Sed turbatissime hic nugantur omnes, & illud explicare nihili est. Verte, *per raritates traductam & nodis tes religatam.* Id enim est hoc loco ἐξάψαι. Vt in fine præcedentis libelli. *σκῆπτρῳ μὲν τῷ νύκτωρ ὡς τὸ ἡμέτερον πηδαλίοιν, ἐξάψαντες αὐτῷ τὰ δέρματα.* Et translate in Amoribus, *ἐγὼ δ' τὸ ἐρωτικὸν ζεῦγος ἱκανῶς ἐξαψάμενος ὡς ἡνίοχον.*

Pag. 670. *Κρούσασιν ὡς αὐλὸν ἢ κιθάραν*] Non debuit vertere *ad tibiam vel citharam saltant*; neque enim *κροτεῖν* est saltare: & certe erat quoque modulatus plausus. Vtique & in Pleudomantide *κυμβάλοις κροτῶν* interpretatur Benedictus *cymbala pulsantem* sine mentione saltandi; & in Saltatione *κροτῶν τε ὡς ἄνω καὶ κάτω ἀπερεπόμενος ἐπῳδῶν* reddidit *applaudens & laudibus inducentibus acclamans.*

Pag. 671. *Πύλαι πᾶσαι μονόξυλοι κινναμώμιναι*] Benedictus *portæ ex solo cinnamomi ligno.* Item infra, *εἰς ναῦν μονόξυλον πᾶσαν ἐκ τοῦ ξύλου κινναμώμου συνῳκοδομημένην* vertit *ex uno lapide. Id enim vult*: ista non esse composita ex frustis, sed ex una trabe & segmento arboris tam magnæ exsecta.

Pag. 677. *Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλείης*] Quem hic interpretem probabimus? In Basileensi editione vertunt *Carus qui ab Hercule stabat*, satis lepida captatione; ac si Græca eadem foret constructio, quæ Latina; & scilicet in hoc certamine componebantur partes, quibus plurimi continebantur, & alii ab hoc stabant, alii ab illo. Ridicule omnino. Benedictus *Carus Heraclides*, quod propius ad genium sermonis Græci. Sed nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium, inquit Palmerius. Quasi vero Lucianus huc introduxerit talem in terris celebrem luctatorem: immo quis egregius luctator ille Vlysses? ex quo alterius adversario patet prorsus ratiocinationem Palmerii non procedere: multo minus ut *ὁ ἀφ' Ἡρακλείης* potuit reddi *post Herculem primus*, quidquid de Capro suo sollicitus sit. Opinor optime adnotasse patrem *Κάρωνα*. Non agitur de luctatore; agitur de heroibus, inter quos memorabilis Caranus Heraclides.

Pag. 683. *Ἀσπασόμενον τὸ Ναυπλίου ἀπόπεμψα*] Benedictus *salutato Nauplio discessi.* Prorsus non ita, sed *salutatum Nauplium remisi*; hæc enim conveniunt præcedentibus.

Pag. 725. *Τὸ πάντα κελεύσαι ὑπηρετεῖν ὡς δεδιδωκότες*] Necessario legendum *ὡς δεδιδωκότες.*

Pag. 728. *Παρῆσαν ἡ δικαίαν ἡ λυπρὰν ἢ μεμιγμένην*] Benedictus

lictus debuerat hic anxie exprimere omnes copulativas, ut quatuor urorum vocabula & ſpecies oſtenderet. Quod quum non fecerit, non aliter Latina concepit ac ſi auctor duo inter ſe differentia opponere voluerit.

Pag. 731. *μᾶλιστα δὲ παρ' ἡμῶν*] Male pro *ὑμῶν*, ut recte interpres.

Pag. 734. *Γυμνὸν ἤδη ὑπάρχειν τῷ σφαγέα*] Pater adſcripſit *γεμνὸν*. Sic certe vult & verſio apud Baſileenſes *nudus a cruentis civibus cædem ſuſtinerem*. Benedictus contumacior, *ac potius nudam cædem ſuſtinere*. Opinor mentem Luciani fuiſſe *potius autem nudum jam jugulum porrigere*, ut alibi dicit *ὑπάρχειν τῷ χείρᾳ*.

Pag. 742. *Καὶ ὅσον γε τὸ ἤδη ἀνατετάχθαι σύλλαβή, τὸ μηδὲ τῷ δρέπανον τ. α. β. ε. ἀσεβέστερον*] Plane non ut apud Lucianum in Græcis patronus Phalaridis, ſic in Latinis quoque interpres ratiocinatur, cujus collectio longe infra efficaciam prioris; qui non id evincit, non minus impium factu fore, ſi volentibus dedicare auferatur poteſtas, quam ſi dedicata auferantur, ſed altius ſe efferens in id laborat, ut pro certo affirmet longe magis impium factum fieri ab eo, qui poteſtatem volenti dedicare præcidat quam qui dedicata auferat; & quanto gravius ille peccat, in tanto pejus peccatum induci Delphos. In fine hujus paginæ *μισθὸν τῆς ἀσεβείας* erronee vides verti *pramium impietatis*, quod mirum qui ex Opſopæo imitetur Benedictus.

Pag. 743. *Οὐχ ὅπως αὐτοὺς μὴ ἃ ἐπιστάμεθα κατηγορεῖν*] Benedictus, *ſiquidem non poſſunt non criminari ea quæ explorata habemus*. Itane? Imo contra, quis poterit ea criminari, quæ explorata habeo? Et hæc quidem ſunt Benedicti. Nam in Baſileenſi editur *οὐχ ὅπως αὐτοὺς ἃ μὴ ἐπιστάμεθα κ.* & vertit Opſopæus, *ne quo modo eos de quibus nihil certi nobis compertum eſt, injuſte ſceleris accuſemus*. Certe hæc lectio & vocum ſeries videtur melior, & exponenda Latine (pendet autem ab præcedenti *χρὴ*) *nedum ipſos quæ ignoramus criminari*, quod nempe fiebat proponenda hac deliberatione.

Pag. 757. *Οὐκ ἐκ Κορωνίδος, μὰ Δί', οὐδ' ἐκ κορώνης*] Miror verſiones virorum inſignium. Ipſe Eraſmus *non ex Coronide per Iovem, id eſt, cornicula (nam id matris nomen fertur) neque ex cornice*, quæ ſic contraxit Benedictus, *non ex Coronide per Iovem, hoc eſt, non ex cornice*. At quæ illa explicatio? an Coronis eandem exprimit quam Corone? Certe non. Coronis enim Lariſſæa apud Ovidium, Phlegyæ filia apud alios, mater Æſculapii ex Apolline: at Corone Coronei filia & Phocaicæ telluris apud Ovidium ab Neptuno ſtuprata, niſi interveniſſet per Palladem mutatio formæ. Itaque vel has auctor intelligit, vel hanc poſtremam ſimpliciter de ave cornice accipere poſſumus, ut & per literarum convenientiam alludat ad præcedens & per ſignificationem & appellationem volucris ad ſequens. Neque vero probari poteſt id quod ſcripſit in Gallica verſione Cl. Sponius, *tenant en ſa main Eſculape né d'une Oye, & non pas d'une Corneille comme autrefois*, & quod addit in margi-

ne, *C'eſt qu'il étoit fils de Coronis, qui ſignifie Corneille.* Neque mox ſatis bene οἰκίσκον reddidit *adiculas*, quum exigatur ſacrus ſingularis.

Pag. 760. Ἐκ πίτθης Βηρυτίας] Saltem debuerant editores ſcire Βηρυπίας, ut in verſione exhibuit quoque Eraſmus. Sed ex illa literæ ταυ duplicatione odoror dubium nullum eſſe poſſe, quin Lucianus ſcripſerit Βερυτίας. Bruttia enim, non Berytia, pix optima fuit apud veteres & ad varios uſus, ut apparet ex locis recte lectis ab πίσσῃ πάνυ Bocharto in Chánaan cap. XXXIII. Inſulſe ad oram libri ſui retulit Cl. Sponius *poix Berittienne.*

Pag. 761. Ἐκ λίπας ἀρχαίου] Benedictus *adipe ſuillo.* Certe accuratior Eraſmus *urſino adipe:* etſi enim dicebatur ἄρκτος, tamen quam frequens in eo vocabulo fuerit omiſſio literæ πω, ipſe Lucianus in Demonacte oſtendit, a quo ait Κυνικὸν δὲ ἄρκτου δόξαν φυσιογνωμονεῖν, οὐκ Οὐρσικὸν, ἀλλὰ τραγικὸν ἀνομάζειν, ἀλλ' Ἀρκεσίλαον appellandum. In Amoribus, placuit Luciano variare; quippe quum dixiſſet, λέοντος δὲ ἐπιμανέντος λίπαν, ἀλλὰ πύρ ἀγελάρχης βοῦς ἐπιθορόντος, καὶ κρὸς ὄλλυ τὸν ποίμνιον ἄρρενα πλησιάσαντος ταύρου ἐπιφανοῦς. τί δὲ, ὅ συῶν μὲ δύνας μεταδιώκουσι κύπρος, in ſequentibus reddit, οὐκ ἰχῶσιν ἀλλήλων λέοντες ὀδὲ ἄρκτοι, καὶ σύες.

Pag. 766. Ἐν παλαιᾶς τάξεσι Ῥωμαϊκῆς ἐξυπηρετῶν] Indigniſſima interpretatio utriuſque interpretis *compluribus in præliis Romanorum ſpectata virtutis.* Nam neque *hæc deſcriptio ad præcedentia* accedit, in quibus de auctoritate in republ. & urbanis officiis agitur; nec Græca talem ſenſum admittere poſſunt. Verte *& in multis apud Romanos dignitatibus ac honoribus verſatus.* Eodem errore mox ἀφεὶς τὸν ἐγκεχειρισμένον τάξιν, uterque vertit *relicto exercitu, quem tenebat*, quum debuiſſent loco vel munere vel ſtatione. Eadem tamen aberratione & Sponius, *Il faillit donc à quitter l'Armée, qu'il commandoit*, quum priora dubie reddidiſſet *qui s'étoit ſignalé en pluſieurs occaſions.* At clare phraſin ſuam exſerit noſter auctor in principio Macrobiorum, ὧν ἕνα ἡ Δικαιοσύνη μεγάλα αὐτοκράτορος τύχῃ εἰς τὸν τελειωτάτου ἀγαγοῦσα τάξιν &c.

Pag. 772. Ἐγὼ ἦν δ' ὃς Ἀσκληπιὸς νίον, ἀλλον παρ' ἐμοῦ τὸν πρότερον. πῶς λέγεις; ὃ Σ.] Quum ſic diſtinguant omnes, & quidem non male, cauſa non fuit, cur in Latinis augerentur interrogationum notæ, verterentque *Num quis alius ab illo priore?* nam qui addit νίον, dubitari ſimul non poteſt, quin loquatur de alio, quam ante fuit: ſed quomodo id contigerit negat mox fas eſſe clarius noſcere. Certe debent convenire. Sponius tamen quoque ſic reddebat *Dy-moy, Glycon, qui es tu? Ie ſuis le nouvel Eſculape. Es-tu Eſculape luy-meſme, ou quelqu' autre, qui luy reſſemble? Il n'eſt pas permis de reveler ces myſteres.*

Pag. 780. Λέγων πάνυ με εἰδέναι καὶ τὸν ὑπ' ἐμοῦ Ῥαδαμάνθυν συμβολόμενα] Eraſmus, *negans ſe clam eſſe, qua ſuaſiſſem Rutiliano.* Benedictus *aſſerens ſe ſcire, qua Rutiliano ſuaſiſſem.* Etiam Sponius

nius modo *il se plaignit à moy de l'avis que j'avois donné à Rutilianus*: ut apparet, sic interpretans, dum sola Latina inspicit. Nam Græca si sequimur, ut debemus, interpretabimur, *dicens sibi me esse probe notum, ut & qua suaserim Rutiliano.*

Pag. 790. Ὅταν γὰρ ἀπρόχειρα ἤδη] Vertunt Erasmus, *ubi enim jam summis colluctati sunt digitis*, Benedictus, *cum enim summis digitis colluctari desiissent*, Adnotavit Pater, ἀπρόχειρα εἶναι, τὸ πυκτεύειν καὶ παγκρατιάζειν ἄνευ συμπλοκῆς. Quæ vera sunt, & vanæ interpretationes.

Pag. 793. Τῶν Ἰδαίων Δακτύλων ἕνα τοῦτο ἔργον πεποιημένον τὸ σύστολα παιδεύειν] Animadverte sodes, quam lepide possint interpretari. Opsopæus *unum ex Idæis Dactylis illud opus factum, rebus militaribus instituendum fuisse, quem Mars* (agnosce alienissima & Græcis contraria) *a Iunone offerente acceptum* &c. Benedictus *unum ex Dactylis Idæis, opus illud factum ad rerum militarium institutionem, Martem a Iunone acceptum adhuc puerum*, ubi posteriora recte mollit ac corrigit. Sed quis priorem partem intelligit? aut illud opus factum? lege πεποιημένον, & verte, *unum ex Idæis Dactylis, id opus exercentibus*, nempe *armata saltationis ludum* ac meditationem. Adde, quæ supra occurrunt ad pag. 396.

Pag. 795. Περὶ κρήνης ἰοειδοῦς] Eadem sententiarum diversitas in duobus Luciani interpretibus de hoc loco intelligendo est, quæ ad ipsum poëtam viros doctos vexavit. Nam quum Opsopæus reddidisset *circa fontem floribus obsitum*, Benedictus postea mutavit in *circum fontem ferrugineum*. Sed nobis certe minime convenire videntur πόδες ἀπαλοὶ cum rebus ferrumineis; nec cur colorem ferrumineum referret ista κρήνη, ulla causa est, quum ripam ejus credibile sit teneri ab omne genus floribus, unde colorem ducunt aquæ, inter quos violæ finguntur præcipuæ. Itaque merito vel Opsopæum probamus, vel propius ad Græcam vocem interpretamur *fontem violacei coloris* Et vel Lexiphanes norat dicere ὅπου οἱ λειμῶνες ἀνθοσμίας ἦσαν. ὡς αὐτοποδητὶ βαδίζειν. Vide, quæ in hanc sententiam ad ipsum Hesiodum certissima annotavit Doctissimus noster I. G. Graevius.

Pag. 802. Σπαρτῶν ἀνάδοσις] Vinc. Opsopæus *Spartanorum retributio*, perridicule. Benedictus *satorum ortus*, paulo melius. Scripsit quidem Bourdelotius cætera nomina fabulis notissima. Sed tamen quum ita sit ὡς ἔοικε, ut supra notaverit καὶ Ἀλιρρόθιον omitti ab interprete, cur non hic quoque aliquid adjecit? Nam sive omittant, sive ita interpretentur, tantundem est. Ne simus ergo posthac frustrationi, & vertatur *Spartorum exortus*.

Ibid. Τῶν Νεφίλης παίδων ἐπὶ Ζ κεῖται τὸν Ἀλφειὸν φυγήν] Quum adverterem Marcilium ad hanc narrationem offendi, & Ἀλφὸν non audacter cogitari, conjiciebam forsan ab Luciano scriptum fuisse δεξιὸν φυγήν, ut in Lexiphane, ἀπεμυξάσας ποιήσῃ τὰς ὀφθαλμὰς καὶ μηκέτι λημᾶλέους εἶναι μηδὲ δεξιὸν βλέπειν. Apud Maximum Tyrium differt. 10

τοῦ

τῷ διερῷ γένει αἱ νίκαι, τῷ δ' μιξοφρύῳ αἱ πλήσιες. Sed quamvis fabulis vulgatis id sit aptum & magis conveniat ad literas vulgo cabuli, non debemus tamen auctori vim facere, qui aperte vulgatum tuetur in Astrologia. ἴσα δὲ μοι καὶ ἐς Φείξον τ' Αἰσονίδην εἰρήσθω. τὸν δὲ κελεὸν χρυσίῳ δι' αἰθέρος ἐλάσσαι μυθεῦνται. Quæ sequitur καὶ ὧδε αὐτῶν, non interpretarer *& ante illos*, sed *antea* quod vides plane velle antecedentia.

Pag. 803. Φυγάδων γαμβρῶν] Non sufficit interpretatio Benedicti *& profugorum Adrasti liberorum susceptio*, immo vitiosa est. Recte Opsopæus *& generorum exulum Adrasti susceptio*.

Pag. 804. Τὸν Μελέαγρον, τὸν Ἀταλάντην, τὸν Δαλὸν] Vertit fideliter omnes totidem verbis, *Meleagrum, Atalanten, Dalum*. Quis credat? Ne talibus nugis oblideamur amplius, intercedit Pater vertendo *torrem*. Torris Meleagi nequit ulli esse ignotus. Et jam eodem verbo usus erat auctor in principio Timonis. ὅτε ἐκλύσια αὐτῆς ἐπαυτείναζε δεκές.

Pag. 807. Οἷς κοσμεῖσθαι μηδὲν ὂν τὸ ἔργον πρᾶγμα] *Opsopæus quibus exornaretur, nequaquam saltatoris esse officium*. Benedictus, *quibus exornari saltatorem nihil est opus*, ac si legisset hic ut ἔστι. Sed temere. Et illi non hactenus accusaverunt, tanquam ornamenta saltatori non convenirent, sed ipsum saltatorem esse rem nullius momenti ac boni. Debuerunt Latine dare sensum clarum, *quem præbet* Lucianus in Græcis, nempe, *quibus exornari actionem saltatoris, quum ipsa in se nihil prorsus esset*.

Pag. 808. Ἡμιόλιον γάρ τις ἂν, ἐπίγχανε σωθεῖναι] Pessime sic nostra ex editione Salmurienſi, quum optime Basileensis (ἡμιόλιον γάρ τις ἂν ἐπίγχανε) σωθεῖναι.

Ibid. Τὰ ἐοικότα τοῖς ὑποκειμένοις σώμασι] Benedictus, *ut propositis personis gestu respondeat*. Opsopæus *ut personis in scenam introductis saltator per omnia gestu respondeat*. At nec id agit Lucianus, ut ostendat id etiam in saltatoribus laudari, quod in quaque re laudatur, ut picturâ, cœlaturâ &c. ut nempe respondeant personis propositis, sed mens ejus est, eamque in interpretando sic exprimere debuerant. *Novit enim* (n. ὑποκειμένοις) *se in illis magis laudari eò, quod similis plane sit subjectis personis*. Innuit vim ὑποκειμένου maxime curari & valere in istis saltatoribus, quum non ita pulchritudo ejus in aliis artibus exseratur.

Pag. 817. Παρασκευάζῳ ὑποκειτῶ] Benedictus *histrionem in theatro agens*, idque verborum serie multis modis commutata. At Opsopæus sequutus Luciani ordinem *adhibito repræsentatore*, quem sensum sane probem, modo Latine efferatur. Et cur Benedictus in præcedentibus voces illas οἱ δὲ ἐγέλων interpretatus est *admirabantur*, nec maluit retinere Opsopœanum *alii ridebant*? quod omnino debuerat reponi.

Pag. 819. Ἀντιπαρασκώπτω τὸν Ἀρίστωνα ὧν αὐτός] Benedictus *Cinnivium ab illo Aristonis, hic diversum instituo*. Micyllus *Cinnivium*

ejam in eo viciſſim inſtituo contra Ariſtonis illud. Certe hoc manifeſtius.

Pag. 830. Καὶ μὴν ὁ τίτυος αὐλούμενος ἤδη ἴμπλης ἐστιν] Micyllus *at vero ille, qui antea inter tibias & cantores perſtrepebat, jam immobilis ac tacitus eſt.* Benedictus quoque non alio ſenſu, *qui antea tibiæ cantu recreabatur*, tanquam qui vinctus ſit, nequeat recreari tibiæ cantu, quum tamen cantet vinctus quoque compede foſſor. Itaque Bourdelotius notat eſſe λόγῳ βαλλόμενος, quem ſenſum profecto ex præcedentibus affirmare omnino nequeas; neque id eſt contrarium antithetum ſequentis ἴμπλης, quod requiri videtur. Commodiſſime id expedivit pater, dum adſcripſit ſe correxiſſe αὐλούμενος, *hactenus vagans.*

Pag. 832. Ἄρτιος γάρ ἐστιν αὐτοῖς ὁ μίσγη τῇ αὐλῇ, Σκηπτάδειος ἤδη] Attende, lector, quam ſint hæc immixta, dum nulla editio has voces exhibet velut parentheſin & notis ejus incluſas, quod prorſus faciendum eſt, ut fecit paterna manus.

Pag. 837. Τοὺς ἀπὸ τῆ κοσμοπλάθων εἰς τὴν ἀγοραῖον πλατυβλήτους] Sane interpretes *qua a lutifigulis ad forum finguntur.* Neſcio quid velint. Sed opinor intelligit *ad vendendum.*

Ibid. Τὸν μηδὲ βάρβαρον ὢν τοῖς σαφεστάτοις ἀριθμεῖσθαι ἄξιον] *Qui neque barbarus, inter maxime perſpicuos recenſeri dignus ſis.* Sic Benedictus, qui dum Græcas voces curatiſſime referre ſatagit, facit ſe obſcuriſſimum. Micyllus *qui ne cum barbaris quidem inter manifeſtiſſimos recenſeri dignus ſis.* Nulla parte melius. Lege βαρβάρων, quem genitivum ſic ſolet auctor præponere; *qui neque inter illos, qui ex barbaris maxime perſpicui ſunt, recenſeri dignus ſis.*

Pag. 843. Μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν εἶναι] *Neque principio fas eſſe.* Quam poteſt quæſo ſententiam habere illud ineptiſſimum Benedicti principium? Longe verius ac manifeſtius Eraſmus *nefas eſſe vel conari aut proponere Bagoam.* Hoc enim vult prorſus eſſe nefas eum id velle.

Pag. 844. Εἴπερ ἦν ἐκ τῶν ὁμοίων μεταποιεῖτο] Henricus Valeſius ὁμόφυλος ad Excerpta è Dione notavit corrigendum εἰ ἀφέλοι, & quidem peropportune. Sed quod mirari cogor, quum in noſtris exemplaribus ſic vulgo legatur, ut citavi; tum noſſe oportet egregium Briſſonium libro 11. & regno Perſarum, ubi primus illuſtrat hunc Luciani locum, docetque Favorinum eſſe illum Academicum philoſophum, non aliter producere hunc locum, quam prout emendat Valeſius.

Pag. 848. Οὐκ ὀνόματα, ὅπως ἐδόκουν, ἀλλὰ σημεῖα] *Non quæ eſſent utcunque nomina, ſed rerum ſigna, quemadmodum putabant.* Sic Benedictus. Eraſmus vero *non illis quidem utcunque viſum eſt confictis, ſed qua nota rerum eſſent.* Non attingunt nucleum. Verte, *non nomina, ſicut videbantur, ſed ſigna* & indicia ejus quid eſſent quidque efficerent. Ἐδόκουν non refer ad Æthiopas, ſed ipſas

ipſas appellationes & nomina. Videbantur eſſe **nuda nomina** data, quum tamen ſub illis laterent σημεῖα.

Pag. 850. Ἦν δὲ ποτε Ὀρφεὺς ἴδῃς ἢ λίθοισιν ἢ χρυσῷ μεμιμημένον] Vterque interpres *vel ſaxo expreſſum*, quod profecto admodum rude. Etſi enim id poſſit fieri, oportet tamen in his eſſe politiorem, & λίθον quoque gemmam vocat in Demonacte, & λίθων πάσας λείας teſſellas lapidum ad pavimentum in Amoribus. Intelligo & intellexit haud dubie Lucianus Orpheum ex opere Muſivo, quem Mercurium, Cupidinem, Satyrum, Silvanum nuper protulit C. Sponius.

Pag. 856. Τὰ ἡ φαῦλα, ἀμφρίτοις δίκην]. εὐ γὰρ σφισιν ἀγνοίαις ἐπίρχ.] Sic commode Græca concinnavit Benedictus. Sed non bene his etiam apparavit Latina, *Quæ vero non imprudentibus accidunt, facile accipiuntur. Neque enim in illos irruunt.* Quæ profecto ut magnam partem ſunt imitatio verſionis Eraſmi, ita exprimunt penitus ordinem verborum in Baſileenſi exhibitum. τὰ ἡ ἀγνοίαισι φαῦλα ἀμφρίτοις δίκην]. εὐ γὰρ σφιση ἐπίρχ.]. De quo ſi vere pronunciare licet, totum plane alieniſſimum, immo contrarium eſt menti auctoris, & hinc idem cenſendum de Benedicti verſione, quâ longe accommodatior illa Eraſmi: *mala vero facile cum non imprudentibus venerint, accipiuntur. Neque enim in illos irruunt.* Hic hæreo, quia neſcio quæ ſit ſcriptura vetus in codicibus Mſſ. Vnde & pater editioni Baſileenſi in voce ἀγνοίαισι adſcripſit ἀφρονίσιν, optime ad ſententiam Luciani, ſed longius ab vulgata lectione diſcedens. Si quod edidit Benedictus, exſtat in ſcriptis, opinor veriſſime ſententiam auctoris ſic exprimi. *adverſa autem facile excipiuntur; non enim imprudentibus ſuperveniunt, ſed* &c

Pag. 860. Ὑπὲρ τῆσ δ' ἠρεμαίας ἐλπίδα ἀφημαρτάνειν] Benedictus, *propter ſpem obſequii delinquere* ex Opſopæo, qui largius *propter ſpem exhibiti obſequii delinquere.* Mirabiles verſiones. Intellige *ſupra ſpem emendationis delinquere.*

Pag. 867. Σωιεβάλλουσιν ἀσκεῖν τὸ γυμνάζεσθαι] Benedictus, *ſuaſit ut exercitationi incumberet.* Opſopæus, *ut frequenti exercitio incumberet.* At quis negare audet ſæpius id ab illo factum? Sed præcipuus luſus eſt in Græcis, quæ non tam ſuadent exercitium vel exercitationem, quam manuarias & corporis, non animi & ingenii probationes. Sic in Amoribus de Callicratide. ἰὼ ἡ κὰς τὸ σῶμα γυμνασηρός. Et rurſus notabili diſtinctione, πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ὑπάρχῃς μᾶλλον λιπαρῶς ἐναθλήσας, ἐπιδεῖν ἡ ἀξίοις τὸ ἐγκυκλίου σοφίαν κρατοῦσῃ, τὸ σῶμα ταῖς ἐλαφρίαις ἀσκήσεσιν ἐκπονεῖ.

Pag. 868. Γ'δὲν δέ τις ἐπὶ τῶ σκελῶν αὐτὸ, οἷα τοῖς γέρουσιν ἰνιπὸς γίγνεται] Benedictus, *cum vidiſſet quiſpiam eum cruribus innixum, prout accidere ſolet ſenibus*, Quod tantum abeſt, ut ſoleat accidere, ut fit inauditum. Et omnes homines quoque cruribus innituntur. Denique quaſi legiſſet αὐτόν. Longe melior Opſopæus; *cum vidiſ-*

ſet

quiſpiam crura ejus tarda & turgida, qualia fere ſenibus fieri conſueverunt. Poterant iſta epitheta ſecure omitti, quum ex ſequentibus videantur intelligi neſcio qui livores.

Ibid. Ὁ μόπμος σαυτῷ τὸ δοῦλον] Vterque interpres *ſervo tuo ſimile te.* Cur igitur Lucianus non dixit, ὅμοιον σαυτὸν τῷ δούλῳ? Sed acetiſſime alludit ad Λεμνισίγωνα Lacedæmoniam, de qua tum plurimi alii tum I. Meurſius in Græcia feriata, & ipſe Lucianus de Gymnaſiis pag. 296. tom. II. Per quam fiebat, ut idem honor videretur contingere ſervo, ſi ab domino verberaretur, qui ſolebat contingere liberis ac dominis.

Pag. 869. Σπαταπίδων καὶ ἴδιος & μεγίστων] Palam nugatur Benedictus *caſtrorum & maximi exercitus*; quod tamen fecit æmulatione Opſopæi, qui *caſtra & magnum exercitum.* Nam verti debebat *legionum & maximæ provinciæ.* Peſſima autem eſt in Græcis diſtinctio.

Pag. 872. Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων πομπὰς] Vterque interpres *Iam finis eſt pulcherrimorum munerum certaminis.* At manifeſte apparet imperfectam eſſe ſententiam, & duntaxat poſtrema in Græcis vox negligitur injuſte. Et cur non potuerunt reddere? *Iam finit agon pulcherrimorum munerum diſpenſator* vel judex & arbiter.

Pag. 874. Εἰ περιττά με λέγειν ἔοικας] Notabili verſione hæc obſcurantur ab viris doctis, qui interpretantur *ſi abunde mihi dicere videris*, quum nec in Græcis ſit μοι vel ἐμοὶ. nec loquutionis hujuſmodi ſententia locum habere hic poſſit. Nihilo pluris æſtimanda immutatio Marcilii, εἰ μὴ περιττὰ λέγειν ἔοικας. Nam hac exceptione uti non vult, & quia ſcit ab ſe peti rem, quam præterire & neſcire tuto poterat, ideo præmittit obteſtationem per majeſtatem Veneris. Senſus Luciani clarus eſt, *ſi vana* otioſa, futilia & inutilia *me dicere exiſtimas.* Vt de mercede conductis, ὧν τις αὐτῶν ἀφίλη τοῦτο, ἄπαχνοι αὐτίκα καὶ ἀργοὶ καὶ περιττοί εἰσιν. Et rurſus ibidem, κἂν ἴῃ τι τούτων ἡδέως ἂν μάνοιο, ὡς μὴ ἀποβλητ⊙ καὶ περιττὸς εἴης.

Pag. 877. Ἐξ ὑπογυίου τε ἐπιχειρήσας ἠψάμην, εἰδὼς ὅτι λίαν ἀπὸ παλαιοῦ] Sic edit & vertit Benedictus *rem nuper aggreſſus ſum, ſciens non admodum diu eſſe.* Et quis recte judicans hæc Latina ſic Græce efferet? At Baſileenſis diſtinguit hoc modo: εἰδὼς ὅτι λίαν, ἀπὸ παλαιοῦ, & Latina apponit *nuper adeo ejus rei periculum facere cœpi, ſat ſcio, nimium & non olim.* quæ certe Latina etiam nimis minuta. Græca enim ibi videntur recte ſe habere, quæ ſic accipienda: *ex recenti ſtudio id aggreſſus ſum, ſciens quamoptime, & non ab antiquo.*

Pag. 879. Εὐθὺ γάρ μοι δύο ἢ καὶ τρεῖς σωσπερὶ σπουδῇ ὀλίγῳ ἀλλήλοις] Sic edit Benedictus ſequutus Bourdelotium, & vertit, *ſtatim enim mihi duo vel etiam tres propemodum præcipui ſupervenere*, idque exemplo editionis Baſileenſis, quæ hanc interpretationem prior exhibet, quum in Græcis edat δύο ἢ καὶ τρεῖς σωσπερὶ σπουδῇ. Mirandum profecto eſt, ſi tres propemodum utique præcipui acceſſerint

rint ſic ad Lucianum, eos ſic ſubito relinqui, nec vel venialium aut de aut ab viris tam notabilibus fieri. Pater tale quæ-gitans illas voces *propemodum præcipui* virgula induxit. Ego credimus verti debuiſſe *parvo diverſi* vel diſtantes ac propemodum pares. Quod ſi verbum de compoſitum eſt in ſcriptis, non ita contemnatur.

Pag. 879. *Πρηγεμόνως γὰρ πολιτικῶν λόγων ἐφίστατο*] Baſilemus vertunt *nam ſe velut ducem atque anteſignantem in civilibus actionibus gerebat*, ut & Bourdelotius, niſi quod *anteſignanum*. Benedictus *Nam ſe veluti ducem in civilibus orationibus gerebat*. Nec *veluti* in Græcis eſt, nec *πρηγεμόνως* in Latinis apparet, quod ſatis interpretabatur *in primis*. Senſus eſt. *Nam præcipue his civilibus* h. e. non doctiſſimis & elaboratiſſimis, *orationibus præerat*.

Pag. 887. *Ὧν ἀξιῶ, μάρτυρες ὑμεῖς.*] Benedictus ex aliis *quæ præmo*. Pater *quæ ſentio*.

Pag. 891. *Καὶ βίᾳ τυραννίδα ἴδοι*] Benedictus *& vitæ tyrannidem videret*. Immo *vitæ inhiantis tyrannidi*, vel ut prior, *ita vitæ ad tyrannidem ſpectaret*.

Pag. 898. *Ὡς ἀπὸ μικρᾶς λύσεως*] Benedictus *tanquam a parvo occaſu*, Legit ergo *δύσεως*, quæ nullum hic ſenſum habet. Alii *a parvo fomite*, nimis tranſlate, nec opus tam alta figura, quum apte poſſimus ac debeamus *velut exiguam nactæ ſolutionem vel laxamentum*.

TANAQVILLI FABRI

Notæ & Animadversiones in

TIMONEM LVCIANI.

CAPVT I.

Timon quo tempore vixerit. quo anno hæc acciderint quæ à Luciano fingunstur. Κολυτὸς. *Ἀλαὶ duplices. Heliodorus eodem in loco bis emendatus. ῥυθμός. de arca Deucalionis & Noachi. Lycerus mons, quis. Lincurn in Græcia barbara quid, & unde.* σωτὴρ, *& de illa voce judicium Ciceronis. ἰσχανώ. de Epimenidis ævo. Lucianus emendatus,* Οἶτις *pro* Αἴτιης. *de Iovis sepulcro ex historia sacra Evemori. Scholiastes Callimachi emendatus. In Luciano tentata emendatio. Hecatomba. de ἄσυ centra ea quæ apud Diodorum legunstur. Lucianus emendatus.*

Pag. 51. lin. 1. Τίμων] Quandoquidem libelli hujus ὑποθεσις erit Timon, ille cognomento μισάνθρωπος, de eo pauca visum est dicere. Vixit igitur Athenis belli Peloponnesiaci tempore. Nam cetera argumenta ut omittam, Lucianus Demeam rhetora sic loquentem inducit: καὶ ἐγέγνων ἡ (de Timone loquitur) ἐπὶ τῆς παλαιᾶς πόλεως πρὸς τὰς Ἀθήνας, (quem locum infra examinabimus) & strenuè se fortiterque gessit pro republica anno superiore, cùm Peloponnesii Acharnenses obsiderent. Acharnæ autem δῆμος Ἀττικῆς antio primo belli Peloponnesiaci obsessæ sunt, ut ex Thucydide locupletissimo teste constat. Quamobrem ea quæ hic à Luciano narrantur, in annum CCCXXII. urbis Romanæ conjici debent, qui est ante Christum natum CCCCXXIX. Erat autem Timon ex eo Atticæ populo seu oppido, cui Κολυτὸς nomen. Indidem oriundus Plato Philosophus. Κολυτὸς autem ad radices montis Hymetti jacebat. Quare non temere est quòd à Luciano scribitur, τίς ἐστὶν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ πικρὸς ἐκεῖνος ὁ Ἀττικὸς παρὰ τὸν Ὑμηττὸν, ὡς τῇ ἀκροπόλει; Patrem habuit Echecratidem nulla alia re insignem, quàm quòd Timonem genuit. De hominis moribus nil attinet dicere, cùm eam rem Plutarchus διὰ μακρολογίας in vita M. Antonii absolverit. Hoc addam tantùm, Timonem virum bonum fuisse, & moribus adeò factis ad humanitatem, nihil ut ipso χρηστότερον, nihil benignius extiterit. Nam quòd illum μισάνθρωπον cognominarunt, id hercle perperam fecere. Quemadmodum enim qui Mercurium, Venerem, Sylvanum, & alias id genus nugas deos esse olim negabant, non rectè ἄθεοι vocarentur (neque enim Sylvanus Mercuriusque dii sunt) sic Timon non rectè μισάνθρωπος appellabitur. Quid ita? inquies. Quia non hominès ille, sed feras oderat, quibus atas illa scatebat. Certè qui Aristophanis fabulas, veram Attici ingenii imaginem, ut ajunt veteres magistri, legerit, de his mecum tria non commutabit verba. Accedat his Platonis testimonium, qui ita scripsit in epistola XXIV. inter illas quæ non ita pridem à Leone Allatio vulgatæ sunt. Quo enim loco ait se in fundum Hephæstiadeum migrasse (Ἡφαιστιάδην debuit scribere Leo ex Diogene Laërtio & Hermolao ἐν ἐβδόμῃ, non autem Ἐφεστιάδην) ut ubi ἀποθάνῃ τῷ ἀγρῷ vi-

ἐστι; addit συμβγναι τὸν Τίμωνα ἐν τῷ ἔρει μηδένα ἐρᾶν, μὲ θέλειν ἐκ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ ἠδύνατο θέλειν μισεῖν. Cognovi ego, Timonem non posse odisse homines: sed cùm homines nanciscì in urbe non posset, belluas amare haud potuit. Extat ejus Epitaphium olim à Callimacho scriptum; & item alterum homo providus sibi fecerat. En tibi, ut quidem tali dignum ingenio est:

Ἐνθάδ' ὀπορίξας ψυχὴν βαρυδάιμονα κεῖμαι·
Τύμων δ' ὁ μίσανθρωπος, κακοὶ δ' ἐμὲ κατθάνετε.

Ait Plutarchus sepultum eum fuisse Ἀλαιέα· sed illum duæ sint Ἀλαί, locum ille Plutarchi de Araphenidibus intelligas, non de Æxonidibus: nam priores ad tribum Ægeida pertinebant, alteræ non item. Cæterum hunc libellum insertum, ita elegantem judico eum ut inter politissimos Luciani non dubitem referre. Ita ingeniosè & facilè compositus est, ut cinulla comœdia possit comparari. Tum porro, si usquam alibi, pura in eo oratio est, atque ita castigata ut nihil sit. Habet quidem initium vehementius paulo & tragicum spirans, sed ita homini fortunis & moribus convenientis, ut nihil ἀνωτέρω fingi queat. Cæterum, ut habeo, Lector, nunquam post renatas meliores literas puriorem editum fuisse libellum hunc. Idque ita verum est, ut satis mirari non possim hominis illius impudentiam, qui ausus est posteris imponere, professusque est editionem illam Parisiensem in forma maxima ex Mss. Codd. regiæ bibliothecæ expressam esse.

Νῆφε δ' μάταιον ἀπιστεῖν, ἀνδρὸς τοῦτο τὸ φρονεῖν.

nihil verius, mi Lector, neque magis in vita degunda utile.

Pag. 52. lin. 10. σὺ ζεῦ φίλιε ὦ ξένιε] Hæc Iovis cognomina, & plura item alia, diligentissimè sunt & ingeniosissimè à Dione Chrysostomo explicata Oratione I. de regno pag. 8. editionis Morellianæ. Cæterum, quod in interpretatione illa omnia Græcè, utì se habebant, reliqui, id non tenuere factum est: & qui κρεπιαὶ sunt, facilè causam videbunt.

Pag. 53. lin. 6. Ἐπεισέρπεις] Hujusmodi carminum fulcra Latini ubicinæ vocabant; eaque voce olim usus est Virgilius, referente anonymo Biographo. Sed admonet me hoc verbum, ut meum de quodam Heliodori loco judicium aperiam; mihi enim vehemens suspicio fit, corruptum eum esse. Is ita ubique legitur: Μετὰ ἢ τοῦ δεξιοῦ ἡ ἀγκὼν ἐκτέτακε χεῖρα ἐπιφέρουσα, ἐ τοῖς ἐμπλέκεις ἡ παρεῖαν ὀπισθεφέρουσα, &c. Est ibi elegantissima mœrentis Chariclix descriptio. lego ἡ παρεῖαν ὑπεισέρουσα, doctis fortasse non dissentientibus. sed quia non uno vitio hunc locum laborare judico, iterum mihi tentandus est. Quis enim unquam audivit dici, ἀγκὼν χεῖρα? Scio quidem, & monent veteres magistri, ἀγκὼν quandoque esse ὄνομα πᾶν χειρός; sed hic ex descriptionis serie non potest. Itaque sic mihi persuadeo legendum esse, ἀγκὼν δεξιὰν ἐκτέτακε. Totam illam descriptionem legito, si te, si me, amas. Ad illud autem ὑπεισέρουσα ut revertar, non omittendum illud quod in Milite gloriosa dicitur est, os colum natum; sed κωμικώτερον.

Lin. 8. Ῥυθμοὶ] Ῥυθμοὶ & μέτρα non sunt eadem: itaque rectè distinxit Lucianus. proprie enim ῥυθμὸς ad incessum pertinet, ut mihi ex Platone demonstrare facile sit lib. III. de Republica, & lib. II. de legibus; ex Scholiaste denique Æschyli in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. qui ait, Βακχεῖον δ' ἐστὶ ῥυθμὸς, τὸ ἐκ τριῶν χρόνων pag. 74. edit. Stephanianæ. Ex Luciano præterea ipso in περὶ ὀρχήσεως. cum ait de iis, qui inepte & perperam saltant, ἐπεὶ καὶ τὸ ὑπὸ τοῦτο, ἴσως δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. Atque utinam veteres illos poëtas datum nobis esset ferè recitantes audire, eorumque choros spectare. Quàm multa hodie tenebrarum quæ nos circumvolitant circa μέτρα & ῥυθμοὺς! mira enim veterum circa hanc rem diligentia. Itaque apud Scholiastem Aristophanis legas, ἀρχαῖα ἐστὶ μετρικὴ ῥυθμικὴ διδασκαλία.

Pag. 57. lin. 5. Τὸ μανδραγόρας] Illius enim vis ὑπνοποιὸς est, seu soporifica, ut loquitur Plinius. Xenophon in Symposio. τοῦ γὰρ ὕπνου ἐπιόντος αὐτοῖς, ὡς λέγεται, ὑπὸ μανδραγόρου ἢ ἄλλου τινός, καὶ

Ea

ſt & tale aliquid in ſexto Platonis ἐκ τῆ πολιτείας, ubi ταῦλαξ dicitur ἀνδρεχόρα & μίσθ συμποδιδείς.

Pag. 59. lin. 10. Κοσμιώδη] Παῖζε χαρίεντως ſcriptor περὶ τὸ ὁμοιοτέλευτον, in adverbiis ſcilicet ſimiliter exeuntibus, σπερμῶδη, σωρῶδη, κοσμιώδη. Ceterùm cùm ait σεσμὰς fieri κοσμιώδη, intellige ita frequentes, ita rebros, ita ſibi inviocm inſtantes, ut eam cribri agitationem referre videantur, quæ fit cùm grana incernuntur.

Pag. 60. lin. 4. Παγδίοις] Notandum hoc Luciani judicium, qui ὑπὸ παγδίε & dicti φορτικῶς in proſa ſcilicet oratione dici exiſtimat. At Suidas proprie dici credidit. Nam hominem παγδίον quomodo Alexandrum vocavit Plutarchus, ait dici κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῆ ἰμάντος. Hæc & alia hujuſmodi ſedulò obſervanda judico, ut ad proprietatem Græci ſermonis perveniri poſſit. Ceterùm non ὑετοὶ τὸ, legendum eſt, ſed ὑετοὶ tantùm. Quod autem vocem hanc παγδίοις in verſione Latina reliqui, id fieri debuit.

Pag. 61. lin. 4. Κιβώτιον] Locus apprime notandus; convenit enim cum Hiſtoria ſacra, niſi quòd, ut ait Comicus, *male diviſa ſunt temporibus hæc.* Quæ enim de Noacho ſcripta à principe hiſtoricorum Moſe fuerant, ad Deucalionem ſuum tranſtulerunt Græci. Ceterùm quod κιβώτιον Luciano in hac hiſtoria dicitur, aliis λάρναξ eſt, vox ejuſdem ſignificationis. Vſus ea quondam fuerat Nicolaus Damaſcenus, cùm de primo diluvio ageret. locus eſt apud Ioſephum. Eadem quoque occurrit apud Plutarchum, in eruditiſſimo libro de ſolertia animalium, quo loco, mirum, & columbæ meminit; ſed eam tamen ad fabulatores remittit. οἱ μὲν δὴ μυθολόγοι, ait, περὶ Δευκαλίωνα φασὶ σημεῖον εἶναι τῆ λάρνακος ἀφιεμένῃ περιστερὰν χειμῶνος μὲν οὔσης πάλιν εἰσδυομένῃ, εὐδίας δ, ἐκπετᾶσαν. id eſt, *Fabulatores quidam produnt columbam ex arca emiſſam indicium tempeſtatis Deucalionæ fuiſſe, cùm ſe rurſus in eam conferret, ſerenitatis verò, cùm prorſus avolaſſet.* pag. 968. edit. Pariſ.

Pag. 62. lin. 1. Λυκωρείᾳ] Parnaſſus eſt, aut certè illius pars, (nam ad Parnaſſum appulit Deucalion) ibi quoque olim fuit urbs Lycorea, ut ex veteribus Geographis conſtat. hinc itaque eſt quod hodieque à Græcis incolis Parnaſſus Liacura dicitur.

Pag. 65. lin. 1. Ὦ Σωμάσιε] Honeſta appellatio: nihil apud Græcos ſcriptores frequentius. ita ὦ γλυκύτατε, ὦ γλυκεῖε, ὦ δαιμόνιε, & alia ſexcenta.

Lin. 5. Δευκαλίωνος] Etſi conſtet plures fuiſſe Deucaliones, eo tamen confugere nihil neceſſe eſt; ſed locus tantùm explicandus. Intellige igitur pœnas & calamitates Σκιλάτες, quibus humanum genus ſub Deucalione pœne periit, leviores eſſe quàm ut, &c.

Pag. 67. lin. 1. Μηδὲ ἀναγόντες] Verti *ne legentes quidem*; non metaphora eſt ducta ἀπὸ τῆ σηλὸν ἀνατεταμένου.

Lin. 6. Σωτῆρα & ἀρχηγέτην] Fere plerumque has duas voces conjungebant; exempla ita crebra, ut pigeat colligere: aliquando etiam dicebant σωτῆρ καὶ Ζεύς. Plutarch. in vita Dionis. Ceterùm miror quod dixit Cicero, *σωτὴρ Latine uno verbo exprimi non poteſt*, nam *ſervator* idem facit Latine quod Græce σωτήρ. Terentius: *ſervatrix mea.* In Græco haud dubie erat σώτειρα, quid enim aliud?

Lin. 8. Ἐπὶ τελείῳ & ἐσχατιᾷ] Cave ſis idem cum illo ſentias, qui vertit, *ad extrema redactus conſilia.* nihil nequius dici aut fingi poteſt, Dii boni! Saltem meminiſſe Homerici illius;

Ἀγρεῦ ἐπ' ἐσχατιὰν, ὅθι δώματα, &c. Odyſſ. 4. item.

Ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν στρεπτῇ ἐνικμήσῃ μύλαινῃ

Ἀγρεῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, ἵ μὴ πάρα γίτονες ἄλλοι. Odyſſ. 5.

ἐσχατιὰ hoc quidem loco nihil aliud quidquam eſt quàm ſolitudo, receſſus, pars ruris remotior. Heſych. & Harpocration. Lucianus infrà vocabit ſimpliciter ἄγρον.

Pag. 69. lin. 2. Νάδυμον] Reliqui vocem Græcam in verſione, eſt enim reſpectus ad Hom. locum.

Lin. 3. Ἐπιμενίδην] Somnus Epimenidis notiſſimus eſt ex Diog. Laërt. Suida, & quo non? Sed in primis obſervandum eſt quod jam dicam. Ferunt eſt Diogenes eum Olympiade XLVII. Athenas veniſſe, urbem luſtraſſe, expiantiam ſedaſſe. Sed id qui fieri potuit, cùm dicat, Niciam illum Nicomedium, clade Siculâ nobilem, in Cretam ad eum miſſum fuiſſe? quod eum non potuit, niſi annis poſt plus minùs CLXX. Plato autem lib. 1. de Legibus ait advectum eum Athenas τοῦ τὰ Πιστικῶν λόγου ἕνεκα: id erit circa Olympiadem ſeptuageſimam. Id verò qui pote, cùm omnes uno ore aſſerant ipſe ipſum Solonis familiarem? Viderint itaque alii. Certe *d μακρὸς διάστημα* aut aut neceſſe eſt in unum Epimenidem, collatum fuiſſe; quod de pluribus dictum fuerat; (id quod ſæpe uſu veniſſe conſtat in multis) aut verum illud eſt quod de illo quondam dixere Cretes, annos videlicet CCXC. vixiſſe. Eſſet hic homo campus ſcripturienti. Ceterùm miror diligentiſſimum Caſaubonum hæc ad Diogenem præteriiſſe.

Lin. 5. Οἶτος] Error manifeſtus. legendum enim Αἴτνη, fulmine Iovis ex Ætna, qui mons olim perpetuo ardebat incendio, accendi ait Lucianus. De Oeta nil tale legas. At ibi, inquies, Hercules crematus eſt: fateor. *quid tum?* Ex eone tempore mons arſit? ne dixeris.

Lin. 5. Ἐπιμενίδης] Libentiùs legerim *ἐπιμενιδῶν* maniſeſtum eſt Erasmus verterit, *redaccenſò*, &c. quamobrem in ſuo codice legit non ἐπιμενίδης, ſed *ἐπιμενιδῶν*.

Lin. 10. Σὴς πατρὸς] Locum Callimachi reſpicit, hymno in Iovem, quem profert quoque Origenes adverſus Celſum Epicureum. is ita ſe habet:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σοῦτε
Κρῆτες ἐτευξάμενοι· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Semper mendaces ſunt Cretes. etenim ſepulcrum tuum, ô rex Jupiter conſtruxerunt; tu verò non es mortuus; ſemper enim es. Ad quem locum doctiſſimus Scholiaſtes hæc habet, ſi minùs vera, at certe ingeniosa. Ἐν Κρήτῃ δεῖκνυται τάφος τοῦ Μίνωος ἐπιγέγραπται, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ, ΤΑΦΟΣ. τὸ χεῖρον δὲ τὸ τοῦ ΜΙΝΩΟΣ ἀπηλείφθη, ὅτι ἀδελφοῦ ἦν ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. ἐν τούτῳ δὲ ἦσαν λίγυες Κρῆτες ἐκ τάφου τοῦ Διός. *Sepulcro Minois inſcriptum fuerat,* ΜΙΝΟΙΣ ΙΟΥΙΣ [F.] ΣΕΡΥΛΓΕΝΥΜ. *Lapſu autem temporis illud,* ΜΙΝΟΙΣ, *deletum eſt, ita ut reliquum ſit tantùm,* ΙΟΥΙΣ ΣΕΡΥΛΓΕΝΥΜ. *hinc eſt quod ferunt Cretes eſſe apud ſe Iovis ſepulcrum.* Ceterùm in loco Scholiaſtæ legendum eſt non τὸ τοῦ Μίνωος, ſed τὸ, Μίνωος, ut ſit poſitum ὑλικῶς, ut vulgo loquuntur. Quod verò dixi ſuprà, ea mihi videri ſi non vera, at certe ingeniosa, non temere dixi. Nam ex Evemeri hac Hiſtoria, quam olim Lactuam fecerat Ennius, ſuſpicio eſt totum illud negotium ſe ſe aliter habuiſſe. Locus eſt apud Lactantium: *Iupiter ætate peſſum adducta vitam commutavit, & ad deos abiit; eumque Curetes filii ſui curaverunt; (ſimulque ἐκ τοῦ τὸν τάφον Διὸς κτίσαντες) decoraverunt que: & ſepulcrum ejus eſt in Creta, in oppido Gnoſo; & dicitur Veſta hanc urbem cre a viſſe* (ita loqui amat Ennius; illum autem *creare* Græcum eſt κτίζειν, quod & condere ſignificat) *eumque ſepulcri ejus eſſe inſcriptum antiquis literis Græcis,* ΟΖΕΥΣ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ. Ceterùm in cod. Reg. legitur ἐν τῷ ἐκεῖ πατρὸς. unde fortaſſe legendum τὸ οὗς ἐκεῖ πατρὸς. verùm non eſt tanti.

Pag. 70. lin. 2. Παρὰ τὸ Τιμωνίου] Ibi enim erat Κολυτὸς δῆμος, a quo oriundus Timon. quod ſupra monui.

Pag. 71. lin. 2. Καθ' ἱερὸν τελεῖν ἑστάσας] Nota. alii enim dicerent τὰ ἐκείνου ἱερὰ, non καθ' ἱερὸν.

Lin. 4. Ἑκατόμβας] De quibuſvis pecudibus dicitur, contrà quam plerique viderunt: nam apud Diodorum memini me legere ἑκατόμβιον πρόβατον; apud Hom. autem ἑκατόμβας αἰγῶν. Quin etiam citatum video in Scholiis Græcis ἕνα ἑκατόμβας, quod & apud veterem ſcriptorem legiſſe me ſcio. Ceterùm duplex hecatombe: altera centum pecudibus conſtabat; altera quinque & triginta,

ἴ, ex Schol. Hom. in Iliad. A. itaque minores has hecatombas quasi ἑκατὸν βόας vocabant: per pedes enim, seu βόστις numerabant.

Lin. 5. Διόσια] Iovis sacra. *Dialia*, opinor, recte vertas, itidem ut *flamen Dialis* dicebatur, qui Iovi proprius erat. Emenda Schol. Aristophanis ad νεφέλας; ubi enim scriptum est διόσια dicta fuisse ἀπὸ τῶ φυγεῖν τὰς δίας, legendum est δίους, id est λύπας. unde apud Hesychium hodieque legitur ἀσιδεεν pro λυπεῖσθαι, & ἀσηδεὶς pro λυπηδεὶς, & apud Herodotum in Thalia, ἐδίζητο ὅπῃ ὦ ἀν μέλιστα ἡ ψυχὴ ἀσηδέα ὑπολαμβάνοι ἡ κιμμερίων.

Pag. 72. lin. 5. Οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν, &c. ἀς ἄλλοθί λόγω] Locus adprime faciens ad proprietatem Græci sermonis. Vix millesimus quisque hæc observat: dicam tamen quod sentio. οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν hoc loco est, *si quis minus exacte loqui velit*, &c. quod in versione mea expressi. Itaque οὕτωσὶ εἰπεῖν & ἀλλοθί λόγω, quodam modo opponuntur.

Lin. 9. Ἀκρισία σὲ δὴ φίλης] In Mss. Reg. legitur σὲ ἡ φίλη, non placet; neque adeo injuria.

Pag. 73. lin. 11. Ἄγυ] Admonet me hæc vocula loci cujusdam, qui apud Diodorum legitur, lib. 1. pag. 24. edit. Rhodomannianæ. Ibi enim sunt qui probare conantur, Athenienses Saitarum (in Ægypto sunt Saitæ) colonos esse; hancque afferunt rationem, quòd παρ' Αἰγυπτίοις μύθοις ἡ Ἑλλήνων, πόλις ἄγυ καλεῖται, idque ducta, ut ajunt, appellatione ab urbe seu pago Ægypti, cui nomen Asty (meminit Hermolaus ex Ἐθνικῶν.) Rem ipsam in medio relinquam; sed argumentum illud dico telum esse plane plumbeum, qui sciam passim apud Homerum, Herodotum, & antiquissimos quosque scriptores reperiri ἄγυ pro πόλις: quæcunque illa sit urbs. Quin recentiores quoque Græci ita usurpant. nam apud Plutarchum est Φωκίων ἄγυ, in vita Themistoclis. Terentii autem locus, *An in ἄγυ venit*, nihilo magis probat. scena enim Athenis esse fingitur. hic quoque Luciani nostri, qui nobis in manibus est, tantumdem efficit. nam scena hujus διάλογος in Attica est. Sique Alexandriæ res ageretur aut Epidauri, liceret dicere, *An in ἄγυ venit*, pro, *an in urbem venit*, seu illa Epidaurus foret, seu Alexandria. Itaque loci illius auctoritate, qui apud Diodorum est, non est quod tantopere moveamur.

Pag. 74. lin. 6. Ἠγανάκτ] Lego ἀγανακτῶ, & ποιήσωμεν.

CAPVT II.

Lucianus sex septem locis emendatus. in Xenoph. conjectura. Proserpina & Ceres θεσμοφόροι. Diogenes Laërtius emendatus in V. Bionis. πλεῖν ἐπὶ πόρμα, recte dici. Lucianus emend. ut & Hesychius in Ἑρμᾶς. Lucianus emend. δὴ pro δεῖ. Dionis Chrisostomi locus in Ὀλυμπικῷ emendatur ἀφ' πυρικάστους. de hac voce ἠδηδὸν, contra Bud. & Vallam. ὀρχηδὸν, & alia quædam.

Lin. 8. Τοσαῦτα πόστατα ταῦρων] Ajunt esse Atticissimum, πόστατα αἰγῶν; & ego ajo solos barbaros Græce dicere τοσαῦτα πόστατα. Itaque locus vitio non caret. hoc enim loquendi genus Græcæ consuetudinis non est. Hæc ad oram libri annotaveram, cùm ex Codd. Regg. cognovi locum mutilum esse: nam in iis planissime legitur, τοσαῦτα μηρία ταῦρων, &c. *tot femora taurorum*, &c. notum enim femora in sacris præcipue absumpta. Testes qui petat, non Homerum, non Aristophanem, nec poëtam denique ullum legerit. Itaque supersedebo asserendis testimoniis.

Pag. 76. lin. 8. Λίμνας μεγάλας] Puto scripsisse Lucianum λίμνας μεγάλας μεγά-

ἐμ τῇ &c. Terent. *magno conatu magnas nugas.* alioqui illud ἀρχὴ nullo adjecto nomine non ſatis efficax videtur.

Lin. 10. Σωκίζει πρὸς ἡμᾶς] Etiamſi nullum in Mſſ. Codd. ſubſidium eſſet, hemini tamen, ut opinor, difficile foret perſuadere, legendum πρὸς ἐμοί. Video ſane pleroſque omnes in hac eſſe opinione, Luciani textum, uti vocant, eſſe perquam emendatiſſimum; ſed qui ita cenſent, næ illi haud ſatis attendunt, quid legunt. Nam hoc loco πρὸς ἡμᾶς ſoloeciſmus eſt; & tamen ex tot editoribus nemo animadvertit. ὦ hominum expromptam diligentiam!

Pag. 77. lin. 15. Πεφίλω &c. Ἀνεξαγόρου] Hinc facile cognoſcas, quo tempore vixerit Timon. Legendus Plutarchus in Pericle, Diogenes in Anaxagora.

Pag. 79. lin. 3. Σωκρίζει παρὰ τὴν πέτραν] Locus corruptus, etſi primò ſeëns videatur: cùm enim ſcripſiſſet Lucianus σωκρίζει ἀβὲ τὴ πέτρᾳ, neſcio qui male conciliati tam bonam lectionem παραδιάφθειραν, fecerunteque παρὰ τὴν πέτραν, Sed longe alius eſt ſenſus, ſi παρὰ τὴν πέτραν legas, alius ſi ἀβὲ τῇ πέτρᾳ. Illud enim *juxta petram*, ſignificat, hoc autem *ad petram*. Illud ridiculum, *fulmen juxta petram*, aut *prope petram*, hoc non item, *ad petram*. Hanc emendationem Mſ. codicis auctoritas confirmat.

Pag. 81. lin. 10. Καὶ μόνον οὐχὶ διωθέντες ἐξεώθει με τῆ οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸν καπνὸν ἐκ χειρῶν ἀποῤῥιπτοῦντες.] Locus corruptus. Qui potè, inquies. Quæſo nonne ἀγανακτοῦσαν lit, ſi quis dicat, *ferè me foràs extrudebat, veluti qui ignem ex manibus excutiunt?* videlicet tota labes ex unius vocalis defectu, quæ propter ſimilitudinem literarum facile excidit, & ſcilicet, & καθάπερ οἱ &c. quæ una efficiet, ut omnia conſtent, ſic, *me veluti fuſtina extrudebat, & ut ii facere ſolent, qui excuſſa manu carbones ardentes amoliuntur.* Dices, non erat tanti; ſane quidem, ſi ſententiæ tam exigua res non obſtiſſet; ſed, ut opinor, non eſt quod me, atque adeò quemquam literaturæ politioris ſtudioſum, hujus diligentiæ pudeat.

Pag. 84. lin. 10. Ἄλλοτε δὲ ταυτὶ τοῦτον ἐρεθίζουσι] Reſpicit locum qui in Platone Ariſtophanis eſt: quem hùc tranſferre non vacat, ut nec alia μυρία ὅσα, nam ex Ariſtophanis Pluto hæc magnam bonamque partem eduxta ſunt.

Pag. 88. lin. 9. Πάλαι μὴ σὺ αἰτιᾷ] Non poteſt ſtare hic locus, niſi legas σὺ pro σὺ. Senſus eſt: *numquid ab omni ratione alienum eſt, te illum hæc queri, ſiunc autem plani contraria Pluto objicere?* alioqui αἰτιᾶσθαί σὺ τινὸς ſignificabit, *te in his accuſare*, vel, *te rerum harum accuſare*, quod nihil ad rem, nunc quidem, facit.

Lin. 13. Τὸ τοὺς Τίμωνα τὸ ἀνεμώλιον] Meliùs ſcribi judico τοῦτο τοὺς Τίμωνα τὸ ἀνεμώλιον.

Pag. 89. lin. 1. Εὐνοϊκὸν εἰς ἐμέ] Legerim εὐνοϊκὸν εἰς ἐμὲ, etſi aliter ſenſerim. Siquis autem exiſtimat εἰς ἐμὲ in lingua communi, & εἰς ἐμὲ in lingua Attica, idem eſſe, fallitur: nam εἰς ἐμὲ Atticum, ſemper *ad me*, vel *in domum meam* ſignificat, non *erga me*.

Lin. 3. Καταλείψουσι σὺ θύρας] Suſpicor legendum θύρατε, *tu area.* forte etiam pro θύρας ſcriptum fuerit θύλακε, quæ vox aliquando ciſtulam ſignificat, aliquando ſaccum. Deinde ſi hac voce θύρας uti voluiſſet, haud dubiè dixiſſet τὰς θύρας, non σὺ θύρας, quemadmodum ſcripſit ſuprà, καπνιζόντας τὰς μοχλοὺς & κλεῖς.

Lin. 11. Τὰ τοιαῦτα διαμοῖς κατασπῶντας] Ita Xenophon de ſvaris: οἱ μὲν ἐπειδὰν τὸ ἀρώτιμον ἀφελῶσι κτίσουσι, τὰ μὲν αὐτῶν καταρύπτουσι, τὰ δ κατασπῶσιν. mox ſequitur locus mihi ſuſpectus: τὰ δ ἀεθμαίνοντες, & ἱστάντες, & διαψύχοντες. libenter legerim διαψύχοντες, eos ut deſignet, qui pecuniam ſuam fricant, ut æruginem avertant. Locus eſt lib. 8. Κύρ παιδείας pag. 211. editionis poſtremæ Leunclavianæ.

Pag. 90. lin. 4. Μέθυε] Reſpicit proverbium notiſſimum, μέτρον ἄριστον.

Lin. 8. Ὦ Ζεῦ φεῦ τῶ Διός] Hujuſmodi facetia apud Ariſtophan. eſt.

Pag.

Pag. 91. lin. 5. Α'πάγοι μοι χόδιασμβίλιω] Cùm sequatur mox ἀνοίγων τὰς θύρας, non possum concoquere istud ἀπάγοι; qua voce significatur puellam à marito foras permolendam duci, quod contrà Lucianus, qui μεγάλα μυστήρια domi fieri innuit. Itaque lego non ἀπάγοι, sed φεράγοι, unde φεραγωγὸς, verum talis meriti nomen. Deinde in codice Erasmi ita legebatur; quod ex ipsius versione facile intelligitur. Sic enim habet, *Vel producat ultro.*

Pag. 92. lin. 2. Ε'π' ἀρότῳ παίδων γνησίων] Tragicum est. Ita in illo maxime inclyto oraculo, quod olim Laio datum fuit;

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοχα δαιμόνων βίᾳ.
Heus, liberorum ne sulcum feras diis
Invitis. ——

Pag. 93. lin. 4. Τῇ Θεσμοφόρῳ] Virg. *Legifera Cereri.* Causam explicat Diodorus lib. 5. nec ipsa tantùm Ceres dicta fuit Θεσμοφόρος, sed & Proserpina. Vnde apud Plutarchum in vita Diopis legas Θεσμοφόρῳ τύχῃ, *Cereris & Proserpinæ*, &c.

Lin. 6. Ταῦτα] Forte melius τ' αὐτὰ, ita ut dicat Lucianus non *hæc*, sed *eadem.*

Pag. 94. lin. 1. Σπιγματίας] *Notis compunctus*, Cicer. à Luciano autem alibi hujusmodi servus κατιγράφων dicitur. à Plauto autem literatus. Inde amarus ille Aristophanis in Samios jocus,

Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν εἰς στολυγράμματος,

Apud Plutarchum in vita Periclis, quem adito.

Lin. 3. Καλὼ τὴν δίκην] Vt Galli dicunt in sermone, *Vne bonne amende.* Vbi *bona* nihil aliud est quàm *magna*, ut apud Horat. *At bona pars hominum*, &c. quæ tamen hominum pars minime bona est; nam avaros describit, homines nec sibi nec aliis bonos. Ita Lucianus in Pseudomonti dixit, χρηστὸν δῆγμα, *morsum bonum*, pro vehementi & acri.

Pag. 95. lin. 9. Δαναΐδων] Diogenes Laërtius mihi in vita Bionis emendandus est; ubi enim de iis, qui apud inferos aquam vasis pertusis ferebant, loquitur, sic scribit; Ἴσχε δὲ τὸ ἀδὺ μᾶλλον ὁ κολαζόμενος ἐν ἀλακλήτῳ ἢ μὴ τετρημένοις ἀγγείοις ὑδροφόρων. At pro τετρημένοις legendum est τετρημένοις, vel, quod eodem recidit, τετρυπημένοις. Nam illud τετρημένοις, hoc loco nulli rei est.

Pag. 96. lin. 2. Περὶ εἰσρυλίαν χαθὸν ἐκχυθησομένην] Facile sane; priùs pene effunderetur, quàm infusum fuerit. Tale aliquid apud Aristophanem est, ἐν ὑφίλ. de sono obliviso,

Ο'ψις σκαλαθυρμὰ τ' ἔδια μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ὀθνείλησεν πρὶν μαθεῖν. ——

Lin. 8. Καὶ εἰς ἄπαξ] Forte aliter disponenda verba sunt, ad hunc modum; ἐκεῖ εἰ μὴ εἰς τὸ ἅπαξ ἐμφρήζοι τὸ κεχηνὸς, &c.

Pag. 98. lin. 1. Α'μφοτέρως] Σκίλιστ videlicet.

Lin. 2. Ω'ς μόλις τελεῖν δεῖ τὸ τέρμα] Istud τελεῖν δεῖ τὸ τέρμα non pertractate dictum, neque ita frequenter occurrit tale loquendi genus apud scriptores mere Græcos. hinc itaque est quòd in Cod. Reg. mutatum fuit τελεῖν in ἀλθεῖν: sed eam lectionem cave admittas, quæ ab ignoratione exscriptoris profecta sit. Optime enim dicitur τελεῖν δεῖ τὸ τέρμα. Ita in erudito illo Luciani libello πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, legitur: Σκόπιον ἂν ἐς θύμαρίστερον τελείως ἄγοι ἐς πόρος τ' σκοπόν. *Facilius ad usque scopum pervenerit.* Idque Thucydidis imitatione, qui pag. 305. edit. 2. Stephanianæ, de Brasida loquens dixit: ἐς Φάρσαλον ἐθέλειν. Quamobrem hoc quidem loco Mſ. Cod. lectionem rejiciemus, quamvis se facilitate commendet.

Pag. 99. lin. 2. Ο'ρνίων πτερύγων] Horatius de Fortuna —— *ficeleres quatit*
Pennas —— sed quod in Mſ. Cod. legitur, impensiùs placet, ἀνειρον scilicet, quæ & alata finguntur.

Lin 2. Ε'πειτ' δὲ ὕστερος] Bene ἔπειτ. nam cùm parati omnes essent, qui

ad currendum convenerant, tunc repagulum illud, quod equis & curribus objectum erat, dejiciebatur. Lucianus in libello περὶ τῶ μὴ ῥαδίως πιστεύειν τῇ διαβολῇ. sic habet: κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς ἡνιόχος ἐν ὕσπληγγι δίκης καταπαύσας, &c.

Lin. 7. Ἔγωγ' ἄν] Mſ. Cod. ἐγὼ Ν τοι.

Lin. 8. Οὐδὲ ὀκνοῖεν ἂν ἥκιστα βρόχον] Ἄγχειν laqueo prætimere, ait ille.

Pag. 100. lin. 8. Πλούτων] Nunc de pecunia legataria ſeu teſtamentaria agitur eſt, quæ cùm nemini niſi morte alterius obvenire poſſit, illam à Platone Manium deo dari fingit Lucianus.

Lin. 15. Φοροῦσιν] Verti, *per baiulos domo efferunt*; etſi ſcio vocem hanc Latine reddi ſervatâ propriſtate ſatis commode non poſſe.

Pag. 101. lin. 1. Περὶκειμ] Signanter dixit. Nam de mortuis propriè dicimus; unde alicubi memini legere θανατικῶν pro θανόν.

Lin. 3. Ἐπαλπίσαντες] Non temere in hoc ſignificatu vocem hanc reperio. Sane nuſquam alibi, quod meminerim, legi. Nam ἐπαλπίζειν *in ſpem inducere* eſt: hîc autem de iis dicitur, qui ea ſperant, quibus alii præter ſpem fruuntur.

Lin. 8. Λῖνον] Quo utebantur veteres ut nos hodie ſerico ad vinciendas epiſtolas, teſtamenta, &c.

Pag. 102. lin. 9. Πυῤῥίᾳ, Δρόμωνι] Servorum nomina. Πυῤῥίας Latinorum Comicorum Byrria eſt, eâdem mutatione, quâ olim apud veteres Latii poëtas ſcribebatur Bryges pro Phryges, apud Livium Andronicum, & Pacuvium ſcilicet. Tibius ſervile quoque nomen eſt; unde in libello περὶ τῆς ἐν ἅδου κολάσεως junxit Davos & Tibios. οἷα Δᾶος καὶ Τίβιος &c. Contra autem Megacles, Megabyzus, Protarchus, nobilium hominum nomina: ſed Megabyſus Aſianum eſt.

Pag. 103. lin. 6. Ὁ' Ὄννης] Horatius in hacce materia;

Plures annabunt thynni, & cetaria creſcent.

Lin. 10. Παχυδέρμους] Tardus, hebes, ſtolidus; ex phyſiognomonia petitum, qui enim cute ſunt craſſiore, eos ferè plerumque tardiores eſſe videmus. Neque verò obſcura cauſa eſt. Poteſt & aliorſum referri hoc loco; ſi cui videlicet occalluerint manus opere faciundo.

Pag. 104. lin. 1. Καὶ εἰ παρὰν ἄλλο μεσίξοι τις] Error: legendum enim ἄλλως, id eſt *forte, temerè, aliud agendo.*

Lin. 10. Γ' παντὸς ἥλιος] Ἡ' ὥσπερ νόσος ut ait Comicus, ἀπὸ φαγᾶν (id eſt ἀπὸ τοῦ φαγεῖν) ἐστίν.

Pag. 105. lin. 3. Εὐξυλίστερον Κίδρᾳ] Vide Suidam in Εὐξυλίστερος Κίδρᾳ. Hujus proverbii meminit & Themiſtius ἐν βασιλικῷ.

Lin. 19. Γ' παντὸς καὶ Καλλίᾳ] Eorum meminit ſæpe Plutarchus, Herodotus etiam alicubi. haud dubie Athenienſium ditiſſimi fuêre.

Pag. 106. lin. 7. Ἑρμῇ θησαυρῶν] Lucrum enim inſperatum à Mercurio objici credebant. Cæterùm etſi quod dicturus ſum, à Luciano noſtro alienum eſt, dicam tamen, hæc voce admonente ut locum Heſychii, qui hactenus corruptus legitur, emendem. Vbi enim eſt, Ἑρμῆν· ὅτι πάσσων ἰδίας ἔλεγεν, καὶ ἀπὸ ἀγαθῆς διαθέσεως, καὶ ἁπλῶς σωτῆρα, ibi emendandum eſt, Ἑρμῆν· ὅτι πάσσων ἰδίας &c. nihil certius. Vltimum enim poculum Mercurii erat. Cauſam apud Hom. habes.

ἐξ πυμάτου ἀπέδωκεν, ὅτε μιν πάντα κάτεκτα.

His addas licet Iulii Pollucis teſtimonium. Ἑρμῆς, inquit, πολλὰ φέρει. Apud Athenæum legas quoque Ἑρμῆς οὐδὲ ἀπόστολος πωποτὲ Χαράδρᾳ. Itaque certa emendatio eſt.

Lin. 14. Δυσδέρετον &c. ἐκλελοιπός] Hujus ἀναιρέσεως veluti ἀπόρρησις in Pluto Ariſtophanis. Terentius autem mirabiliter in his verſibus ſaue quam motatis;

Nauſium modi jam magna nobis copia
Penuriaque, &c. —— item:

Quam

Quàm gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Reflare video! Vah, vivere etiamnum libet.

His addi & illud poteſt quod apud Diogenem Laërtium eſt, λεί ψανα τῶ χρυσῦ γάτης.

Pag. 109. lin. 5. Βαθυκίτια σόντων] In Mſ. Cod. *βαθυκίτια*. Videlicet *βαθυκίτης*. nihil aliud erit, quàm qui *βαθὺ κίτος* habet, id eſt, *altas cavitates*. Quod etſi verum eſſe poteſt, mihi tamen nullà poteſt ratione probari, qui ſciam prioris ſyllabæ modum in *κίτος* brevem eſſe; ſciam præterea alluſiſſe Lucianum ad locum illum Theognidis, qui omnibus in ore eſt;

Η'ν (πυίας ſcilicet) δὴ χρὴ φθίνοντα ἐ σὶς μεγακήτεα σόντον
Πίπτειν ἐ πεζῶν, Κύρνε, μετ' ἀνδράσιν.

Videmus ſecundum verſum pæne integrum à Luciano ſumptum eſſe. Legendumne igitur cenſes, inquis, *μεγακήτεα* pro *βαθυκίτεα*? Non auſim ſane affirmare. Quid ita? Quia apud Stobæum & alios variatatem lectionis reperi: memini præterea ita à Plutarcho ſcriptum eſſe, ut à Luciano lectum eſt, *βαθυκήτεα* ſcilicet. locus eſt in libello *περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων*.

Pag. 112. lin. 3. Τί ὖν ἐ ὸν αὐτῷ ἦδη] Mſ. Τί ὖν ὸν ἐ ὸν &c. Quod ſi non melius eſt, at certe venuſtius aliquanto.

Lin. 8. Οὐ γὰ δεῖ] Meudum eſt. Nam pro δεῖ legendum δὴ, idque ante videram, quàm Mſ. Cod. lectiones conſuluiſſem. Alioqui quo tamen pacto ſtare poſſit hæc oratio, ἐ γὰ δεῖ ἐοικὸς? &c. ridiculum, ſi quidquam aliud.

Pag. 113. lin. 15. Δυσκάθικτος] Mſ. Cod. *δυσκάτοχος*. ſed eo dem recidit.

Pag. 114. lin. 2. Ο'σσὰ ἐ εἰχόλεις] Mſ. Cod. *ὅσσας οἱ εἰχ.*

Pag. 115. lin. 1. Ε'πιφυκότα] Mſ. *ἐμφυκότα* hoc loco male.

Lin. 4. Α'λλὰ μεταξὺ ἦδη φλυαρῶν τὰς ἡμᾶς] Diſponenda verba ſunt, ut & ratio & libri ſcripti monent; *ἀλλὰ μεταξὺ φλυαρῶντας ἡμᾶς φράγμα ἦδη* &c.

Lin. 9. Καταλείπων] Mſ. *καταλείπων del*, ut ſibi morem eſſe hunc perpetuum ſignificet.

Pag. 116. lin. 5. Τ'πορζόλῳ ἐ Κλίνης] Homines ſunt ſua *μεχθηρία* nobiles. Plutarchus, Ariſtophanes, & ſcripta in eum Scholia.

Lin. 13. Καὶ ὶ ἀνδρία] Dabunt, uti ſpero, hanc mihi veniam elegantiores homines, ſi à Luciano tantiſper abeam, dum Dionis Chryſoſtomi locum in Ὀλυμπικῶ emendem. pretium operæ erit. ſic habet pag. 197. ὁ γὰς λαμζάνω μαθητὰς, εἰδὼς ὅτι ἰδίτα ἔχοιμι διδάσκειν, ἅτε ἰδὲν αὐτὸς ὑπεςυμθὼν, ὥςε ψῦδός ἐ ἐξαπατᾶν ὑπερηνεμθὼν, ἵνα ἔχω τοιότων πρὸς ἀνθρίαν. Emenda meo præſidio, ἵνα ἔχω τοιότων πρὸς ἀναίδειαν. Videlicet homo modeſtiſſimus Dion fatetur ingenue non eſſe in ſe ſtiram illam vim, alios ut erudire poſſit, quippe qui indoctus ipſe ſit; vanis autem promiſſis homines lactare, id eſſe à moribus ſuis alieniſſimum; ſe enim eò impudentiæ non proceſſiſſe. locum ipſum legito, & à me haud diverſus abibis. Idque clariſſimum & diligentiſſimum virum Iſaac. Caſaubonum non vidiſſe miror.

Pag. 118. lin. 12. Εἰχειρήσεις] Legendum hoc loco *εἰχειρίσας*. Ita paſſim alibi circa hanc vocem erratum eſt.

Lin. 15. Π'άνος] Notanda metaphora; quaſi qui veſtem recentem & integram alteri commodarit, poſt certum tempus detritam recipiat.

Pag. 119. lin. 5. Α'πολείψῃ] Leg. vel *ὑπολείπῃ*, vel *ὑπολείψῃ*.

Lin. 12. Η'μεῖς ἦ σοφισταὶ] Mſ. *ἡμεῖς ἦ ἐ σοφισταί*.

Pag. 122. lin. 4. Α'θλιώτατον τὸ σοφῶν] Ita Lucretius, *Primo virorum*, pro flore vel principibus gentis, ita infra *σοφῶν τ' πολλῶν*.

Lin. 11. Τὸν δὲ Διί] Verſus Hom.

Pag. 124. lin. 5. Τῶν σολλῶν ἐκείνων] Duobus locis *vulgaria* vertit Eraſmus. fallitur. οἱ σολλοὶ quidem, ut nemini ignotum eſt: *vulgus* ſignificat, at τὰ σολλὰ ἐκείνα non ſignificat *vulgaria illa*. neque id patitur Græci ſermonis conſuetudo.

Pag. 125. lin. 11. Πάντας ἀνθρώπους ἀξιόδν] Certe hic unus locus per ſe ſatis probarit non ſemper ſumi ἀξιόδν ut ſumi debere contendunt viri doctiſſimi. Quamvis enim ab Euſtatio vertatur *καθ' ἀξίαντας*. conſtat tamen eam ſignifica-

tionem perquamplurimis locis non poſſe convenire. Ita apud Herodotum lib. 6. ubi ſcribit Mileſios, cum Scybaris & Croroniatis eſſet capta, dolorem ſuum publico luctu eſſe teſtatos: Συβαρίτας γὰρ ἁλόντας ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι φέρτατα ἄνδρα ἀπεκείραντο τῆς κεφαλῆς, ἐν πένθεϊ μέγα φερόμενοι. Quid? puberes tantum caput raſerint, ceteri minime? Cave credas; nam Μιλήσιοι πάντες ἄνδρα, nihil aliud eſt quàm, Μιλήσιοι ἀπαξάπαντες, omnes omnino Mileſii. Scio Budæum, ſcio Vallam, viros undiquaque doctos aliter cenſuiſſe; id tamen ſcio, neque in hoc Luciano loco, neque porro in illo Herodoti, verti debere ἄνδρα per, κατὰ ἄνδρας, aut κατὰ πάντας, ſed ἀθρόον, vel πάσας κατ' ἡλικίας, ut Suidas ex veteribus gloſſis vertit. Quin etiam memini me legere in Lexico Herodoteo, quod ex Cod. Mſ. Goldaſti evulgatum eſt, ἄνδρα converſum per ἀρχηδόν, at illud ἀρχηδὸν legitur apud Herodotum in 7. ubi nil aliud ſignificare poteſt quàm quod Latini dicunt *viritim*, vel, quod proprius ad vocis originem accedit, *una ſerie, uno & perpetuo ordine*. Hiſtoria ſic ſe habet. Cùm grandis pecunia è reditu metallorum, quæ ad Laurium Atticæ erant, in ærario eſſet, cives autem Athenienſes viritim ex ea decem drachmas eſſent acceptari, auctor iis fuit Themiſtocles ut ducentarum navium claſſem ex ea pecunia conſtruerent; Græce ſic: ἦν δὲτὸ Λαυρεωτικὸν μεταλλικὸν ἐμέλλον λαξεύσειν ἀργύριον ἕκαστος δέκα δραχμὰς &c. Sed ibi iterum Valla *ad puberes* ſuos rediit; quia fortaſſe apud Heſychium legerat vocem illam ἀρχηδὸν per ἄνδρα converſam fuiſſe. Cæterum in hac voce corruptus Suidas; at illum, monitus, facile emendes.

Pag. 126. lin. 6. Οὔτοι ἀπόζωντα] Ex Homeri verſu.

Οὔτοι ἀπόζωντ' ἴσχ' ἔτεῶν ἐφετμέα δουρί.

Pag. 127. lin. 8. περιδρίας] De hoc honore lege quæ ab Iſ. Caſaubono annotata ſunt ad Theophraſti Characteras pag. 161.

Pag. 128. lin. 1. Τ' ἀπόζωμας] Vt qui libidini alienæ ſubjiciunt puellí aut puellæ teneritudinem.

Lin. 3. Ἐπιζωλδίωσί μοι] Legendum arbitror ἐπί.

Lin. 8. Ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωδυὶς] Latine, *capite protruſus foras*. Phædrus.

Lin. 13. Μάθ' ἥκεις] Mſ. μακὰθ' ἥκεις.

CAPVT III.

Lucianus emendatus. Parodia ex Pindaro. lectio in Luciano confirmata. Ἐλάτε βωμός. Lucianus emendatur. Lucianus iterum emendatur in ὁσίων τ' ἀνδρῶν. Pollux & Philoſtratus emendati; ut & Lucianus. Ἐφεστιοδιδάκτοις διθύραμβοι quomodo intelligendum. διδάσκειν διδασκαλεῖον. diſcipuli apud Terentium. ἄσπερ ἐπὶ τῇ δικαίᾳ quomodo intelligendum. Ἐπιπηδᾷν. Lucianus emendatur. Ioſephus emendatur duobus locis. Callimachi locus apud Schol. Pindari emendatus. ὄθμος quid. Lucianus duobus locis correctus. κρούειν. Plutarchi locus contra Amiotum explicatur in Alex. Gloſſema ex Luciano ejectum. Plauti locus adverſus Palmenium confirmatus.

Pag. 130. lin. 8. Εἰκοσία πρὸ πλεόνων] Ita Virg. *remigio alarum*. Ita γυμνὰ πτερὰ poëta Lucretius de avibus dixit;

Remigii oblita pennarum vela remittunt.

Lin. 11. Σὺ φημὶ] Ita dicere ſolebant cùm urgebant, vocabant, aut revocabant, ceſſatores inclamitabant. Ariſtophanes ſæpe. Latini dicunt. *Heus, heus, tibi dico*. Terent. & ante ipſum Plautus. Qui aliter intelligunt, ad has res ſapiunt minus.

Pag.

Pag. 131. lin. 2. Τμῖν ὑποτίθεμαι] Legendum ἐγὼ ὑμῖν ὑποτίθεμαι. *Nunc vero abibo.* nam jam antea abiturierat. deinde istud ὑμῖν non potest stare. nemo enim ibi præter unum Timonem erat.

Lin. 10. Ἀνδρακας δίδου] Notum proverbium, ἀνδρακας ἐπαυρεῖς.

Pag. 132. lin. 4. Ὦ χρυσί] Versus Euripideus; quæ autem sequuntur, αἰδήμονον γὰρ &c. ea ex Pindaro sunt. Sed quia dixerat ille Thebanus vates χρυσὸν διαφαίνειν ἐς τὸ πῦρ νυκτὶ facetus scriptor sensum invertit, quasi dixerit Pindarus aurum noctu lucere (quod aliter est, scripsit enim *aurum fulgere inter homines, ut lucet ignis noctu.*) Itaque addit Lucianus aurum non νύκτωρ tantum, sed etiam μεθ' ἡμέραν διαφαίνειν facetia & ingenii elegantia Syro nostro dignissima.

Pag. 134. lin. 1. Τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα] Singillatim Pausanias. Quædam etiam Herodotus.

Pag. 135. lin. 5. Πανὶ τούτῳ] Recte τούτῳ; quippe cujus imago ibi, in ἰχανᾷ scilicet. Nam ἰχανὰ est χωρίον νομᾶς ἔχον, quibus in locis fere plerumque Panos imago. Neque adeo mirum, pecoris enim deus Pan. adde quod διφθέρας pingebatur. Justinus lib. 43. *In hujus radicibus templum Lycæo, quem Græci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum dei simulacrum nudum caprina pelle* (διφθέρα est) *amictum est, quo habitu nunc Roma Lupercalibus decurritur.* itaque non abs re est quod διφθέραν suam Pani dedicat. Hæc igitur nostra est de hoc loco sententia. Clarissimus autem Menagius, præclaratum artium παιγνίας, & elegantiorum, quantum est, hominum amor, aliter censet, legique, ut audio, postulat. Πλούτῳ τούτῳ, pro Πανὶ τούτῳ. Nam quod alius quidam legendum existimat Πενίᾳ ταύτῃ, fugit illum ratio. Cetera enim ut mittam, non potuisse dicere ταῦτα. quid ita? quia jam abierat Penia. Sed cum vir ille qui ita scripsit, uti audio, is sit qui personas, διανοίας, judicia denique, atque adeo omnia in Luciano ἄνω κάτω vertat, si rogites cur ita faciat; nil ab eo feras aliud, quàm quod apud Comicum est. *Mihi sic verum esse lubet. ἰὼ, παπαῖ βόμβαξ.*

Pag. 136. Lin. 6. Τὴν ἀγορὰν] Editi quidam habent ἀγυιὰν, sed eodem errore quo apud Philostratum in vita Apollonii lib. 3. cap. 9. primulo statim initio, τὴν ἀγυιὰν ἐπαλξάντα. lege fidenter ἀγαγοῦσαν.

Lin. 7. Ἐλαίᾳ βώμῳ] Hujus aræ meminit quoque alibi Lucianus, in Demonacte, ἐν ἀκροπόλει; Philostratus in vita Pellucis Sophistæ, & Pausanias in Atticis. Ceterum huic deo Ἐλαίᾳ primi omnium aram sacrarunt Athenienses, ut ex illa luculentissima Nicolai oratione apud Diodorum liquet.

Lin. 9. Ἐπικουρήσαι] In cod. Erasmi legebatur ἐπιφανῆσαι, venit enim *suppeditare.*

Lin. 10. Ἐξῶν] Mſ. ἐξὸν.

Ibid. Μονῆρας ἔλεγεν] Hanc vitam qui vivebant, ii μονήρεις & ἰδιαζεῖν dicebantur. Laert. in Thalete.

Pag. 138. lin. 8. Εὐωχεῖτο] Legendum ἐυωχεῖτο. nam ἐυωχέω significat *aliquem convivio accipere*, ἐυωχεῖσθαι autem *epulari.* error turpissimus.

Lin. 10. Ἐκείνων τῷ ἄλλων] Hic vero locus est, qui me, si quisquam alius, torsit; neque, ut opinor, injuria. Non enim græce dici potest ἐκείνων τινὸς, sed τινά; itaque pro ἐκείνων τῷ ἄλλων, mihi vehemens suspicio est legendum ἐκεῖθεν ἀν τῶ ἄλλων, *longè ab aliis*, vel, *ab aliis remotus.* Non poëtæ tantum, sed & Thucydides, & Herodotus, ita hac voce utuntur. Si quid habes melius, Lector doce & favebo.

Pag. 139. lin. 2. Στέφανον] Mortui enim in Græcia olim coronati. testimonia passim. Neque tantum mortuos, sed & sepulchra & cippos coronare mos fuit.

Lin. 5. Δυσκολία] Emenda Pollucem lib. 1. cap. 2. ἀπὸ τυφόντος. Vbi enim legitur, τύφοντος δύσκολος, δύσκολος, palam est legi debere δύσκολος. Et miror postremum editorem non vidisse. Emendesque quoque licet Philostratum lib. 3.

Apol-

Apollonii cap. 2. Nam ubi legitur φασὶ μὲν δὴ ἀνούτου τι ἐς Βυάλου, haud dubiè legendum ἀνούτου τι ἐς Δυσκίλου.

Lin. 9. Πίπη ἐ ἰλαφρ] Quo majus incendium fiat scilicet.

Lin. 14. Βαπίζοντα] Male in libris scriptis παίοντα.

Pag. 140. lin. 3. Τίμων Ε'χεκρατίδης] Mendum est. lege Τίμων Ε'χεκρατίδη, *Timon Echecratidæ filius*. quod & suprà visum est, & infrà occurret. Quis igitur negligentiam priorum interpretum & editorum non miretur?

Pag. 142. lin. 1. Γναθωνίδης] Apud Terentium Gnathonici ex *Menandro*.

Lin. 2. Ε'φασαν αἰτίσασθαι] Qui *canam* vertunt, ii mihi dormire videntur. Longè enim aliud ἰφασαν, aliud ἤτησαν; neque hîc quidquam commune habent. Sed cum ea vox diligentissimè fuerit à viro undiquaque doctissimo explicata in eruditis illis in Theophrastum commentariis, pag. 272. addam tantum ita esse exponendum Philostratum pag. 95. & 527. postremæ editionis; in etiam intelligendum esse locum Dionis Chrysostomi pag. 116. Locos ipsos afferre piget. Ceterum vocem Græcam in interpretatione retinui, idque *Plinii junioris* judicium secutus, & inopiâ linguæ Latinæ coactus.

Pag. 144. lin. 2. Νεοδιδάκτων διθυραμβικῶν] *Qui nuper evulgati sunt. διδάσκειν* enim ad διδάξεις theatricas pertinet; inde illa frequenter legas, κωμῳδιδάσκειν, τραγῳδιδάσκειν, διθυραμβοδιδάσκειν. quin etiam aliquando διδάσκειν simpliciter pro eo qui drama aliquod edit; ut apud Aristophanem *in Plato*:

Οὐ γὰρ φροντῶ ἐγὼ τῷ διδάσκοντι.

Inde apud Terentium *discipuli* pro actoribus. *Nam immemores discipuli?* id est, num actores tui animo sunt ita omisso, ut &c. Quo loco qui legunt, Nam immemor es *discipuli*, τοῦ τὰς φρένας ἴσχειν; inde est etiam quod in comœdia Italica Doctor sæpe prodit. Inde etiam διδάσκειν per se solum pro *comœdiam* vel *tragœdiam* docere, (Latini enim usurpant quoque) apud Diodorum lib. 14. Ἀγωνιάσας ὁ τραγῳδὸς τότε πρῶτον ἐδίδαξεν. Ita igitur hoc loco διδάσκεσθαι τραγῳδίαν τινί. Qui aliter explicant, quasi diceret Gnathonides se modò illa carmina didicisse, male explicant.

Lin. 3. Ε'λεγεῖα δεῦρ] Quia elegia ab origine prima luctui dicata erat. Inde est quod & apud Hesych. ἐλεγεῖα dicuntur τὰ περὶ ταφὰς πραττόμενα.

Ibid. Α'σῃ ὑπὸ τὴν ἀκόλλην] Ridiculè qui vertunt, *ab hoc doctus lyræ*; nihil enim in Luciano tale. Sed quod Latinè dicitur *canere*, vel *saltare ad tibiam*, *ad citharam*, id Græcè est ᾄδειν vel ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τοῖς αὐλοῖς, ὑπὸ τὴν κιθάραν; & hinc tota loci hujus venustas pendet. Lucianus lib. περὶ ὀρχήσεως sic loquitur. διδάσκουσι πολλὰ ἤδη πάλαι ὑπ' αὐλοῖς ἐ κιμβάλοις. Aliter quoque dixisse puto, nimirum ἐν αὐλοῖς; ibidem: παίδων χορὸν ἀναλαβόντες ἐν αὐλοῖς ἐ κιθάρᾳ. Sed non memini me alibi legere. Interim vides, Lector, quàm exigua res venustissimum sensum perdat.

Pag. 147. lin. 6. Καὶ ἀφροκόλλου] Erasmi codex habebat, ἐ γὰρ &c. scilicet φησὶ παρεδίδοσαν.

Lin. 13. Ξωσίφυλοι] Vocem Græcam retinui, veteres secutus. Ceterum priusquam hinc abis, emenda Pollucem lib. 1. cap. 7. Ἐπιδοσις ἡ, ἐλάττων ἢ ἐξ ἐτῶν δύο ἢ τριῶν, certissimè legendum est unica voce, ἐξαετῶν δύο ἢ τριῶν, id est, qui ex ephebis excessit à duobus annis.

Lin. 14. Ε'πιπηδᾶν] Non significat insultare, sed avidius, cupidius, immodestiusque aliquid appetere. Ita Themistius oratione prima: ἀλλ' ἐμὲ ἐπιπηδᾶν ὑπολαμβάνουσι ἐ ἐπιβαίνειν, ἐ ἁρπαγῆναι μὲ ἐθελόντων ἐκόντας.

Pag. 149. lin. 2. Ε'ξω πεσῶν] Ita dicebant pro, πεσῶν ἀφροκόλλᾳ ἐ ῥίζαις πεπεδημένῃ. Latini, *fœcerit*, pro, haud dubiè et alias aliud.

Pag. 150. lin. 3. Ε'ρεχθηΐδι] Mendum est. legendum enim Αἰγηΐδι; quippe Κολυττὸς erat tribus Ægeidis, teste Harpocratione. δῆμός ἐστι τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς Κολυττός. Ceterum tempore Suidæ nondum hic locus Luciani corruptus erat. Nam ubi ait Colyttum tribum Ægeidis fuisse, Timonem Luciani laudat. Miror elapsum hoc fuisse diligentiæ clarissimi viri Iosannis Meursii in libello de populis Attæ-

Atticæ, in quem infinitas correctiones congessit, quæ ad horum locorum appellationes pertinent.

Lin. 4. Θωμικόν] De æretheorico diligentissimè Harpocration, ex quo verbum de verbo transtulit Suidas quæ de hac voce habet. Legendi quoque Demosthenis interpretes.

Pag. 151. lin. 3. Ὅ^ος@] Iosephum bis emendo hujus verbi occasione, ὁ τῆ τ' ἀρχαιολογ. γ'. κεφ. β'. Vbi enim in Basilienti editione, & postrema etiam omnium, quotquot fuerunt, inquinatissima, legitur, ἐ τ' ὃλ ὅρῳ χέιρ@, ὥστε μὴ παρίη@, ὁδίτ. Locus est ita corruptus, ut nisi addatur hæc vox ὅρο@, à nemine sanæ mentis verti possit. Initio quoque pro ἐ, legendum, ὡς, & totus locus ita concipiendus: ὡς τ' ὃλ ὅρῳ χέιρ@, ὥστε μὴ παρίη@, ὅρο@ ὁδίτ ὃν. diligens Lector Iosephum adibit. Illud autem ὅρο@ ὁδίτ ὃν, verti eâ ratione debet, qua δίκην εἰκεῖν, & δόξαν τῇ βουλῇ, id est, κ' τὸ δόξαν τῇ βουλῇ. Atque utinam præstantibus ingeniis luberet aliquando tanti scriptoris emendationem suscipere; symbolam certè daremus; quadraginros amplius locos ex ingenio emendatos conferre possemus. Plura facere esset sanè perfacile, sed doctoribus, & qui Lutetiæ vitam agerent, & codicibus Regiæ bibliothecæ frui possent; *Nobis non licet esse tam beatis.*

Lin. 3. Ἑ^ρετμὰ τ' Ἀ^θηναίων] Magnifice sanè. Ita Pindarus olim Athenas vocaverat ἑρετμὸν τ' Ἑλλάδος, cujus loci meminit & Plutarchus, & Schol. Aristophanis. Ceterum non possum hic præterire Iosephi locum, in quo gravissimum mendum est, quia verbum ἐρείδω, unde natum ἑρετμὸν est, corruptum fuit: ita habet: ὅτι μὴν νῆ@ ἂν ὤμοσεν ἐ μᾶλλο τὸ φρονεῖν ἀνηρεισμέν@, nullo aut ridiculo sensu. Nam istud ἀνηρεισμέν@ nihil ad rem. Itaque mihi certius certo est legendum, μᾶλλο τὸ φρονεῖν ἐμπεπερμέν@, id est, κ' τὸ φρονεῖν, vel κ' φρόνησιν, *Quæ prudentiâ satu firmus nondum est.*

Lin. 8. Βυλαὶ ἀμφότεραι] Scilicet ἐ ἀνω ἐ ἐ κάτω. Locus est apud Heliodorum, ubi Cnemon casus suos commemorat. est aliquid etiam apud Libonium argumento Orat. κατ' Ἀνδροτίων@. eum adito, si vacat.

Pag. 152. lin. 5. Τελεία ἅρματα] Cum duodecies circa metam currus flectebatur: πωλικῷ verò, cum octies tantum. Scholiastes Pindari edit. Rom. in Pyth. φασὶ δέ τινες ὅτι διδύμης ἁρματος ἀντὶ τοῦ τελείου ἅρματος τὸ ὀκτάκις πωλικόν, ἐκαλ. Tum verò affert Callimachi locum, cui ἵππα φέρμακα πόσσιν decretum est. sic habet:

Δωδωκάκις ἅβεὶ δίφρον ἐσήλασεν ὄθμασι δίφρου.

Sed quid hoc, quæso, ἐσήλασεν ὄθμασι δίφρου ἅβεὶ δίφρον? Davus profectò sum, inquies, non Oedipus. Igitur sic existimato, illud δίφρον nulli rei esse; scripserat enim Callimachus τόσσαν (ita metam vocabant) in illis autem verbis ὄθμασι δίφρου nil corruptum, sed vox tantum explicanda, quæ nullibi, quod sciam, reperitur; ὄθμα scilicet. est quidem apud Hesychium ὄθματα, ἔμματα τοῦ τροχοῦ (emenda & scribe, ὡς Αἰολεῖς; nam ὄθματα Æolicè ὄμματα sunt;) sed in hoc Callimachi loco ὄθμα nihil est aliud quàm *motus*, vel *agilitas*, *celeritas*, *rapiditas*. Nata autem hæc vox est, (quam nos primi eruimus) ex ὀθέω, quod κινέω aliquando significat, ut ex Eustathio discere est. Quemadmodum autem Horatius alicubi dixit, *flaminum celeres lapsus*, ἀντὶ τῶ flamina celeriter labentia, ita Callimachus dixit ὄθμα δίφρου (δίφρου est ἁρματ@) ἀντὶ τῶ, δίκην τοῦ ἅρματος. Itaque Callimachi versum Latine sic vertas licet: *Duodecies circa metam egit celerem currum.* In eodem versu lego, ἐσήλασεν pro ἐσήλασαν; quod improbaturum scio neminem, qui quidem ad has reculas sapiat.

Pag. 153. lin. 1. Περὶ Ἀ^χαρνέων] Ἀ^χαρναὶ, ut auctor Thucydides ἐν ἑβδόμῃ, erat, χωρίον μέγιστον τ' Ἀττικῆς τ' δήμων. distabat ab urbe 60. stad. sed non est quod quis existimet atrocem ibi pugnam pugnatam fuisse. Nam equites tantum certavere ἐν Φυλῇσιν (locus est Atticæ) & quidem ἱππομαχία βραχεῖα itaque hinc facile cuivis apparet quàm rhetorice loquatur Demea, mendaciolo rem, ex præscripto artis, pingens. cum ibi ingentem stragem editam fuisse signi-

fica-

ſtrum. Ceterum ἐξιέναι περὶ Ἀχαρνέας ἢ πρὸς τοὺς, non eſt, ut puto, quod vulgo volant; debet enim iſtuc ſignificare, *fortiter pro patria*, ſeu *urbe pugnare adverſus Acharnenſes*, ut στρατεύειν πρὸς πόλεις. Idque ſi verum eſt, error hic erit, iſque manifeſtiſſimus. Acharnenſes enim Attici erant, Timon autem Athenienſis; qui tamen laudatur, quod adverſus Acharnenſes ſtrenue pugnavit. Itaque legendum mihi videtur: περὶ Ἀχαρνάς, quomodo in hac ipſa re loquitur Thucydides; περὶ Ἀχαρνάς, inquam, cum Peloponneſios, qui *circa Acharnas* erant, convellere conati ſunt Attici, ut oppidum obſidione ſolverent.

Lin. 2. Δύο μυρίους] Mille armatos. Nam τοὺς μυρίους ἀπαλλαγῆναι ἔφασαν πανταχόσε. Ceterum μυρίους dicas, vel μύριος, perinde eſt, & Mſſ. Codd. variant.

Pag. 154. lin. 3. Ἡλιαίαν] Nullum olim Athenis forum majus fuit. Harpocration, Pauſanias. Nota autem differre βουλὴν, ἐκκλησίαν (quod per δῆμον intelligo) & ἡλιαίαν; quod diligenter monuit Heſychius.

Pag. 155. lin. 2. Συγγενὴς ἀγνοεῖς] Recte. differentiam enim agnoſcunt grammatici inter has voces; Heſychius minimè.

Lin. 6. Ἐγὼ δὲ σοὶ ἐκ τῆς ἡμέρας ἐκείνης μέχρι νῦν παρὼν σοί] Error manifeſtus. Quid enim hoc ſit, σοὶ παρὼν σοί? legendum ἐγὼ δὲ σοι ἐκ τῆς ἡμέρας &c.

Pag. 156. lin. 13. Ἐπωδύνιον] Vbi ſtatium. Ariſtophanes *in extremis Plato.*

Pag. 158. lin. 6. Ἀποκορίας] Facete, ficta vox, *Ipſiſſimus Bovis*, qualis à Zeuxide pictus eſt.

Pag. 160. lin. 7. Καρύκης] Erat Λύδιον ἴδιωμα ἐξ αἵματος ἑψομένων συγκείμενον, Heſychius. ſed omnium optime Erotianus: Καρύκη, εἶδός ἐστιν ὑποτρίμματος ἐκ πλείονων ἁρτυμάτων συμπεφορημένον· καρυκᾶσθαι δέ, τὸ παρά πειν τὸν καρύκην φασὶν αἱματώδη τῶν χοιρείων ἰχνέων. Ἰστέον δὲ τὸ παρ' ἡμῖν καλκιβούλιον αἱματίαν, καρύκην ὠνόμασαν, ὡς ἐρῶσι. ὅτι δὲ τρίμμασίς ἐστιν εἴδους ἐξ ἁρτυμάτων, μαρτυρεῖ καὶ Φιλοξένης ὁ Σάμιος, καὶ ἄλλοι. Quod autem ait Erotianus, αἱματίαν non recte vocari καρύκην, bene ſane: nam αἱματίαν, vel, ut apud Pollucem eſt, αἱματίαν, eſt quod vulgò dicimus, *ſoupe brouëſtée*, ex ſanguine anſerino, aut leporino, aromatis præterea, & injecto aceto, quod jus eſt nigrum aut certe fuſcum.

Pag. 161. lin. 10. Ἐπὶ τὴν κύνικα] Vnde διαλίξεις & λίχνοι ὀνυχιαῖοι· unde etiam λίχνοι & ἔδειν ὅτι τὴν κύλικα apud Platonem pag. 332. edit. Lzmarianæ. Admonet me hic locus ut Amioti errorem in vita Alexandri aperiam. Neque verò id facerem, niſi Plutarcho interpretis ſui error obeſſet: etſi enim Amioto faveo ut qui maximè, plus tamen Plutarcho favere æquum eſt. Locus præterea, quo de agitur, illuſtris eſt, & non indiligenter legendus. Rem ipſam, uti ſe habet, paucis dabo. Harpalus Alexandrum cum fugeret, Athenas ſe recepit. Populus hominem ex urbe quatere volebat: pro illo ſtetit Demoſthenes pretio corruptus (calice aureo, & talentis 20. ſcilicet.) Rhetor Atticus, quem munificentiis expugnarum fuiſſe populus obfecerat, ſe ſe purgare cum ſtuderet, nemo audire, imò obſtrepere omnes, præter neſcio quem, hominem ſane elegantis ingenii; qui è conſeſſu cum ſurrexiſſet; Quid autem, ait, viri Athenienſes, eum, qui caliorem habeat, non audietis? (eſt autem mira quædam in eo dicto gratia neque facetia) Græce ſic pag. 857. ὡς ἀκούσεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐ τὸν πίνοντα ἥδιστα; Si quis veterum morem teneat, quo nonnunquam σκόλια ſive canebant, is venuſtatem hujus dicti facile agnoſcet. Talis autem ille mos: ſumpto in manum calice, canebant illa cantica, de quibus paſſim ſcriptores, quæ plerumque erant βακχικὰ, quandoque etiam amatoria. Calicem qui tenebat, is ab aliis audiebatur, neque interpellabatur à quoquam. Ceterum hic mos ad ortum quorumdam codicum notatus fuerat his verbis. ὡς γὰρ τοῖς συμποταῖς ἢ λύκικα ἔχοντες ἤδον τὰ λεγόμενα σκόλια. Hæc etſi vera ſunt, tamen Amiotus interpretum Plutarchi, quotquot unquam fuerunt, longe doctiſſimus, ibi ſe turpiter dedit: ſic enim vertit: *Comment, Seigneurs, refuſez vous à vous un*

per-

